Varro, Marcus Terentius. De lingua latina

# M. TERENTI VARRONIS
# DE LINGVA LATINA
## QVAE SVPERSVNT

RECENSVERVNT

GEORGIVS GOETZ ET FRIDERICVS SCHOELL

ACCEDVNT GRAMMATICORVM VARRONIS
LIBRORVM FRAGMENTA

325903
4. 4. 36.

LIPSIAE IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI MCMX

PA
6792
A3
1910

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

Printed in Germany

DIS · MANIBVS

LEONARDI · SPENGELII

CAROLI · ODOFREDI · MVELLERI

SACRVM

# PRAEFATIO

Casu fere factum est, ut societatem ad Plautum recensendum olim a Ritschelio praeceptore dilectissimo iunctam ad Varronis libros de lingua latina transferremus. Nam cum alter nostrum bibliopolae se ad editionem bibliothecae Teubnerianae inserendam obtulisset, comperit de hac re ei modo convenisse cum altero. Vnde communionem in hoc quoque negotio inire placuit: neque piguit nos novi amicitiae documenti, etsi haud paucis de locis acriter inter nos pugnavimus, donec aut alter alteri cederet aut novam omnino opinionem conciperemus aut admisso 'non liquet' in medio rem relinqueremus. Neque distinguere voluimus inter utriusque conamina, quo apertius prodamus nihil nos posuisse, quod non aliquo modo admitti posse concedamus, simulque ut inventis inventionisque laudi nos non nimium tribuere significemus.

Sed progrediente negotio a recognitione, de qua ab initio uterque cogitaverat, ad maiorem editionem curandam provecti sumus. Nam et nova codicis Laurentiani collatione opus esse intelleximus et multum iuvari verborum tam interpretationem quam constitutionem adscriptis 'testimoniis': sub quo nomine comprehendimus non tantum locos a scriptoribus disertis verbis ex Varrone exhibitos, qui pauciores sunt, verum etiam locorum parallelorum atque ὁμοιοτήτων copiam; ubi potiora excerpsimus, reliqua tantum indicavimus. Neque dubitamus, quin sat multa huic apparatui addi possint, cum sero his testimoniis conquirendis operam dederimus. Sed vel sic multum inde se lucrari posse facile intelleget qui locos quibus ad 'testimonia' provocavimus cum priorum commentis comparaverit: e quorum magno numero non pauca consulto omisimus, quae ex uberiore Spengeliorum apparatu adscisci possint. Denique et prolegomenis uberioribus et adnotationibus adiunctis et indicibus auctis pauloque aliter conformatis opus esse putavimus.

Reliquorum Varronis scriptorum grammaticorum fragmenta addere cum ab initio constituerimus, non destitimus ab hoc consilio, quamquam et Funaioli interim haec inseruit volumini priori Grammaticae

Romanae Fragmentorum a. MCMVII et Wessnerus mox, ut speramus, inseret omnium Varronis reliquiarum collectioni. Nam nihilo minus optime adiungi fragmenta libris servatis de lingua latina sensimus. Ac nostra opella quomodo se habeat cum ad Funaiolii recognitionem tum ad fundamenta a Wilmannsio praeclarissime iacta in adnotationibus breviter illustravimus neque uberius de hac parte in prolegomenis agere in animo est. Quod saepius numeris Wilmannsianis usi sumus — quos nostris sub his uncis ( ) adscripsimus ut sub his [ ] Funaiolianos —, conspectum numerorum p. 242 dedimus.

Magnam spem inde conceperamus, quod et Georgius Wissowa et Franciscus Skutsch viri doctissimi nobisque benevolentissimi plagularum relegendarum negotium in se suscipere animum induxerant. Vnde in primis foliis comparent egregia quaedam utriusque commenta (sub siglis *Wi* et *Sk.*). Sed cum praeter consueta munera plurima et gravissima alter rectoris alter decani dignitatem eo ipso tempore acciperent quo plagulae ex prelis exirent, desistere ab hoc auxilio coacti sunt: quod cum nos doluimus dolemusque tum lectores nobiscum et ante omnes Varro noster querentur. Neque Paulus Wessner (*We*) qui operam a nobis in Donatum suum impensam quodam modo reddere volebat propter loci munerisque permutationem simul factam eam quam speraverat opem plene dare potuit. Denique Adolfus Groth ubi ex Teubneri nuntiis comperit hos libros nos edituros esse, nobiscum communicavit quae olim ad multos locos sibi adnotaverat: unde quod pauca tantum commemoravimus, ipsius praecepto obsecuti sumus. Nihilo minus et his viris gratias ex animo agimus et qui praeterea nobis usui fuerunt omnibus — quo in numero hoc loco etiam Ernestum Diehl collegam esse monemus, infra Hieronymum Vitelli amicum laudamus — simulque veniam petimus, quod quamvis multum temporis et toti huic editioni et ipsi correcturae impertiverimus, tamen ab erroribus cavere non valuimus, quos quoad fieri potuit in Addendis et Corrigendis notavimus.

Dedimus Ienae et Heidelbergae m. Novembri a. MCMIX.

G. G. F. S.

# PROLEGOMENA

M. Terentium Varronem libros de lingua latina XXV, in quibus componendis eum annis a. C. n. 47—45 occupatum fuisse ex Ciceronis quibusdam locis a Muellero primum recte adhibitis (ad Att. XIII 12, 3. 16, 1; 18. epist. IX 8 et Acad. post. I 1, 2 sq.) efficitur, non edendos reliquisse aliis — quae Muelleri fuerat sententia (Varr. praef. p. VI—XI. L; Fest. praef. p. XXIX sq.) Lachmanno ('Kl. Schr.' II p. 164) ac Ritschelio (Opusc. III p. 465 sq.) probata —, sed ipsum emisisse post Leonardum Spengel ('Abh. d. bayer. Akad.' VII 2, a. 1854, p. 443 sqq. et praef.[2] p. XXXVII) et Augustum Wilmanns (de Varr. libr. gramm. p. 37 sqq.) cur negemus nullam rationem exstare censemus; qui hoc recte etiam ex eo concluserunt, quod Varronem horum librorum epitomen confecisse Hieronymi index aperte testatur (cf. Ritschelii Opusc. III p. 526): quam eum libris nondum ad finem adductis accommodaturum fuisse haudquaquam probabile est. Atque de syntaxi fuisse libros duodecim qui mirum esse affirmabant, Chrysippum de eadem materia multo plures reliquisse optime Wilmanns (p. 15) opposuit. Ceterum triadem ad Septumium datam (l. II—IV) prius emisisse scriptorem Spengel (l. s. s.) non male coniecit, 'quod si non fecisset, integrum opus, XXV libros, non XXII Ciceroni dedicasset': scilicet primum librum confecto demum operi, non triadi illi, praemissum esse recte homines docti opinati sunt idque commendatur etiam ipso principio libri quinti. Ac de ratione, qua Ciceronem saepius alloquitur Varro, etsi non nominavit nisi in singulorum librorum inscriptionibus, dixit Vahlen in Opusc. acad. I p. 392. Praeterea vero in eius honorem exemplum finxit 'consul fuit Tullius et Antonius' p. 128, 8 (ut propter suum nomen interdum 'Marcus' ac saepius 'Terentius' pro exemplo ponit itemque 'Reatinus' adhibet Sabinosque non raro respicit: v. Index s. v.).

De fatis quae libri habuerint primis post editionem temporibus aut nihil aut non multa scimus. Quae apud Livium, Vergilium, Propertium, Ovidium ad Varronem redire videntur, Antiquitatum potius libros resipiunt quam grammaticos. Novit libros (ante a. 27 a. C. n.) Vitruvius[1]), cuius verba primae paginae praefiximus. Verrium Flaccum qui in multis cum Varrone conspirat doctrinam suam videri aliunde petiisse iam Mueller exposuit[2]): nimirum ex iisdem libris, inprimis

1) Cf. Lachmann l. s. s., Sontheimer, 'Vitruv und seine Zeit', p. 70; 71.

2) Festi praef. p. XXIX: 'Varronis gnavus cultor . . . doctissimi hominis libros de l. l. numquam memorat et nihil ex iis excerpsit'. Adde quae Goetz (Quaest. Varr. p. V) de ea re disputavit.

ex Antiquitatibus, ex quibus Varro in rebus grammaticis hausit, pendere etiam Verrium, cuius ceteroquin rationes prorsus diversae fuerint a Varronianis, infra accuratius docebitur. Remmium Palaemonem, grammaticae latinae nova ratione tractandae principem, etsi certa Varronis vestigia in fragmentis desideramus — nam terminos grammaticos[1]) quibus cum illo consentit utrum Varro excogitaverit an propagaverit usus dudum inventis aegre dixeris — eius libros legisse consentaneum est: ad ipsos an alio pertineant Suetonii (p. 217) verba, quibus illum porcum appellasse docemur — quo epitheto inprimis dicendi genus salebrosum notari probabilis Nordeni ('Antike Kunstprosa' p. 195) coniectura est — incertum videtur. Fortasse quae Quintilianus non sine irrisione de etymologiis Varronis in l. V profert inst. or. I 6,37 (cf. test. ad 12,6), ut alia de quibus dudum constat in eodem libro, ad Remmium Palaemonem magistrum redeunt: quamquam Spengel in commentatione illa mox saepius adhibenda p. 469 Quintilianum ipsum legisse Varronem sumebat. Quae Columella tradit Varroniana, ad Antiquitates referenda eodemque Dionysii Halicarnassensis et Plutarchi vestigia certe maiore ex parte revocanda sunt. Valerius Probus quomodo Varronis libris usus sit nescimus; idem fere de Plinio dicendum: quamquam testimonia quaedam grammaticorum posteriorum aut ad Plinium aut ad Probum auctorem primarium non temere revocabuntur. Certiora vestigia apud Gellium deprehenduntur, qui quin ipsos Varronis libros evolverit non est cur dubitemus: atque lectionibus Gellianis non semel in castigandis Varronis verbis usi sumus (cf. 78, 1 sqq. 190, 29; al.). Grammatici et scholiastae saeculi quarti, item quinti ex antiquioribus fontibus pendent: sed ex ipso Varrone hausit, quo maius fragmentum servavit nemo, Priscianus (p. 52, 2 sqq. = GL. III 410) vel eius auctor: cuius testimonio Florentini codicis errores saepius potuerunt corrigi (v. p. XXIII. XXIV bis). Isidorus, qui in Etymologiis locis non ita paucis Varronem commemorat, pleraque ex Servii commentario transcripsit, ac ne eis quidem locis, quorum fons latet, ullum ex ipso Varrone haustum esse probabile putamus. Quod Hauptius (Hermae t. I p. 44) Rhabanum de computo c. 3 Varronem legisse opinatus est, id falsum esse, utpote quae verba Prisciano reddenda sint, Spengel praef.[2] p. II adn. recte monuit. Osbernus quae adfert partim Isidoro, partim Prisciano, partim Macrobio debentur. Omnino certum est, medii aevi scriptorum ex ipso Varrone hausisse neminem, nisi quod undecimo saeculo aliquis codicem Florentinum propagavit et saeculo post

1 Cf. L. Jeep, 'Zur Gesch. der Lehre von den Redeteilen' p. 12 sqq.

inde ablatum est fragmentum Casinense, de quo infra agendum erit. Saeculo XIV primum Boccacium hos libros novisse certum idemque de Petrarca veri simile est: apud quem quod inter epistulas ad veteres illustres in epistula ad Varronem (epist. de rebus fam. l. XXIV 6 vol. III p. 276 ed. Fracassetti, Flor. MDCCCLXIII) sic est: 'nullae tamen extant vel admodum lacerae tuorum operum reliquiae, e quibus aliqua pridem vidi, et recordatione torqueor summis, ut aiunt, labiis gustatae dulcedinis', haec sane verba spectare videntur potius ad 'Varronis agriculturam' quam 'exspectabat' a Gulielmo Pastrengico amico atque accepisse ab eo putatur: cf. epist. de rebus fam. XXI 11 III p. 151 Frac. et P. de Nolhac 'Petrarque et l'humanisme' (Paris 1892) p. 173. 278. 307 sq. Sed idem quod scribit Iohanni de Certaldo i. e. Boccacio (epist. de rebus fam. XVIII 4 = II p. 479 Frac.) recepisse se 'librum ex Varronis ac Ciceronis opusculis eximiis prorsus et raris' illius manu scriptum, eo rectius hoc trahimus ad libros de lingua latina vel partes eorum, quia et Boccacium his interdum usum esse constat — qui decem locos ex libro quinto, bis unum ex libro septimo adhibet (cf. Hortis 'Studi sulle opere Latine di Boccaccio' [Tergest. a. 1879] p. 435) — et Petrarca ipse unum saltem locum ex hoc scripto atque ex ea parte quam exhibuit Petrus Diaconus (v. i.) 'Tuscus vicus' ita excitat, ut eum ipsum excerpsisse appareat. Accedit quod Antonius Loschi inter libros Petrarcae hunc videtur vidisse: cf. P. de Nolhac p. 243 et 307 sq. Neque illud in hac quaestione neglegendum est, quod in illa ad Varronem epistula legimus: 'tuus Cicero, qui multa tibi et cui tu multa . . . scripsisti'. Atque memorabile est anno etiam 1401 Leonardum Bruni Arretinum dialogum edidisse 'de tribus vatibus Florentinis', in quo Nicolaum Niccoli Colluciumque Salutatum sic inter se colloquentes producit (p. 17 et 19 ed. Wotke): 'N. Nonne videmus, quam amplo pulcherrimoque patrimonio haec nostra tempora spoliata sint? Vbi sunt M. Varronis libri, qui vel soli facere possent sapientes, in quibus erat latinae linguae explicatio? e. q. s. S. Perditus est M. Varro. Dolendum est, fateor, et moleste ferendum' e. q. s. Quae verba Leonardi Bruni demonstrant neque illum tum novisse codicem interim Florentiam translatum (*F*) neque aliis, ut ipsi Nicolao Niccoli, eius notitiam tribuisse (quem fuit qui illum librum ut tot alios acquisivisse coniceret!). Paulo post tamen Florentiae Varronis libri crebrius ac diligentius describi coepti sunt: tunc demum ad vitam rediit grammaticus diutinis tenebris oppressus.

Sed etsi nescimus quis codicem unicum contraxerit, tamen certa fere coniectura constat unde venerit. Nam codex Casinensis in

bibliotheca monasterii Ord. Bened. n. 361 continet praeter Vegetium et Frontinum et opuscula quaedam Petri Diaconi (velut tractatum de ortu et vita iustorum coenobii Casinensis) fragmentum ex libro de l. l. V § 41—56 excerptum — quod epitomes nomine significatur apud Spengelios nosque —: de quo cum iam Iohannes Baptista Morgagne medicus celeberrimus quaedam prodiderit ('Raccolta d' opuscoli scientif.' Venet. t. IV p. 3 sqq.) — id quod a Blumio monitus commemorabat O. Mueller praef. p. XIII et in adn. ad V 41 itemque L. Spengel l. s. s. p. 440 et P. Canal praef. p. XXVI —, nescius illius, ut videtur, protraxit H. Keil in Mus. Rhen. VI (a. 1848) p. 142 sqq. edendumque tradidit L. Spengel in Comment. acad. Bavar. VIII (1854). Quod fragmentum cum iam Keil concluserit ex illo olim Casinensi fluxisse, id L. Spengel l. s. p. 434 inde confirmavit, quod in *F* ad VII § 28, ubi *Casinum* nomen exstat, manus prima in margine adpinxit NOT — id quod hoc uno loco accidit[1]) uniceque explicatur ex librarii Casinensis attentione. Iam novum tertiumque argumentum Loewii nostri notatis usus adiunxit Goetz in Quaest. Varron. (Ienae 1886 p. III sq.): nam ipsum Petrum Diaconum monachum Casinensem (quem constat etiam Vitruvium de architectura Solinumque de miraculis breviasse, astronomiam ex veteribus collegisse, librum notarum amplificasse adhibitum a Th. Mommsen GL. IV p. 333 sqq.) codicem Casinensem illum confecisse cum probabiliter coniecerit Loewe, accedit, quod in libro modo excitato de ortu et vita iustorum coenobii Casinensis in praefatione vitae S. Severi praemissa quaedam exhibentur ex loco Varronis illo, ad quem NOT adscriptum est; ibidem vero quae exstant ad eundem Varronem spectantia ex Augustino repetita eis haec adiecta sunt: *de lingua vero latina libros novem edidit*; ubi libri IX quoniam nullo modo ad ipsius Varronis horum librorum epitomen[2])

1) Nisi comparare vis, quod ad 13, 3 sq. ·R· (= require) suprascr. m. 1, ut vid. — Ceterum cum illo loco notato cohaerere putamus quod in cod. Casin. 257 ad Varronis nomen adscriptum est: 'Hic in casino scolam philosophie tenuit', quae fictio vix dubium est quin ab eodem Petro Diacono profecta sit. Nam illum permulta ad augendam Montis Casini famam finxisse constat: cf. Wattenbach 'Deutschlands Geschichtsquellen im Mittelalter' II p. 236 sqq. ed. VI.

2) Nuper sane Itali doctissimi Mercati et Bonfanti 'Rend. dell' Ist. Lomb.' vol. XLII (a. 1909) p. 316 sqq. (ubi etiam notitia de qua modo diximus allata est) ex verbis quibusdam Petri Diaconi de commentario in regulam S. P. Benedicti in Cod. Casin. 257 desumptis concludere voluerunt Petrum Varronis 'de iure civili l. XV' ex Hieronymi catalogo notos novisse. Sed Ictus doctissimus Maximilianus Conrat (qui haec nobis indicavit) luculenter demonstrat Petrum simpliciter Lactantii verba Inst. div. I 1, 12 ita expressisse, ut Varronis nomen inferret pro 'quidam prudentes et arbitri aequitatis': cf. 'Zschr. f. Rechtsgesch.' XXX p. 412 sq.

ex solo Hieronymi indice notam referri possunt, Goetz coniecit Petrum sex libris servatis adnumerasse tres ad Septumium missos in ipso principio l. V commemoratos: eaque coniectura confirmatur ex similibus aliorum erroribus, de quibus Spengel praef.² p. IX quaedam composuit. Denique non neglegendus est formae consensus inter illum codicem, qui fragmentum Varronianum cum Frontino Vegetioque exhibet et ipsum *F*: uterque enim, ut iam Keil extulit apud Spengelium comment. p. 434, oblongus est in quarto, cum ceteroquin in coenobii montis Casini codicibus sollemnia sint folia imperialia cum duabus columnis. Haec omnia cum tam egregie inter se conveniant, confidentius etiam quam Keil affirmare possumus ex ipso codice *F* in monte Casini excerpsisse sua Petrum Diaconum et illinc postea eundem librum unicum transportatum esse Florentiam.[1]) Neque in hac quaestione nobis scrupulum inicit, quod idem Spengel, qui in hanc rem argumentum attulit luculentissimum, nihilo minus l. s. s. p. 481 sq. statuit — assentiente Groth in diss. Argent. p. [81] 3 — non ex ipso *F*, sed potius ex eius fonte haustum esse fragmentum. Quod effecit ex una maxime emendatione quam coniecturae deberi non admisit, etsi ipse concessit satis doctum necessario fuisse epitomatorem, qui ex operis exilitate gravissimum fragmentum prudenter elegerit (quod quantopere conveniat in Petri Diaconi studia modo exposuimus). Atque *conse⟨de⟩runt* pro *conserunt* aliaque hominem doctum acute correxisse facile largitur: idque plane apparet p. 14, 15, ubi *ibidem* supplevit, etsi *ibi* tantum quadret, et antea *Albano⟨rum⟩* — ut olim etiam Spengel — praeter rem. Quod vero 15, 11 *aceleuibenna* exhibuit pro *aceleuibenno*, credi vix posse rarissimum nomen Etruscum suo Marte illum restituisse, sed ex exemplari hoc depromptum esse. Verum etiamsi concedimus ipsum Caelem Vibennam vix ac ne vix quidem notum fuisse epitomatori — quem Petrum Diaconum nominare possumus —, tamen ex analogia nominum notissimorum velut *Perpenna Spurinna* — de quibus in his ipsis libris Varro loquitur — *Porsenna* aliis sponte inferre

1) In transitu tangimus in orthographicis rebus non deesse quae Italum librarium prodere videantur. Velut quod *oscur.* exstat 4, 15 ante corr. et 106, 11 sine corr. (cf. etiam *istitutus* incohatum 85, 11). Iam 62, 8 cum Spengel praef.² p. VIII sq. non iniuria *F diti* potius quam *dicti* praebuisse opinetur, minime recte ad *Diti* revocat, quod nullo modo ferri possit: nam referendum est ad pronuntiationem qua posteriores *Otobrem* sim. dicebant. Quo addimus vitia ad litterarum *g* et *j* sonum revocanda, velut *ierusia* pro *ger.* 47, 18 (cf. *ierofante* et *gerofante* sim.) et 69, 10 *abigebat* pro *aiebat* (ex *agiebat*), sim. Item epitomator 17, 14 *g* pro *j* posuit recte accipiens *l* pro *i* in *F* (unde corr. adn.). De aliis rebus orthographicis postea dicemus.

*Vibenna* potuit: idque re vera eum fecisse ut arbitremur quae supra protulimus ac praecipue consensus inter formam librorum et inter locum de Casino notatum in *F* et excerptum a Petro Diacono efficit.

Paulo fusius de his rebus disputavimus, quia haec quaestio per se secundaria alicuius momenti est ad quaestionem de Laurentiano *F* ceterorum librorum omnium unico fonte. Iam vero de ipso hoc codice disseramus.

Qui liber saeculo XI scriptus in montis Casini monasterio 'Langobardicis' quae consuete magis quam proprie dicuntur litteris deinde Florentiae in bibliotheca Marciana asservabatur, nunc vero in Laurentiana plutei LI codex est 10. Primum folium scriptura vacat, nisi quod in pagina versa in superiore parte inscriptum est — erasis et supra hanc inscriptionem vocabulis sex vel septem et iuxta lineolam quae in altera trium versuum parte (tertii dimidio) olim scripta erant —:

In hoc uoluĩe cōtinēt˘ · ĩfra scripta opa · ſ ·
M · Terentj de lĩgua latina
Orõẽs · M · T · C · p aulo cluẽtio ·
Libri rhetoricj ad herenium ·

Mox foliis 2—34 numeri 1—17 et 28 atramento, 18—27 et 29—33 rubro adscripti sunt a manibus rec., quarum altera nitidior priore.

Atque reliquae partes codicis neque ad hunc locum pertinent neque omnino gravioris momenti sunt. Varronianorum vero librorum prima collatio exstat in editionis principis exemplari Monacensi, ubi in ultimo folio hanc habemus subscriptionem:

> Petrus Victorius ac Iacobus Diacetius contulimus cum vetusto codice ex Diui Marci [Divi Marci *supra* Marcia *lineola deleto*] Bibliotheca literis longobardis exarato, tanta diligentia siue potius morosa observatione ut vel quę in eo corrupte legebantur in hunc transtulerimus. Die XIIIJ · Aprilis · MDXXI.

Cui collationi nimium confisus L. Spengel priorem editionem a. 1826 paraverat. Antea paulo saltem diligentius contulerat Hieronymus Lagomarsini, qui in ipso codice in margine inferiore folii primi versi scripsit:

> Hic codex a me Hieronymo Lagomarsino e soc. J. cum vulgatis diligenter collatus in mea orationum Ciceronis Operum editione numero 64 designabitur. Florentiae 18. Octobr. 1740.

Qua collatione interdum Niebuhr eiusque liberalitate adiutus saepius cum fructu usus est C. Lachmann. Etiam Ludovicus Mercklin in Quaest. Varr. (ind. lect. Dorpat. a. 1852 p. 9) se Florentiae libri par-

ticulas tractasse prodit (cf. Philol. t. XIII p. 690 adn.). Sed priores longe superavit Henrici Keil diligentia, qui quae solita cura enotaverat ad editionem Muelleri dono dedit Leonardo Spengel, unde is primum in commentatione a. 1854 veriora docuit, deinde alias, donec ex eius schedis Andreas filius a. 1885 omni ratione novam emendatamque recensionem emitteret. Interim auctore Studemundo Adolfus Groth, cum a. 1877 Florentiae versaretur, librum accuratius contulit cum Spengeliana priore tribusque annis post in dissertationibus Argentoratensibus IV p. 81 sqq. quae exscripserat publicavit. Keilii Grothiique testimonia haud raro inter se discrepantia cum A. Spengel coniunxerit, nos quo certius distingueremus primum Augustum Wilmanns adiimus, qui ipse quoque olim codicem excusserat, quia post egregiam fragmentorum grammaticorum pertractationem librorum de l. l. recensionem dare in animo habebat: quod consilium utinam exsecutus esset! Qui vir humanissimus semperque nobis benevolus idoneam ob causam non potuit nobis copiarum suarum copiam facere. Quare a. 1906 Schoell relegere librum constituit: qui cum ab initio discrepantias tantum illas respicere voluisset, mox intellexit plenum contextum perlustrandum esse: unde saepe Keilium, interdum etiam Grothium verum vidisse intellexit, nonnumquam vero ab utroque recessit, non modo in ratione discrepantiarum, correcturarum, distinctionum notandarum, verum etiam in ipsis lectionibus.[1]) Vbi discessimus a priorum testimoniis aut dubitationem ortam certius tollere voluimus, saepius *(sic)* adposuimus scripturis in apparatu exhibitis vel alio modo scripturam a nobis datam confirmavimus. Quod L. Spengel et in comment. a. 1854 et in praef.[2] p. V cum Keilio dicit 'singula folia versibus XL' constare, id non prorsus verum esse ex eis elucet quae p. 125,9 sqq. et 146,5 et 179,3 adnotavimus (cf. etiam p. 91 s. f. et ad 133,7 sqq.: ubi simul de distributo scribendi negotio deque scripturae vicibus monuimus, quae repetere hoc loco nolumus). Gratissimum sane accideret, si quod his temporibus tot codicibus contigit contingitque etiam huic cimelio contingeret, scilicet ut totus phototypica arte depingeretur. Interim ad unius paginae imaginem ab Aemilio Chatelain in opere utilissimo propositam (p. 173, 4—175, 28 ex nostra editione) delegamus et ad rationem libri — non sane litterarum! — clarius repraesentandam primam contextus paginam a Schoellio descriptam typis exhibemus.

---

1) 122, 3 ubi error commissus est et in adn. et in Corrigendis notatus, Hieronymus Vitelli amicus benigne ut solet denuo locum inspexit itemque de alia re sciscitanti respondit.

M · TERENTI · VARRONIS DELINGVA
LATINA · DE DISCIPLINA ORIGINV̄ VERBORVM
ADCICERONEM

LJBER · IIIJ · EXPLICIT IN̄C̄ · LIB · V ·

Quemadmodū uocabula ẽẽnt Imposita reb; in lingua latina · sex
libris exponere Institui · De his · tris ante hunc feci · quos septumio
misi · Jnqb; est de disciplina quã uocant ethimologicen · Quę
c̃tra ea dicerent̃ uolumine primo · Quę ꝓ ea · secundo · Quę de ea t̃tio · In his ad te
scribã · aquib; reb; uocabula Imposita sint in lingua latina & ea quę sunt inc̃suetu
dine apud poetas · cui uniuscuiusq; uerbi naturę sint duę · aquare · & inquare uoca
bulū sit Impositum · Itaque aquare sit ꝑtinacia cū seqt̃ · hostendit̃ ẽẽ a ꝑtendo ·
Inquare sit Impositum dicit̃ cū demonstrat̃ In quo ñ debet ꝑtendi & ꝑtendit
ꝑtinaciã ẽẽ · quod in quo oporteat manere si In eo ꝑstet · ꝑseuerantia sit · Priorẽ
illã partẽ ubi cur & unde sint uerba scrutant̃ greci uocant ethimologiã · Illã
alterã · ΠΕΡCϸΜΛΙΝΟΜΕΝΟΝ · de qb; duab; reb; In his libris ꝓmiscue dicã · sed
exi//lius de posteriore · Quę ideo sunt obscuriora quod neq; om̃is Impositio uerboꝝ exstat
quod uetustas quasdã deleuit · nec quę extat sine m̃do õis Imposita · nec quę recte

ẽ Imposita cuncta man& · multa enĩ uerba literis cõmutatis sunt Intpolata ·
neq; om̃is origo ẽ nr̃ę linguę e uernaculis uerbis · et multa uerba aliud nunc osten
dunt · aliud ante significabant · ut hostis · nã tũ eo uerbo dicebant peregrinũ qui suis
legib; uteret̃ · nunc dicunt eũ quẽ tũ dicebant pduellẽ · In quo genere uerboꝝ
aut casu erit illustrius unde uideri possit origo Inde repetã · Ita fieri oportere
apparet · quod recto casu quẽ dicim; Ineos obscurius ẽ ẽẽ a potentia qua cũ dici
m; Impotentẽ & eo obscurius fit si dicas postquã Inpos · uidet̃ enĩ poṇs signi
ficare potius pontẽ quã potentẽ · Vetustas pauca ñ deprauat · multa
tollit · Quẽ puerũ uidisti formo//sũ hunc uides deformẽ In senecta · tertiũ
seculũ ñ uid& eũ hominẽ quẽ uidit primũ · Quaré illa quę Iã maIoribus
nr̃is ademit obliuio fugi[ti]ua secuta sedulitas muti & bruti retrahere neqt ·
Non si ñ potuero in[a]digare eo ero tardior · sed uelocior ideo · siq[v]ero · non medi
ocris enĩ tenebrę In silua ubi hęc captanda · neq; eo quo puenire uolum; semi
tę tritę · neq; ñ In tramitib; quędã obIecta quę euntẽ retinere possent · Quoꝝ
uerboꝝ nouoꝝ ac ueterũ discordia omĩs In c̃suetudine comuni · quot modis lit
teraꝝ cõmutatio sit facta q animaduerterit · facilius scrutari origines patie
tur uerboꝝ · Reperi& enĩ ẽẽ cõmutata ut In superiorib; libris ostendi · maxime
ppt̃ bis quat̃nas causas · litteraꝝ enĩ fit dẽptione aut additione & ppt̃
eaꝝ tractationẽaut cõmutationẽ · Itẽ sillabaꝝ pductione · quę q̃m In superi
orib; libris q cuiusmodi ẽẽnt exẽplis satis demonstraui · hic ãmonendũ ẽẽ mo
do putaui · Nunc singuloꝝ ũboꝝ origines expediã · quoꝝ quattuor explanan
di gradus · Infimus In quo popłs etiã uenit · qs enĩ ñ uid& unde aretofodine &
uiocurus? Secđs quo grãmatica descendit antiqua quę ostendit quemad
modũ qđq; poeta finxerit uerbũ · qđ c̃finxerit · qđ declinarit · hic pacui rudentũ

Hoc exemplo proposito addimus nos distinctionem, compendia, versuum distributionem hic reddita in apparatu eis tantum locis expressisse, quibus res aliquam ob causam memorabilis videretur vel omnino verba exhibenda essent. Velut distinctio non prorsus neglegenda erat, quia saepius quae de coniectura homines docti correxerant, etiam in ipso libro recte legebantur, alias vero insignis error conspiciebatur.

De compendiis paucissima dicenda sunt: nam etiam quae Spengel praef.[2] p. V tamquam 'minus vulgaria' affert, revera sunt vulgaria. Atque mirum est eundem ad V 69 (p. 22, 11) adscripsisse compendium $q\bar{q}$ = *quoque* in marg. a $F^2$ additum alibi non inveniri: nam statim 28, 5 redit in ipso versu multisque aliis locis (velut 137, 14 [s. v.]. 139, 12. 146, 3. 154, 6. 168, 14. 179, 13. 183, 17). Non magis $\overline{dr}$ = *dicitur*, sim. notabile (sed potius quod 37, 17 de *de* = *dicunt* [v. adn.] ac similiter 40, 9 *de* = *dicam* [sed cf. adn.], 107, 14 *di* = *dicam* cogitare ausi sumus). Praeterea cf. adn. ad 128, 2.

Accentus saepius comparent, quos paucis locis memoratu dignos habuimus, velut *quaré* (vel -*e*ˀ) — quod statim in prima codicis pagina exstat (supra v. 27) — propter Keilii errorem (ad 93, 14 inde aut *quarem* aut *quare?* efficientis): qui accentus fere semper servatur, nisi *qua re* distrahitur. Cf. etiam ad 119, 3. 162, 12. 188, 28. Item 142, 5 $\tilde{q}$ legitur (= *qui* i. e. *quomodo*). Porro 144, 24 sq. *analogîas* facile ad ἀναλογίας trahas, sed potest etiam ex prava pronuntiatione repeti.

Accuratius etiam quam priores veteris librarii correcturas respeximus, quarum frequentia paululum valet ad iudicium de codicis auctoritate artisque criticae necessitate constituendum.[1]) Cf. inter alios locos ex parte postea afferendos ad 4, 14. 15; 5, 7. 9; 6, 3. 13. 30; 7, 6. 12; 8, 9. 11; 11, 1; 12, 2; 13, 9. 17; 17, 13. 15 sq.; 19, 15. 20; 20, 11; 22, 11; 24, 13. 27; 25, 13 (?); 27, 15. 20; 29, 2. 7. 13; 30, 3. 13; 31, 8; 32, 2; 34, 4. 7. 9; 35, 3. 4. 15; 36, 4; 79, 19; 80, 13. 14; 81, 7; 83, 1. 12. 14; 85, 9. 11; 87, 7; 88, 26; 89, 16; 91, 2; 93, 18; 94, 2. 14 sq. 16; 95, 18; 96, 10. 12; 97, 1. 21; 98, 2. 18; 99, 6. 12; 100, 10; 101, 2. 14; 103, 2. 9; 104, 3. 15; 106, 8; 107, 2. 6; 108, 12; 110, 7; 111, 11 sq.; 113, 2. 7 sq.; 117, 6. 9; 119, 3.

1) Interdum correctura dudum facta latet in continua, ut videtur, scriptura, velut 5, 22 $\left(\overset{q}{\textit{cuiusque}}\right)$; 18, 10 $\left(\overset{ler}{\textit{uelãina?}}\right)$; 43, 11 sq. $\left(\overset{o}{\textit{eę}}\right)$; 44, 1 $\left(\textit{circo}^{um}\right)$; 45, 20. 22 (v. app.); 51, 10 (cf. adn.); 86, 11 $\left(\overset{d\tilde{e}}{\textit{disp.}}\right)$; 96, 3 (cf. adn.); 114, 1 (v. app.); 135, 9 $\left(\overset{le}{\textit{simili}}\right)$; 148, 5 $\left(\overset{c\hat{o}n}{\textit{cum}}\right)$; 148, 10 sq. (cf. adn.); 160, 5 (cf. adn.); 162, 26 (cf. adn.); 175, 19; 184, 18; 187, 5 $\left(\overset{is}{\textit{casus}}\right)$; 190, 15 (v. app.).

16; 120, 2; 122, 11; 123, 9. 14; 124, 8; 128, 2. 7. 11; 129, 13; 130, 21. 25; 135, 4; 137, 8. 14; 140, 19. 21; 144, 1 sq. 5. 13. 16. 21. 24; 147, 3; 149, 22; 155, 23; 156, 15; 157, 25 sq.; 158, 2. 6. 17. 20. 22; 160, 14. 17 sq. 20; 161, 16. 18. 19; 163, 4. 12. 13; 164, 4. 22. 29; 165, 7. 9. 10; 166, 9. 15. 18. 25; 167, 5. 16; 168, 10. 19; 169, 20. 23; 170, 4. 18. 23. 24. 32; 171, 4. 5. 9. 18. 22. 26; 172, 1. 3. 8. 19; 174, 6. 8. 19. 20; 175, 7. 13. 18; 176, 5. 31; 177, 11. 21; 178, 13 sq. 18; 179, 1. 6. 7. 19. 26; 180, 19; 183, 8. 11. 17. 18; 184, 14. 20. 28; 185, 15; 186, 27; 187, 8; 188, 2. 12. 25; 189, 14. 21. 29; 190, 7. 9. 20; 191, 2. Singularem locum obtinent inter correcturas signa traiectionis[1]) (cf. ad 6, 21; 10, 13; 18, 16 sq.; 20, 5 sq.; 21, 18. 20 sq. [ubi adhuc latuit]; 30, 1; 93, 1; 113, 5; 133, 2; 141, 6; 144, 17 sq.; 163, 14; 170, 32; 174, 16; 175, 27 sq.; 182, 2): quae quid sibi velint plerumque planissimum est — etsi interdum errarunt homines interpretando —: nisi quod 163, 14 dubitatur propter mancam significationem (ubi v. adn.).

Et in his signis traiectionis et in aliis correcturis (cf. ad 5, 12. 13; 6, 7. 13. 26. 29; 8, 19; 12, 8; 15, 9. 13; 23, 19; 25, 8. 16 sqq. 20; 26, 12; 29, 15; 30, 11; 33, 14; 35, 3. 5; 82, 16; 83, 13; 86, 3. 11. 16; 88, 9. 23; 89, 9. 16; 92, 3; 94, 5. 8. 9; 95, 11; 106, 1. 2; 109, 11. 13; 110, 11. 15; 111, 11; 114, 4 sq.; 117, 9; 119, 11; 128, 19; 144, 13; 154, 16; 157, 25 sq.; 165, 11) quaestio inicitur de manu secunda: in qua definienda valde inter se differunt qui codicem contulerunt. Nos in hac re prorsus consentimus cum eis, quae Keil protulit apud Spengelium comment. p. 434: fortasse etiam eos locos, qui videantur alterius esse librarii, a prima manu potuisse proficisci; at certe si idem scripsit, non statim correxit, sed postea graciliore plerumque ductu. Itaque ubi scribimus *m. 2* non tam significamus alterum scribam quam posteriorem correcturam: neque ratione vel genere corrigendi inter se differunt manus 1 et 2. Atque etiam in continuo contextu cogitandum esse aut de pluribus librariis aut de interstitiis scribendi locis antea (p. XV) prolatis significavimus (cf. etiam ad 101, 4). De manu recenti, quae hic illic comparet tacere possumus. Iam de diversis correcturis modo enumeratis in universum valet saepissime librarii velocius scribentis errores esse emendatos, sed interdum etiam quae recte se haberent in peius esse mutata invenimus. Denique plurima eorundem generum menda intacta sunt relicta, quae maximam saltem partem iam in archetypo fuisse videantur.

Sed antequam de vitiis memoriae quaedam proferamus, breviter

---

1) Cf. etiam A. Spengel 'Ber. d. bayer. Akad.' a. 1885, p. 254 sqq.

disputandum est de conformatione et codicis *F* et archetypi, quoad de eo ex *F* concludere possumus. De quibus rebus fusius itemque optime partim cum Keilio egit Spengel comment. p. 435 sqq. (cf. etiam praef.[2] p. XXXIV sq., ubi bis erratum est in numeris).

Codex *F* olim incipiebat a tribus quaternionibus, quorum alter, qui et Victorio conferenti et apographis etiam adfuit, postea plane evanuit, iam a Bandinio frustra quaesitus. Sequitur ternio post primum folium folio agglutinato auctus, mox quaternio accedente sub finem folio agglutinato, denique binione horum librorum reliquiae clauduntur.

Quae singula folia continent haec sunt:

| | | |
|---|---|---|
| I. | vacat | I |
| II. | 4 (M. TERENTI) — 5, 29 (rudentum). 5, 29 (sibilus) — 7, 18 (et). | |
| III. | 7, 18 (caelum) — 11, 23 (peregrinus). 11, 23 (ager) — 10, 1 (incircum). | |
| IV. | 10, 1 (eum locum) — 14, 16 (latinorum). 14, 16 (ibi) — 17, 9 (sacrificiis). | |
| V. | 17, 9 (in) — 20, 4 (imbre). 20, 4 (et) — 22, 17 (vidisse). | |
| VI. | 22, 17 (antiquas) — 25, 1 (turdus). 25, 1 (alia) — 27, 6 (auguriis). | |
| VII. | 27, 6 (certis) — 29, 16 (dicitur). 29, 16 (vel) — 32, 10 (nascuntur). | |
| VIII. | 32, 10 (alia) — 34, 16 (eius). 34, 16 (offula) — 37, 1 (fundunt). | |
| [I**—VIII**. | 37, 1 (trua) — — — — — — — — — — 79, 3 (finit).] | II |
| IX. | 79, 3 (sic) — 81, 17 (milites). 81, 17 (redeuntes) — 84, 9 (ornamentum). | III |
| X. | 84, 9 (scenici) — 87, 3 (atque). 87, 3 (aures) — 89, 8 (cannat). | |
| XI. | 89, 8 (colligam) — 91, 11 (originibus). 91, 11 (scribere in — — — —) 93, 10 (reprehendendum). | |
| XII. | 93, 10 (praesertim) — 96, 9 (tuendo). 96, 6 (et) — 99, 14 (videntur). | |
| XIII. | 99, 14 (ratis — asseres — — —) — 99, 15 (— — — —). 100, 1 (— — — — agrestis) — 101, 4 (priami). | |
| XIV. | 101, 5 (quod) — 104, 6 (IIII). 104, 6 (de) — 106, 17 (acutus). | |
| XV. | 106, 17 (et) — 110, 7 (pagone). 110, 7 (honos) — 113, 12 (ternae). | |
| XVI. | 113, 12 (trigona) — 116, 6 (tranquillo). 116, 6 (mari) — 119, 16 (pretio). | |

| | | |
|---|---|---|
| XVII. | 119, 16 (ptanti) — 123, 16 sq. (reliquit). 113, 17 (stipulam) — 127, 8 (propositum). | IV |
| XVIII. | 127, 9 (refert) — 128, 8 (Tullius). 128, 8 (et) — 128, 18[1]) (et). | |
| XIX. | 128, 18 (verbi) — 130, 25 (est). 130, 25 (contra) — 133, 7 (lectos). | |
| XX. | 133, 7 (haberemus) — 136, 1 (eorum). 136, 1 (praecepto) — 138, 12 (decli). | |
| XXI. | 138, 12 (nata) — 140, 25 (non). 140, 25 (salsum) — 143, 18 (convenirent). | |
| XXII. | 143, 18 (in) — 146, 5 (nominum — — —) — — — — — — — — — — | |
| XXIII. | 147, 1 (— — — nesciunt) — 148, 23 (intelleges). 148, 23 (utrum) — 150, 24 (meli). | |
| XXIV. | 150, 24 (ore) — 152, 22 (fit). 152, 22 (quam) — 154, 30 (declinari). | V |
| XXV. | 154, 30 (possit) — 157, 13 (se). 157, 13 (sequi) — 159, 21 (feminum). | |
| XXVI. | 159, 21 (sic) — 162, 3 (plumbea). 162, 3 (et) — 164, 5 sq. (consuetudo). | |
| XXVII. | 164, 6 (frequentius) — 166, 11 (assem). 166, 11 (tenentes) — 168, 21 (sed). | |
| XXVIII. | 168. 21 (etiam) — 170, 26 (id). 170, 26 (duo) — 173, 4 (sunt). | |
| XXIX. | 173, 4 (ut) — 175, 28 (partibus). 175, 28 (orationis) — 177, 27 (collata). | |
| XXX. | 177, 27 (erunt) — 179, 3 (nominativum) — — — — — — — — — | |
| XXXI. | 179, 3 (— — et scopae) — 180, 31 (pingis). 180, 31 (quinta) — 181, 14 (hoc ge — —). | |
| XXXII. | — — — — — — — — — — 181, 15 (quaemadmodum) — 183, 18 (quadruplex). | |
| XXXIII. | 183, 18 (sic e) — 186, 3 (sunt). 186, 3 (minus) — 188, 19 (et). | VI |
| XXXIV. | 188, 19 (Peles) — 190, 26 (hic nequam). 190, 26 sq. (et huius) — 191, 18 (seruis — — —). | |
| XXXV. | — — — — — — — — — — — — — — — — — — | |
| XXXVI. | — — — — — — — — — — — — — — — — — — | |

1) De harum paginarum permira et perscriptione et brevitate cf. ad 125, 9 sqq. Item de lacunis h. l. per lineolas — — — — significatis suis locis accuratius dictum est.

Iam vero ad refingendum archetypum summi momenti est, quod foliorum defectum, quem saepius perpessus erat, *F* accurate indicat — sed minime aequabiliter lacunis significat —: cf. ad. 50, 3 (duo folia), ad 91, 11 (unum folium) et ad 99, 15 (item unum); ubi quae paulo post 100, 14 signatur lacuna sine additamento, ut videtur, ea longe aliter comparata est neque potuit ex toto conexu verborum plus quam versus quosdam continere. Porro cf. ad. 146, 5, denique ad 179, 3 (tria folia) et ad 181, 14 (item tria). Atque hos defectus una cum eis quae intercedunt computans et adsumens, quod etiam in *F* quaterniones apparent, etsi in altera parte immutati sunt, probabiliter effecit L. Spengel sedecim quaternionibus constitisse archetypum, intercidisse vero ex quarto folia IV et V, ex septimo II et VII, ex decimo quinto I II III et VI VII VIII, cum undecimus totus deperierit. Quo accedit, ut traiectio necessaria quam in libro quinto detexerunt Georgius Buchanan et I. Scaliger (cf. ad 9, 14 sq. [11, 16 med. — 13, 21 med.]) ex eadem computatione facillime explicetur, scilicet ex primi quaternionis foliis quinto et quarto inter se permutatis.

Haec ut aperta manifestaque sunt defectionum traiectionisque exempla, ita nemo mirabitur exemplar tam male habitum etiam ceteroquin abundare et eiusmodi et aliorum generum mendis vitiisque.

Atque de traiectionis intricatioris suspicione in l. V §§ 115—183 postea dicemus (p. XL). Cf. etiam adn. ad 177, 28. De minore transpositione monuimus ad 96, 18: agitur de versu circiter 33 litterarum ante duplicem fere litterarum numerum collocando, qui uni versui in *F*, duobus fortasse in exemplari quodam antiquiore respondeat. Aliter — ex redeunte voce *aperta* — explicatur traiectio a Bootio perspecta 131, 25: 132, 1. Rursus alia eorum similia sunt, quae supra ab ipso librario indicata vidimus, velut 15, 7, ad 162, 6 et 182, 21. Mirabilior, sed necessaria est verborum permutatio a Luebberto 178, 15 sqq. perpetrata. Denique cf. adn. ad 40, 10. 183, 11 sqq. 189, 11.

Longe ampliorem locum sibi vindicant lacunae litterarum, syllabarum, verborum, versuum, quales hic illic a librario signatae (cf. 16, 9. 93, 12. 100, 14. 133, 1. 10) plerumque sine signo relictae sunt. Quae saepissime — ut in traiectione modo commemorata — ex homoeoteleuto vel ex homoeoarcto explicari possunt: cf. 15, 1; 16, 9. 16; 17, 6; 20, 18; 31, 7. 21; 34, 7. 9 (v. adn.). 17; 35, 10. 20; 38, 21 = 50, 10; 39, 15 (v. adn.); 40, 3 (? v. adn.). 13. 16; 45, 3 (v. adn.); 46, 8. 17; 49, 5; 50, 17 et 18 (?); 53, 7; 54, 3. 4. 6 sq.; 61, 8 et 62, 8 (v. adn.); 66, 2. 20; 68, 11; 69, 3; 71, 2. 8; 72, 2; 77, 3 = 79, 19; 80,

12; 84, 3. 8 (v. adn.); 86, 2; 89, 1; 90, 4; 96, 14 et 97, 3 (v. adn.); 103, 14; 107, 14 (?); 109, 6 sq. (bis ?). 14; 111, 9 (?); 115, 12. 19 sq.; 118, 16; 119, 15. 16. 19; 120, 13; 121, 7 (v. adn.); 126, 16; 129, 9. 22 (? v. adn.); 130, 28 (?); 133, 20 (?); 136, 15. 18 (v. adn.); 138, 2. 6. 12. 19; 139, 6; 140, 3. 5. 19; 144, 5. 15 sq. (v. adn.); 145, 21; 150, 25; 151, 1. 29; 153, 7 et 13 (v. adn.); 154, 14. 21 (v. adn.). 26; 155, 17 sq.; 156, 23 (v. adn.). 27; 157, 2. 14; 159, 1 (?); 160, 2 et 11 (?); 162, 9 (v. adn.); 163, 12. 13. 27 (v. adn.); 164, 30 (v. adn.); 166, 26 sq. (v. adn.); 167, 7. 12; 168, 7 sq. 13 (?); 169, 22. 23 sq.; 170, 13; 172, 17; 175, 24; 182, 19; 183, 6 sq. 25; 184, 6 et 10 (?). 17; 186, 2. 4. 6. Tantus talium mendorum numerus etsi stuporem vel adeo scrupulum dubitationemque movere possit, tamen tam multa exempla extra omnem dubitationem posita sunt — velut, de rationis necessitate saepe conspicua ut taceamus, 113, 1 ipse librarius supplevit *quae ... insignia* post *signa* omissa, 53, 7 Priscianus, 109, 6 et 119, 16 Plautus, 115, 19 sq. Ciceronis locus parallelus nobis succurrunt —, ut non vituperandum, sed approbandum sit, si quis huic rationi multum tribuit. Quamquam per se patet — id quod etiam supra saepius significavimus — non posse de unoquoque loco rem certius affirmari. Atque maior etiam exstat lacunarum certissimarum numerus qui talem non admittat causam, sed modo ad meram describentium neglegentiam modo ad maculas fissuras scissuras archetypi mutilati maleque habiti revocandus sit. Non miramur quod saepius *pro* (= ꝓ), *sunt* (= s̃), *non* (= ñ), al. itemque ex compendio *modi* praetermissa sunt (cf. adn. ad 125, 8). Sed praeterea etiam nimis frequentes sunt omissiones[1]): cf. inter alia 4, 6; 5, 16 (v. adn.). 22; 6, 4. 22; 8, 19; 9, 2 (v. adn.); 12, 15; 17, 17; 23, 3; 27, 6; 29, 9. 15 (?); 30, 5; 34, 18; 35, 1. 3. 8. 11 sq 19; 36, 8; 38, 4 (v. adn.); 42, 24 (v. adn.); 45, 1; 46, 5. 12 (v. adn.); 54, 3. 21 (v. adn.); 57, 12 sq.; 58, 6 et 9 (v. adn.); 60, 6; 61, 8 (v. adn.); 62, 9. 13 (v. adn.); 66, 16 (?); 68, 5. 6; 69, 2; 71, 28. 29; 72, 19 et 73, 7 (v. adn.); 74, 5. 10. 13; 75, 8 (v. adn.); 77, 12. 20; 78, 10; 79, 9; 83, 2; 85, 9; 87, 7 (v. adn.). 15; 90, 15; 93, 8. 20; 95, 9; 96, 14; 99, 9; 107, 6; 108, 6; 110, 1; 113, 12; 114, 10 (v. adn.); 116, 11; 119, 1. 6; 120, 6; 127, 5. 11; 128, 11. 13 (v. adn.); 129, 9 (v. adn.); 130, 16; 131, 19; 136, 20; 145, 2. 16. 22; 148, 1. 23; 152, 26; 153, 7. 27; 154, 2. 21 (v. adn.); 156, 23; 158, 12. 25 (v. adn.); 160, 2; 163, 8; 164, 2; 165, 18. 21 (?); 167, 17; 168, 25; 173, 3; 178, 11. 16 sq.; 180, 22; 188, 19.

---

1) De quibus iniuria cogitarunt homines docti 134, 9 et 176, 6 (v. adn.), al.

Simpliciores prioribusque saepe similiores sunt defectus, qui ex haplographia[1]) orti sunt, quales — de singulis litteris semel scriptis ut taceamus — hi loci illustrant: 4, 9; 11, 1; 19, 17; 25, 6; 30, 7; 79, 8; 85, 17 (? v. adn.); 105, 8; 112, 1; 115, 17. 20; 118, 14 et 121, 12 (?); 122, 9; 124, 6; 132, 15; 137, 21; 149, 7 (v. adn.); 158, 21; 159, 14; 160, 5; 182, 16; 183, 17; 186, 11; 187, 1. Quibus locis iam addimus 131, 25, ubi cum vulgatam ex Aldina scripturam *longus* pro *longi* cum prioribus propagaverimus, possis etiam de *longi⟨or⟩ orator* cogitare: nam comparativus interiectus ex Quintiliano inst. II 13, 5 similibusque locis defenditur.

Sed haplographiis longe etiam frequentior in *F* est dittographiarum error, quem — ut iterum singularum litterarum bis scriptarum exempla procul habeamus itemque locos ab ipso librario correctos (velut 10, 22 sq.; 29, 2 sq.; 30, 15; 104, 3; 115, 6 sq.; 117, 6; 118, 5; 128, 2; 134, 1; 136, 17; 144, 17; 146, 1; 150, 5 et 17; 168, 22) — his locis deprehendimus: 10, 12 sq. 25; 12, 16. 17; 13, 16 sq. (v. adn.); 16, 18; 17, 12; 22, 2 sq. 5; 24, 3; 28, 12; 31, 8; 33, 20; 37, 4 (? v. adn.); 46, 6; 50, 7; 52, 17 et 53, 3 (ubi Priscianus caret vitio); 62, 5; 68, 6; 74, 6 sq. (?); 77, 22; 81, 6; 88, 23; 90, 8; 95, 9 (?); 96, 14 (v. adn.); 97, 21; 101, 16; 105, 17 sq.; 107, 14 (?); 110, 2; 114, 16; 119, 9; 123, 14; 126, 20; 127, 12; 131, 17. 20; 134, 4. 13; 135, 5. 22; 136, 20; 137, 15; 143, 19 (v. adn.); 150, 30; 151, 28; 152, 1. 12; 153, 1. 17; 156, 20. 21; 159, 3. 6 (v. adn.); 160, 1; 162, 20; 163, 24 sq.; 167, 14. 19; 168, 14; 169, 11; 175, 19; 176, 2. 5; 177, 27; 178, 4; 181, 24; 183, 12 sq.; 185, 29 sq. (v. adn. ad 185, 28); 187, 11.

Iam haec additamenta cum casu vel potius scribentis neglegentia orta sint, non desunt quae certo consilio eorum tribuenda esse videantur, qui contextum interpolationibus auxerint. Quamquam concedimus hunc locum magis lubricum esse neque raro in statuendis intepretamentis viros doctos a vero vel veri simili aberrasse. Atque nuperrime etiam Roehrscheidt in libri Reitzensteiniani censura[2]) interdum incidit in tralaticium illum errorem, ut quae difficultatem moveant 'correctori' imputet, etsi ille cur sic scripserit nequaquam facilius explicatur. Sic nihil sane explicatur, sed potius augetur difficultas. Immo 52, 9 sq. cum ex Prisciani testimonio manifesta sit interpolatio, etiam aliis locis prona est suspicio de

1) De qua non cogitandum esse cum L. Spengelio 67, 3 et 76, 12, al., diximus in adn.

2) Haec censura nobis innotuit cum contextus et adnotationes typis iam exscriptae essent.

verbis eiciendis. Itaque vel 8, 10 sq. inclusimus explicationem certe alienam, etsi origo incerta sit. Praeterea praecedentibus plerumque aliis plus minusve confidenter de interpolatione cogitavimus his locis: 23, 15; 60, 10; 85, 10 (v. adn.); 138, 2; 139, 5; 153, 29; 154, 30; 158, 6; 162, 1 sq.; 166, 5. 28; 168, 1 et 18 (v. adn.); 178, 16 sq.; 179, 7 et 19; 182, 21 et 29; 190, 6. Quibuscum conferas adnotationes ad 6, 3; 15, 4; 54, 21; 55, 14; 63, 7; 82, 6 sq.; 105, 6 sq.; 147, 7; 183, 11 sqq.

Postremo accedimus ad simplicissimos singularum litterarum errores: ubi quaedam quae ad pronuntiationem spectant et antea attigimus et mox addemus. Alia cum compendiis cohaerent[1]), velut quod tam saepe cum activi passivique (*-t* et *-t̃* vel $-\overset{2}{t}$) tum singularis et pluralis formae (propter ~ additum omissumve) inter se permutatae sunt: atque hoc quoque vitium interdum iam a librario correctum invenimus (cf. 8, 6; 26, 13; 137, 6; 138, 23; 155, 17; 162, 28; 186, 15); sed multo saepius a posterioribus demum corrigendum erat, velut eodem v. 186, 15 alteram formam non correxit itemque 12, 4; 21, 16; 28, 20; 29, 11; 36, 17; 42, 18; 44, 14; 55, 6; 76, 7; 90, 13; 92, 9; 94, 4; 95, 6; 101, 17; 113, 5; 122, 2 sq. (?); 126, 19; 127, 6; 133, 6; 141, 1 et 11 et 14 et 18; 147, 11; 149, 6 et 21; 150, 24; 151, 6; 153, 10 et 23; 154, 29; 156, 10; 162, 7; 166, 10; 170, 11 et 15; 171, 10; 176, 6 et 15; 179, 12; 181, 5 et 6 et 31; 185, 18; 188, 3. In tanta huius vitii frequentia non miraberis, quod interdum etiam iniuria de eo cogitatum sit (cf. adn. ad 101, 14; 177, 15, al.). Eodem pertinet terminationum in *s* et *m* vicissitudo: quam item librarii correcturae illustrant (velut 6, 3; 12, 12; 120, 2; cf. etiam ad 83, 21 et adn. ad 37, 11). Iam *i* et *y*, ut *e* et *ae*(*ę*), cum ex pronuntiatione potius quam ex litteris misceantur, ad utrumque redire potest *e* et *i* vocalium vicissitudo tam frequens, ut miremur Spengelium praef.[2] p. VIII *iam* pro *eam* 136, 13 pro archaismo venditasse, praesertim cum ipsae voces potius, non vocales, in hoc exemplo permutentur; ceterum pro multis ad correcturas 153, 5 = 156, 7 = 157, 12 provocamus. Idem valet de *o* et *u* (cf. correcturas 28, 20; 30, 13 ac praeterea 13, 2 *pecodum* [sed mox v. 15 *sulcos* pro *sulcus* propter *sustulit* praecedens]; 19, 21 *homori*, al.) itemque de *c* et *g* (cf. correcturam

1) Cum compendio, non cum pronuntiatione cohaeret, quod plerumque *(re- com-)p̄hendere* legimus, quod minime valere *-praehendere* inde patet, quod plene nusquam sic exhibetur, sed *-prehendere* (velut 93, 5 *rep̄henda*ˢ iuxta 93, 10 *reprehendendū*). Ceteroquin hunc quoque librum in distinguendis litteris sonisque *e* et *ę (ae oe)* prorsus vacillare non est quod dicamus. Fere constanter *grec-* scribit (praeter 107, 14 *grci*).

26, 15 et 25, 9 *algedo*; 28, 19 *litigines* et 64, 11 *robicaliă*, al.), de *c* et *t*[1]) (cf. correcturas 25, 20; 29, 13 [!] et *cum*:*tum*, al.).

Sed *a* et *ae* (*œ*) quod toties permutantur, profluxit ex forma *æ*: cf. correcturas 18, 18; 25, 2; 36, 18; 102, 22 et 7, 17; 15, 20; 16, 15 et 19 (?); 24, 8 et 21; 25, 9 etc.[2]). Adice *a* et *e* 83, 20; 93, 25; *a* et *i* 5, 12 (corr.); 16, 13; 18, 12; 111, 6; 134, 12 (corr.) [*a* et *u* 39, 6 et 8; 66, 3; 79, 11: ubi formae potius commutatae]; de *a* et *t* v. adn. ad 174, 7. Porro *e* et *c* 154, 29; *e* et *o* 16, 4; 27, 20 (corr.); 34, 13; 108, 3; [*e* et *u* 95, 11; 108, 15; 116, 5 ex formis, non litteris, item *e* et *p* 5, 5: sed *e* et *f* (E:F) 38, 11]; *o* et *c* 16, 20 sq. = 17, 1. 11 (cf. 97, 10); hinc etiam 57, 5 sq. *oremus* pro *geremus*; *i* (saepe longa) commutata cum *l* et *s* (*ſ*) 40, 17; 119, 13; 143, 11, al.[3]); item *i* et *f* 148, 8, al.; *i* et *t* 16, 7; 67, 2 (cf. adn. ad 190, 20), al.; *u* et *n* 134, 10 (corr.); 67, 6; 95, 15, al. (cf. *ut* et *in* adn. ad 97, 9; 172, 19); *b* et *d* 113, 17; 167, 12; 171, 22 (corr.); *b* et *r* 141, 1, al. (sed 106, 19 *corium* pro *cobium*); *c* et *p* 10, 6 [una cum metathesi, de qua adde 67, 5; et cf. ad 42, 12]; 59, 9 (cf. adn.), al.; *c* et *r* 20, 11 et 35, 2 sq. (corr.); 127, 14; 164, 10 et 15, al.; *c* et *s* 19, 4; 23, 19; 67, 4, al. (item *s* et *r* 101, 10; 151, 18; 157, 25, al.: cf. adn. ad 61, 4); *d* et *p* 19, 23; *d* et *&* 166, 25; *n* et *m* 114, 12; 177, 2; *n* et *ti* 142, 18; *n* et *ri* 109, 11 sq.; *p* et *t* 20, 5; *p* et *r* 24, 1.

Sed haec sufficiant: neque enim exhaurire hanc materiam hoc loco aut voluimus aut potuimus, praesertim cum ad litterarum confusionem aliae saepe rationes attingant. Ac de ipsorum vocabulorum permutatione iam hic illic monuimus; accedit quod 'vicinitas', ut ipse Varro observavit, multum valet. Itaque 41, 7 *sarcendo* pro *sariendo* scribitur propter *sarculum* praecedens, 178, 6 *vocabulis* pro *nominatibus* propter sequens *vocabulum*, 118, 12 *ad obsenum* propter sequentia pro *Dossenum* similiaque. Accedunt additiones, velut *nominatuum* abit in *nominatiuum*, *ratio* in *oratio*, *abegi a* 117, 15 in *ab regia*, *virilia* 134, 13 propter betacismum (cf. p. XXVII) fiunt *⟨li⟩beralia* aliaque id genus aliorumque generum.

Sic vero si vitiis plurimis ac frequentissimis Varronianum con-

---

1) De *l* et *r* cf. adn. ad 65, 23 sq. (ubi corr. 18 sq.): quamquam quod 59, 3 *praetoria* pro *Plaetoria* et 110, 7 *glad.* ex *grad.* legitur ad vocum vicem revocandum; sed cf. 32, 17.

2) Vnde etiam 177, 2 coniecimus pro *lima limabo* non *limo limabo*, sed *lima lima⟨e⟩* deleto *bo* additamento corrigendum esse.

3) Saepius sane voces potius quam litterae mutatae, velut 124, 11; 145, 13 sq., al.

textum in *F* affectum esse reputaverimus, quamquam nequaquam inde omnem mutandi licentiam libidinemque admittemus, tamen, ni fallor, iure nostro contendemus — ut unum saltem exemplum afferamus — de verbis quae 130, 28 offendunt non minus errare, qui Varronem incuset, ut Reitzenstein fecit p. 22 adn. 1, quam qui tali eum modo excuset, ut Roehrscheidt in censura p. 796 adn. et 802: qui quod addit cogitari posse etiam de 'correctore' *Artemidori* inferente, non minus a vero aberravit, nisi insanum prorsus fingimus correctorem. Immo hoc quoque loco aut cum Turnebo aut nobiscum de lapsu cogitandum est.

Restat ut de orthographia quaedam componamus, de qua in transcursu adhuc diximus. Atque in his rebus quoad fieri potuit codicem *F* nos secutos esse semel monemus. Etsi noluimus cum Spengelio *Savini* recipere pro *Sabini*, quae scriptura rarior sane in *F* est, sed minime deest: nam priorem formam unde Spengel praef.[2] p. VIII contendat 'antiquitatem indicare', plane nos fugit, sed conferimus cum *aluae* pro *albae* 134, 9 et *iobi* pro *ioui* 134, 6 et *uobis* pro *bouis* 111, 13 similibusque. Non magis *tepora* interdum pro *tēpora* relictum pro archaismo venditari posse iam A. Spengel patri opposuit. Neque de *opu fuit* ab utroque admisso 191, 18 nos aliter iudicavimus ac de *ibi e* pro *ibi ⟨s⟩e* 40, 1 aliisque. Sed recte idem ibidem formas antiquas *prosus et rosus, deosum,* item *derectus,* probavit. Porro in assimilatione quae dicitur cum *F* exhibuimus *accanit accensus* (109, 13 m. 2 corr. *adcensos* ex *acensos*) *accentus accedere accipere acquirere*; *afferre afficere* (sed *adfuerit* 72, 15); *allatus* (sed *adlatis* 151, 12) *allecti alligare* (sed *adlocutum* 77, 16; *adlucet* 85, 9); *ammonendum* (5, 23) *amminicula* (92, 7) *amminister* (103, 9 m. 2) *amministrat* (85, 5: sed *adminiculandi*; *administros* 28, 17; *admonere admovere*); *apparet appellare apponere*; *ascendere ascribere ascriptus ascriptivi, asserere* (sed *adserere* 80, 6; *adsequi* 176, 11) *assiduus* (sed *adsimus* 119, 18; *adsiet* 89, 18) *assignata* (sed semper *adsignificare* praeter 114, 4) *aspicere aspectus astans assudescit assuetudo assumere* (sed *adsumere* 142, 20; 186, 13); *attemptare attinere* (ex *adtinere* 160, 6) *attingere attributus* (*adtributa* 16, 4) *attuimur*; *collata collecta collega colligare collocutum colloquium* †*colludit* (99, 2); *comburere* †*commeatus* (89, 6) *commentum commentarii comminisci committere commode commodus* (et *accommodare*) *commotus commovere communis* (ita 6, 2; aliis iisque plurimis locis *comunis* quod non admisimus) *commutare commutatio commutabilitas*; *compar comparare compend- competere compitalia compluere compluium complures comportare composit- comprehendere computatio* (sed *conpernis* 149, 22); *corradit correptus corruere corruptus* (et *incorrup-*

*tus*); *effari effata efferre effervescere efficere effutire* (sed *exfluit* 10, 22); *illustris illexit* (*inliceret* 88, 26 et *inliciatur* 90, 3 propter *inlicium*, quod est in magistratuum commentariis); *immanis immolare* (〈*in*〉*mutatis* 71, 28 nostra coniectura est = *non mutatis*) *immortalis*; *imparis impedire impendium imperare imperator imperitus impius implicatis impluere implu(v)ium imponere impositor impositio* (itaque 〈*im*〉*positicius* 187, 1) *impressio improbare imprudens impudenter impune* (sed *inpos* 5, 5. 6 et *inplorat* 81, 12); *nunquam nonnunquam*; *occidere occupare occurrere occludere*; *offendere*; *opponi oppressi, optinet* (177, 30) *optemperare* (148, 20); *perlucet* (43, 4: sed *pellexit* propter scriptoris locum 90, 6); *succanit succedere succidere succurrere* (sed *subcidit* 36, 8); *suffibulum a suffiendo* (65, 17 sq.) *suffragium*; *suppositi*; *suscipere suspenditur* (119, 3) *suspicio suspiciunt sustulit* (13, 15: sed *subscribunt* 123, 2); *suptilius* (182, 15); *traducere tralatus* (84, 17; 99, 14) *tralaticius* (ita 77, 3 apogr. idemque fortasse voluit *F* 79, 19, etsi *n*, non *ns*, expunxit: saepius *translat-*) *travolat* (37, 1). Porro, ut ad aliam rem transeamus, scribitur fere semper *nichil, nichilo,* quod non admisimus; *sepulcrum* (sed etiam *sepulchrum,* ut 100, 3); *aedus* (30, 16; cf. 15) *ircus* (30, 14) *aruspex* (116, 8); *hortis hortorum,* sed *ortus* 32, 10; 65, 6. 11 (cf. quae ad 44, 19 sqq. adnotavimus); *Ypsicrates*, alia. Traditur *Iupiter* fere semper, sed *Iupp.* 133, 20 (unde mox correximus 134, 5, vix recte); *grabattis* (133, 11: cf. adn.); *de cassu in cassum* (135, 11: sed alibi constanter *casus*); *litterae* (sed *literis* 4, 18 multisque locis perperam $F^v$; cf. *obliteravit* 17, 9 et *obliterata* 150, 19); de *tresis* et *tressis* cf. adn. ad 165, 27; *extat* (sed *exstat* 4, 16 iuxta *extat*, ubi *ex*〈*s*〉*tat* correximus pro *ex[s]tat*) *expectare* (sed *exsolvere*); *Xerses* (*exerses F* 98, 20: cf. Lachmann in Lucr. p. 232 aliosque et ad *Exerses* quae de *Exaerambo* Plautino post Fleckeisenum attulit Schmidt Herm. XXXVII p. 368); *arcs* (pro *ares* scripsimus 106, 6) *acsitiosae* 111, 10 (cf. 111, 6) *duc[e]s* (186, 11): cf. fragm. 43. 67 similesque grammaticorum locos. Ut ad vocales veniamus, de *vellis* pro *villis* v. adn. ad 40, 1; de *bucita* vel *buceta* ad 50, 10; de *simbella* vel *sembella* ad 53, 8; *i* pro *ii* interdum servavimus ut *Gabis* (11, 23) *hostis* (31, 4) *Publicis* (48, 11) *Faleris* (49, 21) *praeverbis* (86, 10) *mysteris* (103, 9); vetustioris *oe* pro *u* exempla v. 43, 9 sq. (cf. adn.); vetustioris *u* pro *i* vestigia *albissumus* (144, 1) *frugalissumus* (144, 17) *caesissumus* (144, 8) *intumus* (47, 3) *maritumae* (35, 14) *melissumum* (144, 11) *proxuma* (12, 20) *proxumae* (179, 16) *proxumo* (29, 9; 173, 19) *proxume* ex *proxime* (175, 7) *septumus septuma* (153, 6; 183, 20. 21. 24: unde *Septumius* 4, 2; 124, 2) *decuma* (76, 6) *superrumo* (107, 16); item in his: *pontufex* (26, 13) *pontufices* (26, 12

corr. m. 2: sed multo saepius *pontif-* ut 31, 4; 67, 6; 68, 1; 76, 4; 79, 3) *artufices* (149, 29: sed *artificum* 151, 1) *sacruficiis* (31, 2; 38, 18: sed *sacrificium* 66, 10. 14; 116, 8, *sacrificulus* et semper *sacrificare* verbum) *quadrupes* (12, 10; sed *quadripedem* 104, 20; *quadripedes* 104, 22) *quadruplex* (sed in *quadriplex* corr. 183, 18 et *quadripertita* saepius) *mancupis* (13, 20) *noctulucus* (31, 9) *lubidine* (186, 3) *lubenter* (116, 13) *ab lubendo libido* (74, 2) *lubere* (74, 1: sed *libido* 186, 25; *libidinosus* 74, 2; *Libentina Libitina* 74, 3); *monumentum* (45, 17) et *monimentum* (14, 5; 74, 10. 13); de *aruspex arispex* v. Ind.; *u* pro *o rutundum* (10, 10; 36, 18; cf. adn. ad 37, 18) *cluaca* (48, 6: cf. 45, 21) *Furnacalibus* (62, 15); *o* pro *u aeditomum* (96, 4) *tabernola* (15, 21; 16, 20); *o* post *v volt* (74, 1; 83, 10 bis; 112, 19, al.) *volpes* (32, 2 propter etymon) *volgus volgo* (16, 4; 19, 8; 171, 18) *Volcanus* (23, 1; 24, 4; 65, 14) *Volcania* (95, 16) *Volcanalia* (65, 13) *Volcanalis* (26, 20) *volsillis* (153, 26) *Volturnus* (10, 24 sq.; 65, 19; 106, 12) *Volturnalis* (106, 10) *Volturnalia* (65, 18) *novom* (151, 6 ante corr.) *bovom* (153, 29) *nominat[i]uom* (169, 3) *obliquom* (184, 20) *loquontur* (57, 4; 166, 21) *sequontur* (189, 3). De sono *ui* pro *uvi* (frequentissimo in nomine *Pacui*) non est quod post Lachmannum in Lucr. p. 306 aliosque dicamus (sed adde adn. ad 49, 13 sqq.). Formae *quom quor* et similes raro inveniuntur ac plerumque in extremis libris, ut *quoius* (136, 12; 156, 11; 174, 20) *quo<i>que* (154, 6) *quor* (*cur* s. scr. m. 2 142, 10; 143, 2; adde 144, 24) *quom* (93, 10; 125, 1 et *con* sup. scr. m. 2 142, 19); adde 155, 22; 171, 25 *quo<m>* et 190, 8 *quo[nia]m*. Cf. Spengel praef.[2] p. VI. Porro *ei* pro *i* (cf. IX 80 al.) legitur: *Terentiei* et *vireis* (ex *viris*) *Terentieis* (134, 15 sq.); *Baebiei Baebieis* (184, 20 sq.); *hinnulei* 152, 28; *infeineiteis* (137, 20: cf. adn. ad 136, 23); *iei* (147, 12); *ieis* (148, 13); *eidem* (176, 15: cf. 147, 3 adn.; quae praeterea vestigia affert Spengel praef.[2] p. VII aut dubia sunt aut falsa). At *siet* (164, 27) non ad *seit* adhibuimus, sed dubitanter servavimus (cf. adn. et 88, 1). Formae in *undus* pro *endus* relictae sunt hae: *ferundo* (32, 21); *ferundum* (69, 2); *faciundo* (94, 9); *quaerundae* (103, 14); *reprehendundus* (168, 23); *feriundo* (94, 9). *Vortumnus* est 15, 15; 24, 5: ceteroquin *verto* etc. legitur. Item servavimus *quivero* 5, 13; *novissent* 78, 9; *imposiverunt* 127, 9; *vitaverunt* 176, 11 (nedum *auspicaverit* 87, 17 ex tabulis censoriis): etsi iam Spengel in Emend. Varr. spec. I (Monaci a. 1830) p. 5 monuerit Varronem 'ubi fieri potest' brevissimam et contractam formam praebere cum eoque et H. Kettnero Groth l. s. s. p. 17 [95] talia corrigenda esse contendat (quod facillime fieri poterat primo loco, ubi *v* postea demum additum est ad *qui ero* corri-

gendum). Sed ut *imposierint* iuxta *posuerit* similiaque exstant, sic ne *imposiverunt* quidem similiaque ad aliorum similitudinem reformanda erunt. Omnino non continget ac ne appetendum quidem est uniformem reddere Varronis sermonem: quo in studio vel Spengel, quamvis modestus sobriusque fuerit criticus, saepe nimius fuit. Neque tamen aut volumus aut possumus hoc loco uberius hanc rem persequi, quam hic illic in apparatu et in adnotationibus tetigimus, praesertim cum vario modo in grammaticam inquisiverint cum alii tum H. Reiter[1]), A. Mueller, G. Heidrich, R. Krumbiegel, ad quos haud raro relegandi lectores erant.

Iam quo fusius de *F* codice disputandum erat, eo breviores esse possumus in reliquorum librorum descriptione. Nam ex hoc libro quicquid ceteroquin librorum exstat provenisse primus edixit A. Mai (praef. Cic. de rep. p. XX), dein re accuratius cognita C. Lachmann multis quibus de Varrone agit locis ut tacite ita diserte (cf. 'Kl. Schr.' II p. 191) et post eum H. Keil Mus. Rhen. vol. VI (a. 1848) p. 142 sic iudicaverunt, denique optime L. Spengel 'Über die Kritik der Varr. Bücher de l. l.' p. 431 sqq. demonstravit (cf. Groth l. s. s. p. 3 [81]): ac ne fragmentum quidem Casinense topographicum saeculi XII, de quo supra egimus, aliunde derivandum esse vidimus. Ceteros autem libros cur cum Canale edit. p. XXIII sq. et Antonibono 'Suppl. di lezioni var. ai libri de l. l. di M. T. V.' (Bassano 1899) p. 23 ex communi fonte potius quam ex ipso Florentino repetamus nec causam nec rationem esse videmus. Sed priusquam pergamus, codicum ceterorum qui noti sunt recensum visum est subicere.

1. cod. Florentinus Laurentianus LI 5 (*f* Spengelii) anni 1427, de quo conferendus Spengel praef.[2] p. III et IX; in calce notatum est: *Antonius Marii filius Florentinus civis absolvit Florentiae XIII Kal. Octobr. MCCCCXXVII.* Contulit Henricus Keil.

2. cod. Havniensis (*H* Spengelii) saeculi XV, non XIV, ut antea visum erat Niebuhrio. Contulit in usum Koeleri B. Niebuhr, cuius collatio in Spengelii manus transiit (cf. ed. a. 1826 p. X, a. 1885 p. VIII).

3. cod. Gothanus (*G* Spengelii) saeculi XVI. Contulit in usum Muelleri Regel; unde scripturae discrepantiam edidit Mueller appendicis p. 270—298. Spengelium codicem evolvisse ex praef.[2] p. VIII discimus. Dubitationes quasdam Andreae Spengel removit C. E. Georges.

---

1) Miro errore hunc virum A. Spengel in apparatu modo Reiter modo Rein nominabat.

4. cod. Parisinus 7489 (*a* Spengelii) saeculi XV. Contulit in usum Spengelii Donndorf; discrepantiam lectionis Spengel[1] proposuit p. 659—718 una cum scriptura ceterorum codicum Parisinorum (*b* et *c*).

5. eiusdem cuius codices 1—4 stirpis duo reliqui sunt Parisini, etsi in multis distant, excussi ab eodem Donndorf, cod. Parisinus 6142 (*b* Spengelii), saeculi XV, qui desinit in VIII 7 *(declinarentur)* et

6. cod. Parisinus 7535 (*c* Spengelii), saeculi XVI, fragmentum continens a quinti libri initio ad eiusdem § 122 *(dictae)*. Accedit, siquidem recte iudicavit Mueller praef. p. XIV,

7. cod. Ambrosianus (Scr. 71), olim Hannibalis Comeri, 'recentiore tempore' (saec. XVI?) exaratus, similior Parisini *a*. Cf. Blume Iter Ital. Supplem. p. 8. — His addendus quem Mueller cum Blumio It. Ital. Suppl. p. 155 commemoravit, Antonibon excussit

8. cod. Barberinus, numero 2160 signatus, saeculi XV. Cf. Canal praef. p. XXX, Spengel praef.[2] p. XIII, Antonibon p. 19, qui librorum V. VI. VII scripturae discrepantiam publici iuris fecit. Accedit porro

9. cod. Chisianus (*α* Canalis p. XXX); cf. Mueller praef. p. XIII et XIV, Spengel[2] p. XIII, Antonibon p. 19 sq., qui librorum VIII et IX discrepantiam exhibet.

Secuntur tres libri inter se simillimi pariter et ab illis quos attulimus discrepantes et ab eis quos mox enumerabimus, quorum qui tertio loco ponetur nunc est deperditus, scilicet hi:

10. cod. Vindobonensis LXIII (*V* Spengelii), saeculi XV (teste Endlichero in catalogo), collatus a. 1835 a Spengelio (cf. praef.[2] p. VIII), quem in Germania scriptum esse ex glossemate VII 85 illato (*ab nutu omnia sunt eius [et est in Alemania imperium ab antiquissimo tempore]* e. q. s.) incertissima Spengelii est coniectura. Ceterum etiam aliis interpolationibus hunc librum laborare idem Spengel[2] p. X sq. docuit. Discrepantiam potiorem in apparatu posuit Andreas Spengel.

11. cod. Basiliensis F IV 13 secundum Haenelium p. 542 (*p* Spengelii), adscitus a Spengelio anno 1838 (praef.[2] p. VIII): quem librum etsi simillimum Vindobonensi tamen ex illo haudquaquam esse descriptum, ut ne illum quidem ex hoc, Spengel praef.[2] p. X evicit. Horum codicum fons ut interdum propius quam ceteri, quantum quidem noti sunt, a Florentino abest, ita lacunis, additamentis, corruptelis, coniecturis minime immunis fuit. Sequatur

12. cod. Turnebi, h. e. exemplar adhibitum a Turnebo, 'quem novam horum librorum editionem parasse postumae notae priores tres libros comprehendentes a filio MDLXVI in lucem emissae docent';

cf. Spengel praef.[2] p. XII sq. Turnebus cum adfert ad V 60 '*terram corpus] ita ut reperi in Victoriano et excudendum curavi*', codice Parisino ex libris S. Victoris usus est, nunc, ut videtur, deperdito: quod tamen eo minoris est momenti, quod Basiliensis ipsius huius libri apographon esse videtur.

Deteriorum librorum agmen ducat

13. cod. Guelferbytanus 896 (*M* Spengelii), saeculi XV (non XIV, ut Ebert dicit in catalogo), quem Mueller adhibuit ex collatione Schneidewini, post Spengel excussit (cf. praef.[2] p. VIII), qui hunc multa quae in ceteris sana leguntur depravata exhibere exemplis apertissimis demonstravit. Quo cum libro artiore vinculo cohaeret

14. cod. Vaticanus 1556 (Vatic. α Muelleri; v. praef. p. XIII), quem inspexit Muelleri rogatu Olaus Kellermann (immerito quarto decimo saeculo adscribens, quamquam astipulante Antonibono). Cuius libri simillimos esse duo alios Vaticanos (15. 16) testatur Mueller p. XIII, ut 'qui horum codicum unum α contulerit, omnes contulerit'. Scripturae discrepantiam publicavit Antonibon.

15. cod. Vaticanus 2942 (Vatic. β Muelleri p. XIII), anni 1457, ex quo Muellero lectiones haud paucas excerpsit Olaus Kellermann. Fuit olim Fulvii Ursini. Cf. quae ad 14 diximus; etiam de

16. cod. Vaticano 3308 (Vatic. γ Muelleri p. XIV), item olim Fulvii Ursini.

17. Ex tali libro pendet Pomponius Laetus (vide 32. 33) in editione anni 1471; cf. quae exposuit Spengel[2] p. XIV adn. Quamquam etiam proprio Marte multa novavit, bono interdum successu, cuius inventa in vulgatam abierunt. Exempla composuit Spengel[2] p. XIV—XVI.

18. Hic merito inserendus cod. Lipsiensis, quem inspexit in usum Muelleri Iahn. 'Hic . . . liber Pomponiani tam similis est eique exceptis minutulis quibusdam mutationibus tam presse adhaeret ut vel ex eodem manuscripto libro vel, quod multo probabilius est, ex ipsius Pomponii exemplari transcriptus esse videatur' (Mueller p. XXIX).

19. ex codice eiusdem generis, cuius sunt libri 13—16, pendet is cuius discrepantiam pertinentem usque ad IX 74 Petrus Victorius editioni Gryphianae anni 1535 adscripsit (*B* Spengelii). Qui liber recensionem continet viri haudquaquam indocti, qui pro fundamento habuit codicem non multum diversum a familia, cuius dux est Guelferbytanus, sed ut simul adscita sit editio Laeti et coniecturae additae ab ipso interdum scite excogitatae, saepius audacissimae. Quo

de codice doctissime et uberrime disputavit Spengel[2] p. XVII—XXVII, quem cuius interest consulere iubemus.

Ab eadem familia quam modo tractavimus non nimis distant libri hi, quorum accuratiorem descriptionem debemus Antonibono:

20. cod. Mutinensis 212 (*m* Antoniboni), quem immerito ceteris pluris aestimavisse Muellerum recte monuit Keil Mus. Rhen. vol. VI (a. 1848) p. 142 sqq. Cf. Antonibon p. 20, qui codicem excussit.

21. cod. Parmensis (*P* Antoniboni) anni 1547; cf. Spengel[2] p. XIV, Antonibon p. 21, qui discrepantiam scripturae apparatui suo addidit.

22. cod. Venetus Marcianus anni 1478, lacunis deformatus. Cf. Spengel[2] p. XIV, Antonibon p. 22.

23. Eiusdem notae est codex Escurialensis III g 20, quem Haenel commemorat p. 955; cuius sub finem legitur: *Sebastianus de Papia scripsit Florentiae MCCCCXII.* Qui liber quia ob antiquitatem videri poterat alicuius pretii esse saltem in ea parte quae intercidit in *F*, benevole intercedente viro excellentissimo comite de Tattenbach publico imperii Germanici nuntio in regno Hispaniae collationem et huius partis et locorum nonnullorum ceteroqui ad iustam censuram aptorum ex monasterio Sancti Laurentii Escurialensi nancisci studuimus. Quod non minore humanitate quam liberalitate praestitit nobis reverendus Pater Franciscus Marcos del Río, qui diligentissime ac sollertissime discrepantias enotavit. Ex quibus apparuit in universum codicem cum classe Guelferbytani (*M*) consentire, in singulis satis neglegenter et vitiose conscriptum esse nec cum ullo libro magis congruere quam cum Mutinensi (*m*).[1]) Itaque nihil est quod inde adsciscamus.

Secuntur libri nondum diligentius excussi ac vix excutiendi:

24. 25. codices Escurialenses alter et tertius [quos item ut 23 Spengel[2] p. XIV ex eoque Antonibon p. 12 falso dicit Matritenses] commemorati ab Haenelio p. 955. De altero (g III 27) egit Loewe (cf. Hartel, bibl. patr. lat. Hisp. p. 180): scriptus a. MCCCCLXXVI continet 'Pomponium Letum in Ter. Varr. 3 libros de ll. Varronis de L. L. l. IV et initium quinti.' De tertio o III 29 Haenel nil amplius dicit.

---

1) Cf. 37, 6 *futim] butim* Esc. Mm; 37, 13 *aut] autem* Esc. Mm; 46, 12 *Mecinus] mauximus* Esc. *maximus* Mm; 77, 24 *itaque] quidem* Esc. Mm; 92, 16 *opos]* deest in Esc. Mm: quibus multa addi possunt.

26. 27. codices Vossiani duo Lugdunenses, e quibus excerpta habuit Spengel (cf. praef.[2] p. XIV).

28. cod. Stuttgardiensis, cuius mentionem fecit Mueller p. XV.

29. cod. Pragensis, quem commemoravit Spengel praef.[2] p. XIV. Cf. Antonibon p. 12.

30. cod. Vaticanus 3309 saeculi XV, olim Fulvii Ursini. Cf. Antonibon p. 14.

31. cod. Vaticanus 3310 saeculi XV scriptus manu Lianori Bononiensis. Cf. Nolhac 'La bibliothèque de Fulvio Orsini' ('Bibl. de l'éc. des hautes ét.' fasc. 24 a. 1887) p. 170, Antonibon p. 14.

32. cod. Vaticanus 3311 saeculi XV, scriptus manu Pomponii Laeti, olim Fulvii Ursini, continens fragmenta librorum VIII. IX. X. Cf. Nolhac l. s. s. p. 203 sq. et Antonibon p. 17.

33. cod. Vaticanus 1522, diversis manibus scriptus; scripturam librorum VIII—X Pomponii Laeti esse videri testatur Antonibon p. 15.

34. cod. Vaticanus 1523 saeculi XV; cf. Antonibon p. 15.

35. cod. Vaticanus 1774 saeculi XV, olim reginae Christinae, de quo cf. Antonibon p. 15.

36. cod. Vaticanus 2753 saeculi XV fragmenta librorum de l. l. continens. Cf. Antonibon p. 16.

37. cod. Vaticanus 3415 saeculi XV, olim Fulvii Ursini, continens etiam 'Pomponii viri clarissimi in Varronem dictata'. Cf. Nolhac l. s. s. et Antonibon p. 18.

38. cod. Vaticanus 3906 saeculi XV, fragmenta continens. Cf. Antonibon p. 16.

Iam commemorandi tres libri, quos inter se simillimos esse ex similitudine eorum quae insunt conicias; sunt hi:

39. cod. Vaticanus 4049 saeculi XV. Cf. Antonibon p. 18.

40. cod. Vaticanus Ottobonianus 1949 saeculi XV. Cf. Antonibon p. 18.

41. cod. Vaticanus Ottobonianus 1962 saeculi XVI. Cf. Antonibon p. 19.

Agmen claudant alii quidam libri:

42. cod. Vaticanus Urbinas 1139 saeculi XV (cf. Antonibon p. 16) et

43. cod. Chisianus ($\beta$ Antoniboni p. 12) saeculi XV; item

44. cod. Vallicellianus D 49, 3 saeculi XV, de quo cf. Antonibon p. 12. Qui secuntur eorum mentionem iam fecit Spengel[2] p. XIV:

45. cod. Harleianus 5406 et duo Florentini

46. 47. codices Laurentiani LI 6 saeculi XV et LI 7, cuius sub finem haec leguntur: *Absolvi ego Dominicus Christophori Brasichilensis MCCCCLVI. XVII Kal. Maias Florentiae. Valeas qui legis feliciter* et inferius: *Liber Petri de Medicis Cos. fil.* (cf. Bandini t. II p. 528).

Quibus in libris omnibus si quid exstat quod rectius quam in *F* esse videatur, id tenendum est merae coniecturae deberi; qua in re sane cautione opus est, ne elegantiae orationis et structurae iusto plus tribuentes carbones pro thesauro inveniamus.

Maioris sane momenti meliora atque sinceriora apographa sunt in ea parte (p. 37, 1—79, 3), in qua deperditus est *F*, nisi quod Victorii collationem in editione principe habemus, de qua supra iam diximus. Atque exemplar illud Monacense a bibliothecae praefectis benevole Heidelbergam transmissum Schoellius accurate pertractavit in hac parte, praeterea selectos tantum locos inspiciens. Vnde cum pauca in Spengelii transcriptione correxerimus[1]) atque suppleverimus, in universum confirmavimus, quod et alias et in postuma editione ille uberius probavit praef. p. III sqq. multis locis Victorium lapsum esse falsaque enotasse vel nihil notasse, ubi discrepantiae satis notabiles essent. Itaque in hac parte per $F^v$ scripturas ab illo adscriptas significavimus, per ($F^v$), ubi ex silentio satis dubia ratione efficiendae essent: attamen simul apographorum discrepantias quae in censum venirent respeximus, rarissime singulos libros afferentes, sed plerumque lectiones diversas per *vel* particulam coniungentes.

In reliquis partibus scriptura sine signo in apparatu proposita vel in ipso contextu ex signis delendi [ ] vel addendi ⟨ ⟩ conspicua codicis *F* est, quam ubi corrector non additus est Itali in apographis correxerunt. Italorum coniecturae scripturaque vulgata ubi ceteroqui commemorandae erant item raro singulos codices notavimus, sed *v* = *vulgo* addidimus vel *c. al.* = *cum aliis* adicientes nomini correctoris significavimus idem etiam in libris quibusdam exstare. Sed parci fuimus etiam in eius modi coniecturis correcturisque exhibendis et in criticorum emendationibus exscribendis: ubi in apparatu aut in

1) Velut 43, 19 ille notavit *fact$^{um}$am*; ubi *factum* habet Laetus, *factam* cum ceteris $F^v$, al.

adnotationibus eas tantum respeximus, quae aut per se aut ex auctoritate criticorum in censum veniant, nisi quod paulo largius collegimus quae post Spengelianam alteram prolata necdum collecta erant. Accuratiora qui scire cupiat cum de aliis rebus tum de critico illo quem *B* littera indicavit Spengelius, de quo supra p. XXXII sq. sub numero 19 diximus, Spengelianam ipsam adeat: qua ut nos quoque grato animo usi sumus, ita exscribendo compilandoque abuti noluimus, praesertim cum persuasum habeamus ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός.

Pauciora etiam de editionibus afferre in animo est. Ex quibus editio s. l. et a. circa a. MCCCCLXXI parata a Pomponio Laeto cive Romano non modo — ut tam multae principes — tamquam princeps laudanda est, sed etiam propter multa egregie emendata vel suppleta, quae inter errores interpolationesque splendent. Velut V 85 additamentum quod inter perversa minusque verecunda numeravit Spengelius praef.[2] p. XV prope verum esse hodie intelleximus. Parmensis a. MCCCCLXXX ceteroqui principi ac Venetae a. MCCCCLXXIV simillima (cf. Spengel praef.[1] p. XXIV) insignis est ob Francisci Rholandelli curam, item Veneta a. MCCCCXCII ob Michaelis Bentini castigationes saepius repetitas. Deinde cum in Mediolaniensi a. MDX Io. Bapt. Pius non ita multum praestiterit, notum est diu vulgatae ius obtinuisse editionem Romanam a. MDLVII multum et a multis cum emendatam tum corruptam atque interpolatam Antonii Augustini Icti archiepiscopi Tarraconensis, qui inter alios se adiutum esse profitetur ab Angelo Colotio, Octavio Pantagatho, Gabriele Faerno saepiusque 'amici' coniecturas in margine adscripsit. Hunc post sex annos excepit Lugduni M. Vertranii Mauri Icti opera et a. MDLXV secutus est Iosephus Scaliger in coniectaneis, quas una cum Adriani Turnebi emendationibus et commentariis postumis Henricus Stephanus in editione a. MDLXIX et sequentibus cum appendice iteravit. Proximi saeculi initio Ausonius Popma Frisius hos libros cum notis et coniectaneis ex officina Plantiniana edidit annoque MDCV Ingolstadii recensuit Gaspar Scioppius: cuius viri nomen saepius quam meruit apponendum erat, quippe cum sub eo lateant ignota et aliorum et Fulvii Ursini conamina, quem — item Faernum aliosque — haud raro commemorat, sed saepius adhibuisse quam nominasse censendus est, ut accuratius demonstravit Spengel praef.[2] p. XXIX sqq. Editio Bipontina anni MDCCLXXXVIII priores accurate enumerans ideo multis grata acceptaque fuit, quia commodissime praeter fragmenta adiunxit Antonii Turnebi Scaligeri Popmae adnotationes:

sed hanc quoque vulgatam fide minime dignam propagasse apparuit ubi novam editionem 'principem' a. MDCCCXXVI Leonardus Spengel ex Petri Victorii collatione quamvis mala mancaque Laurentiani aliisque codicibus emisit subscriptis, non receptis, et aliorum et suis opinionibus. Quo nisus aliaque subsidia adiungens novam uno anno MDCCCXXXIII et confecit et edidit Carolus Odofredus Mueller ornatam emendationibus et annotavit: quam editionem[1]) nuperrime in libro studiosae maxime iuventutis in usum conscripto Eduardus Norden edixit magni momenti esse ad splendidum Muelleri ingenium recte aestimandum, sed ceteroqui hodie inutilem videri; quod severius quam verius edixit: nam praeter emendationes speciosas aut palmares dudum receptas haud pauca in adnotationibus inesse, quae etiam nunc cum fructu legantur atque adhibeantur, saepius significavimus. Vnde etiam Spengelii Muellerique Manibus tamquam sospitatorum Varroniani scripti nostram opellam dedicavimus. Post quos optime de his libris meritus est Petrus Canal Italus, qui inde ab anno MDCCCXLVI apud Antonellium Venetum in bibliotheca scriptorum latinorum editionem cum versione adnotationibusque curavit repetitam a. MDCCCLXXIV: quae editiones apud exteros adeo ignotae iacebant, ut viri docti pronepos Iulius Antonibon ante hos decem annos in libro antea adhibito demonstraret proavum haud paucas emendationes cum a Leonardo[2]) tum ab Andrea Spengel interim prolatas dudum praeoccupasse. Atque praeter emendationes etiam commentarius Canalis saepius dignus est qui cognoscatur. Denique priora priorumque studia et complexum esse et promovisse Leonardum Spengel in editione postuma ab Andrea filio et curata et aucta[3]) a. MDCCCLXXXV apud Weidmannos iam saepe attigimus. Vnde denuo nonnullorum hominum doctorum animi in Varronem conversi sunt, quorum sententias quoad fieri potuit respeximus singulisque locis inseruimus.

Quae vero latius patent quaestiones de horum librorum ratione dispositione fontibus paucis etiam hoc loco pertractandae esse videntur.

---

1) Aemilius Egger a. MDCCCXXXVII Parisiis hanc editionem redintegravit omissis adnotationibus, adiectis Fabricii Spengeliique commentationibus: de suo nihil addidit.

2) De hoc interdum erravit, quia antiquiorem eius operam neglexit.

3) Praelusit editioni in commentatione quam supra p. XIX commemoravimus.

Totam grammaticae latinae materiam Varro Aelii vestigiis insistens ita divisit, ut tribus partibus factis prima (cf. p. 124, 11 sqq. 125, 2 sqq.) quemadmodum vocabula imposita essent rebus quaereret, secunda quemadmodum ea in casus declinarentur, tertia quemadmodum coniungerentur. De primo libro tribus his partibus praemisso coniecturam Wilmannsii Reitzensteinio probatam et tetigimus et addubitavimus in adn. ad 234, 14 sqq. p. 301: ubi addendum est iam anno 1871 in programmate Crucenacensi de hac re dubitationes protulisse C. E. L. Oxé 'M. Ter. Varr. librorum de l. l. argumentum' p. 7 sq. (cf. etiam p. 12 sq.). — Primae partis libri sunt bis terni (p. 4, 2 sqq. et 6, 17 sq., 123, 17 sqq.): tres ad Septumium missi (II—IV), tres ad Ciceronem (V—VII): quorum in secundo dicebatur, 'cur ἐτυμολογικὴ neque ars sit neque ea utilis sit', in tertio 'cur et ars ea sit et utilis sit', in quarto 'quae forma sit etymologiae': qui libri tres una cum libro primo, h. e. praefatione totius operis, interciderunt, nisi quod librorum III et IV paucissima fragmenta exstant. Hos autem libros nunc deperditos qui excipiunt libri tres superstites, eorum quintus est de originibus 'verborum locorum et earum rerum quae in locis esse solent', sextus de vocabulis temporum et earum rerum 'quae in temporibus fiunt', septimus ex eadem partitione de verbis a poetis usurpatis. Secuntur alterius hexadis (cf. p. 131, 13 sqq. 174, 4 sqq.) tres libri priores: in octavo sunt quae contra analogiam dicuntur, in nono quae contra anomaliam, in decimo denique analogiae forma tractatur. Reliqui libri XV praeter pauca eaque tenuissima fragmenta desunt. Ex quibus libri XI—XIII quid continuerint ipsius auctoris verbis docemur: qui cum dicat sese bis ternos libros secundae partis facturum esse, convenienter dispositioni primae hexadis libris XI de vocabulis, XII de temporalibus, XIII de poeticis vocabulis locorum temporumque tractasse merito putabitur. Mirum est quod syntaxeos non una, sed duae sunt hexades: quam inconcinnitatem cavendum est ne cum Muellero et Ritschelio (Op. III p. 466) artificiosis explicationibus auferamus, cum Varro ne in Antiquitatibus quidem plenam concinnitatem in altera parte secutus sit (cf. Spengel praef.[2] p. XXXVI). In singulis libris quomodo scriptor quamque materiam tractaverit nescimus, nisi quod Wilmannsii (p. 20) coniecturae quaedam exstant per se haud improbabiles: quarum eo redit summa, ut priore hexade de casibus obliquis et verborum formis quatenus haec cum illis coniuncta sint, altera de proloquiis simplicibus et compositis Varronem

dixisse credamus. Sed de his quae accuratius indagari vix poterunt hoc loco non amplius disputandum esse arbitramur: pergamus nunc ad librorum qui exstant dispositionem breviter illustrandam, de qua re post Muelleri et Spengelii praefationes conferendae sunt disputationes Ribbeckii Mus. Rhen. XLI p. 618 sqq. et Reitzensteinii 'M. Ter. Varro u. Io. Mauropus' Lips. 1901, cum quae Oxé l. s. s. de librorum argumento protulit nimis in universum dicta nil fere iuvent.

Quintus igitur liber versatur in vocabulis locorum. Tractatio ipsa incipit paragrapho 14 a locis et locando (14. 15); pergitur ad loca naturae bipertita, caelum et terram (16); caelum duobus modis dictum (16. 17); caeli etymon (18—20); terrae etymon, cui alia quaedam vocabula adduntur, i. e. teritorium, extermentarium, tritura, trivolum, terminus, iter, via, actus, ambitus, sola terrae (21. 22). Quae terra, eadem et humus; inde humatus, humilis, humor, humidus, udus, sudor, udor; secuntur putei, puticuli, lacus, palus, stagnum, fluvius, flumen, amnis, Tiberis (23—30). Caeli regionibus dividitur terra in Asiam et Europam; Asiae situs et etymon (31); Europae etymon; nationes Europae earumque nomina; Latium, ager Latinus, quinque genera agrorum (32. 33); ager et quae cum agro cohaerent, i. e. actus, iugera, viae, villae, iter, semita, campus, colles, saltus, fundus, vineta et vineae, seges et semen, fructus, frumentum, area, ara, arvus, arare, sulcus, porca, prata, rura, praedia (34—40). Transitur ad urbem: Romae situs i. e. Septimontium, Capitolium, Tarpeius mons olim Saturnius, Saturnia, Saturni aedes, Aventinus, Velabrum (41—44); reliqua urbis loca, i. e. sacella Argeorum, regiones urbis cum collibus, aedibus, lucis (45—54); tribus (55. 56). Tum de his quae in locis esse solent mortalia et immortalia agi incipitur: Caelum et Terra dei, quod anima et corpus; iuncti cuncta ex se genuerunt (initia), discessu exitum et exitium efficiunt; causae nascendi, vis Veneris, Victoria, vita (57—63); Saturnus et Ops; Ceres, Iupiter, Iuno, alii dii multi (64—74). Secuntur mortalia quae sunt in aëre (75. 76); aquatilium animalium vocabula (77); amphibia (78. 79); animalia in locis terrestribus: homines, eorum magistratus (80—82); sacerdotes (83—86); res militaris (87—91); vocabula fortunae (92); artifices et alii (93. 94); cetera animalia: pecora (95—99); ferae (100. 101). Proxima animalia sunt ea quae vivere dicuntur neque habere animam, ut virgulta (102—104).

Secuntur res hominum manu factae ad victum pertinentes (105—112), ad vestitum et arma (113—117), ad instrumenta, h. e. mensas (118—127), sedilia, arcas, armarium et armentarium (128), mundum muliebrem (129—133), instrumenta rustica (134—140), aedificia, i. e. oppida, vicos, fora, inprimis forum Romanum et multa urbis aedificia et loca (141—159); domum et eius partes (160—162); (post lacunam) transitur ad portas (163—165); lectulos (166—168); pecuniam signatam (169—174); pecuniae vocabula ab usu deprompta (175—183).

In his quaedam exstant, de quibus iure dubitamus; quod minus valere putamus de verbis quae sunt arca ... declinata aliter (39, 13 sq.), quae Spengel (praef.[2] p. XXXVIII) potius cum iis quae § 117 de re militari referuntur conecti vult, cum ne ibi quidem aptiorem locum inveniant: sed recte Ribbeckium cum eodem Spengel in paragraphis 129—133, item in paragraphis 166—168 haerere existimamus, quibus ordo admodum turbetur; etsi propter lacunas quae sunt post 35, 12 et 50, 3 difficile dicas genuinus ordo qualis olim fuerit. Id unum videtur constare, a Varronis consilio hanc confusionem alienam fuisse, quem potius velut talia dedisse exspectamus: 115—117. 129—133. 118—128. 166—183. 134—165.

Sexto libro disputatur 'de vocabulis temporum et earum rerum quae in agendo fiunt aut dicuntur cum tempore aliquo' (VI 1), sed ut 'si quid aliud videatur his aptum' (V 105) ne excludatur. Planissimae sunt paragraphi 1—34: agitur primum de notione temporis et de naturalibus eius discriminibus (3); de temporibus nuncupatis a solis et caeli motu diurno (4—7) et annuo (8. 9), a motu lunae (10); adduntur lustrum, seculum, aevum (11). Ad naturale discrimen civilia vocabula dierum accedunt; agitur de diebus festis deorum causa institutis, id est de diebus statutis et annalibus nec die statutis (12—26). Hos excipiunt dies hominum causa constituti, id est mensium dies, dies fasti et nefasti, vocabula mensium (27—34). Quae nunc secuntur, eorum ordo atque conexus non semper certus aut perspicuus. Dicit Varro de rebus quae in temporibus fiunt et primum quidem de verbis primigeniis atque derivatis et compositis (35—40), de agendo et tribus actionum gradibus (41. 42), de primi gradus verbis quae pertinent ad mentis agitatum, de verbis cogitationis, voluntatis, similibus (43—50), quibus quaedam quae ad mentem spectant subiunguntur (44. 45). In his nonnulla dubitationi sunt obnoxia, velut quod 'meminisse' bis

tractatur (cf. 49): quae dubitatio quomodo removeatur incerta ratio est (cf. Goetz 'Zur Würdigung der gramm. Arbeiten Varros' p. 18). Pergitur deinde ad verba secundi gradus, cum pronuntiamus ea quae cogitavimus, ubi agitur de verbis narrandi et fandi (51—55), loquendi, pronuntiandi (subiunguntur nuntius, novus et ea quae a novus descendunt, in his nominare, nuncupare), dicendi, docendi, disputandi (putare, purus, putus), disserendi (sermo, conserere, consors, sors), legendi (legati, leguli, leges, collegae, alia), murmurandi aliorumque a similitudine soni dictorum, triumphandi, spondendi, canendi, orandi (56—76). Tertius gradus complectitur verba agendi; exponitur quid intersit inter agere facere gerere (77—79; de difficultate quae est in paragrapho 79 cf. quae adnotavimus ad 85, 9; acquirere subiunctum propter adlucere, i. e. propter vim praepositionis); secuntur video, cerno, specio, audio et ausculto, edo, sorbeo, bibo, poto (80—85; subiunctorum vocabulorum in his maior numerus), alia quae lacuna exhausit. Quo vinculo sequentia cum superioribus cohaereant, propter eandem lacunam incertum. Inseruntur denique loci de censoriis tabulis sumpti, in commentariis consularibus inventi, in commentario vetere anquisitionis M. Sergii, tractatus qui est de inlicio, verborum a Graecis tractorum indiculus. In quibus quamquam difficultates quasdam et offensiones esse minime negamus, tamen tantas eas esse, ut ex tribus diversis fontibus haec infeliciter contaminata esse statuamus cum Reitzensteinio (l. s. s. p. 40 sqq.) non concedimus (cf. Goetz l. s. s. p. 18).

Etiam maiores sunt septimi libri in qua de verbis a poetis usurpatis agitur difficultates: post praefationem, cuius initium deficiente uno folio desideratur, Varro primum de locis dicit, scilicet de templo in caelo, in terra, sub terra (eiusdem originis sunt tesca, tueri, extemplo; cum locis caeli coniunguntur polus, sidera, signa; 5—14). Caelo opposita est terra; tractantur terrarum anfracta (15), Trivia (16), umbilicus terrarum (17); loca quaedam terrarum singula ut Calydonia terra (18), mystica, Areopagus (19), Olympus mons et Musae (20), Hellespontus (21), fretum (22), aequor et ratis (23). Post haec unum folium intercidit, quo transitus fiebat ad ea quae in locis sunt; quae exstant pertinent ad hostias, quibuscum ratione propter lacunam obscura cohaerent quae paragrapho 25 leguntur. Secuntur Camenae (adduntur propter societatem litterarum S et R fragmenta carminum Saliarium et alia exempla, item propter verba quae sunt in car-

mine Priami cascus, Casinum, casnar; 26—29), ambages, adagio, canes, trabes (30—33; ubi ambages et adagio propter ambiegna bos videntur adscita; canes [et trabes propter formam adiectum] pertinet ad proverbium paragrapho 31 commemoratum). Nunc ad vocabula sacra reversus agit scriptor de camilla, subulone, Faunis, vatibus (34—36), de Paluda virgine, Epeo fumifico, Luca bove, oratoribus, Egeria (ex Ennii versu et cum hoc de ollus vocabulo vetusto), ancilibus, Argeis et tutulatis, flaminibus Numae Pompilii, catis, signis (37—46). Haec omnia quomodo sic et coniungi et disponi potuerint quaerentibus responderi poterit tria esse dispositionis fundamenta: primum quod subest ordo ex locis Ennianis constans; accedit quod saepius ex versu vel versibus allatis non modo id vocabulum explicatur, cuius causa versus adscitus est, sed occasione data alia eiusdem loci vocabula ex ordine tractantur; denique ordinem litterarum hic illic aperte servatum esse monemus. Quae de thynno et cava cortina secuntur (47. 48), cur hoc loco sint posita, minus apparet nec magis quae haec excipiunt, de perduellibus (49) et de temporibus et signis (50. 51). A paragrapho 52 loci Plautini pro fundamento esse incipiunt paucis aliunde appositis (52—71): agitur de latronibus (52), cassabundo, diabathris, epicroco (53), de lana carenda (54), de gerris (55), ascriptivis (56), ferentariis (57), rorariis (58), dividia (60), syncerasto (61), tramite (62), vivicibus (63), limacibus, diobolaribus, miraculis (64), scrattis, scruppedis, strittavillis (65), axitiosis (66), de stribula (67), scobina (68), gralatore (69), praefica (70), de Coclitibus (71): in quibus disponendis Varro modo ordinem planum, modo rationem secutus est nunc quidem obscuram. A paragrapho 72 transitus fit ad tempora et primum quidem dicitur de nocte intempesta; ad noctem pertinent etiam paragraphi 73—76; deinceps de noctis partibus tractatur, de crepusculo, concubio, conticinio (77—79). 'Nunc de his rebus quae assignificant aliquod tempus, cum dicuntur aut fiunt' disseritur; de reciproco (80), transverso et proverso (81), Andromacha et Alexandro (82): cur post illa posita sint auroram rutilare (83) et scortari (84), minus perspicuum. Quae iam leguntur, de numine (85) sunt, de insane (cui subiungitur de epityro, 86), de lymphata (87); haec excipiunt alia quaedam etyma graeca, alcyon (88) et comiter (89): cui adhaerent ex litterarum tantum ordine cape Atilianum (90), cicur ('quod a fero discretum') et cicurare (91), ferme (propter ferum, ut videtur, 92); euax, he-

hae, heu, iurgium (hoc propter Plauti versum ante duos Enni unumque Pompili locos exscriptum, 93), clepere (94), mandier (95), obscenum (scena scaena, alia eiusdem discrepantiae exempla, 96. 97), crevi (98), frequens et adsiduus (99); fodari (ut supplevimus, 100); mussare (vinculum est in verbis Ennii vocibus concide, 101), averruncare (102). Secuntur animalium voces (103. 104), nexus (105); delicuum et liquitur (106); agmen claudunt vocabula glossematica ex Naevii comoediis et tragoediis litterarum ordine digestis et ex bello Punico excerpta (107. 108). Ex hoc recensu apparet ordinis rationem saepius obscuram esse: quae obscuritas fortasse minueretur, si de fontibus ubique constaret. Velut quod Varro VII 93 Menaechmorum versum 127 propter 'euax' excitans post alias interiectiones cum exemplis exhibitas pergit in 'iurgio' ex eodem versu explicando similiaque, vix aliter expedies quam ex commentariis ad Plauti fabulas vel ex 'Quaestionibus Plautinis' adhibitis. Sed etsi de hac re aliisque sententia confirmari posset, ne tum quidem ipsius auctoris arbitrii vestigia remotum iri omnia sperandum esset.

Sed antequam continuemus expositionem de ordine vel disordine brevissimam, de fontibus horum librorum disputandum est, cuius disputationis in hac triade simile esse fundamentum et ab eis libris qui secuntur diversum constare censeamus. Primum enim qui tertius est liber eum cum prioribus cohaerere ita, ut ex tractatibus in quinto libro et sexto adhibitis quae ad poetica vocabula pertinerent septimo libro insererentur, optime Reitzenstein l. s. s. (p. 31 sqq.) demonstravit. Tum vero his tribus libris tot res quas apud antiquarium potius quaeras quam grammaticum continentur, ut antiquitatum Romanarum locos non paucos eis commode illustrari iure dicas. Quis in grammaticis libris quaeret triplicem de lacu Curtio historiam, quis regionum accuratam descriptionem, qualem legimus p. 16 sqq., quis mensium, dierum, feriarum tractatus tanta singularum rerum ratione habita confectos? Qualia etsi in septimo libro consentaneum est rariora esse, tamen ne hic quidem prorsus deficiunt (cf. 10. 17. 34. 37. 39. 44. 45, alia). Quae omnia iure miraremur, nisi Varronis indolem tam ad antiquarias quam ad grammaticas quaestiones pariter propensam fuisse constaret, ut Antiquitatum libri pleni rerum grammaticarum, grammatici antiquariarum quaestionum referti recte dicantur (cf. Goetz l. s. s. p. 3 sqq.). Atque re vera de multis quaestionibus quae in his libris tractantur eundem Varronem antea in Antiquitatum libris disputavisse certum est, in quibus, ut exempla ponamus, de mensibus ac diebus, de feriis, ludis, de diis, de magistratibus et re militari, de pon-

tificibus, auguribus, templis, aedibus sacris et profanis, de tribubus et agrorum generibus, multis aliis rebus, eum accurate egisse nemo nostrum nescit. Nonne probabile est eundem in libris de lingua latina scribendis quae Antiquitates ultro offerebant et quae ex parte certe in re grammatica ne potuerunt quidem silentio praeteriri in usum suum vertisse? Quod ita esse, cum per se veri non dissimile sit, etiam ratiocinationibus quibusdam firmari posse putamus. Atque primum monendum erit, inter fontes quibus Varro se usum esse testatur[1]), Antiquitates bis diserte commemorari: VI 13 (*februm Sabini ... ut in Antiquitatum libris demonstravi*) et VI 18ª (*aliquot huius diei vestigia fugae in sacris apparent, de quibus rebus Antiquitatum libri plura referunt*). Sed multo saepius quam diserte testatur Varronem Antiquitates non tam exscripsisse quam grammaticum in usum excerpsisse — ita ne fuit quidem cur fontem aperte proderet — mira ratio quam inter hos libros et Verrium Flaccum intercedere iam significavimus videtur ostendere. Multi enim loci sunt quos Verrium ex Varronis libris transcripsisse coniceres, nisi totidem alii exstarent notabili modo et similes et dissimiles: quos quin ex communi fonte repetamus fieri vix poterit; qua de re post alios disputavit Kriegshammer l. s. s. p. 74 sqq. Quod quomodo se habeat uno saltem loco

---

1) Sunt autem hi: Aelius Stilo (V 18. 21. 25. 66. 101; VI 7; cf. VI 59 et VII 2: quem tamen multo saepius exscriptum esse non negamus, ut V 72; VII 6 et 72; cf. Reitzenstein p. 32 et Kriegshammer Comment. Ien. VII 74 sqq.; ex eodem iam multa in Antiquitates transiisse probabile est: cf. Goetz l. s. s. p. 11. 14); Cosconius (VI 36. 89; cf. Reitzenstein p. 41, Goetz p. 11); Aurelius Opillus (VII 50. 65. 70. 79. 106); Servius Clodius (VII 66. 70. 106); Mucius Scaevola pontifex (V 83; VI 30; VII 105); Manilius (VII 105); Sulpicius (Servius? cf. V 40); M. Iunius Gracchanus (V 48. 55; VI 33. 95); Fulvius (VI 33); Flaccus flamen Martialis (VI 21); Volnius (V 55); Piso annalium scriptor (V 148. 149. 165); Procilius (V 148. 154); Lutatius (V 150); Cornelius (Epicadus? V 150; VII 39; cf. V 148); incerti annales (V 74. 101); commentarii in Naevium Virgilii (VII 39); augurum libri (V 21. 58; VII 51; cf. V 33; VI 64. 76; VII 8); pontificii libri (V 98); censoriae tabulae (VI 86); Argeorum inscriptiones (V 45—54, ex pontificiis libris? an ex libris rerum urbanarum?); commentarii consulares (VI 88); commentarium vetus anquisitionis M. Sergii ... quaestoris (VI 90. 91. 92); glossematum scriptores (VII 10. 34. 107); leges et similia (V 27. 42; VI 60. 74); anonymi aliquot (cf. Funaioli p. 114 sqq.). Etiam hic fontium indiculus probat hos libros scripsisse ut grammaticae ita antiquitatis studiorum gnavum cultorem. Quamquam multa nomina una cum locis ex fontibus primariis, ut ex Antiquitatibus, transcripta esse non improbabiliter dixeris. Fuisse autem in Antiquitatibus multos locos grammaticos, ut etyma et alia, facile tibi ex fragmentis persuadebis, quae Funaioli p. 228 sqq. composuit; cf. Goetz l. s. s. p. 5.

illustrare liceat, qui exstat libro V 85: *Salii ab salitando quod facere in comitiis in sacris quotannis et solent et debent*: ex quibus pendere posset Verrius Fest. p. 326[b], 32: *Salios a saliendo et saltando dictos quamvis dubitari non debeat,* sed quae adduntur apud Festum: *tamen Polemon ait Arcada quendam fuisse nomine Salium quem Aeneas a Mantinea in Italiam deduxerit, qui iuvenes Italicos ἐνόπλιον saltationem docuerit,* ea Varronis esse neque ex hoc loco fluxisse certum est. Etenim Isidorus Etym. XVIII 50 (ex optimo fonte, non ex Festo, ut Grialii sententia est, neque ex Servio Dan. in Aen. VIII 285, ubi item Varronem excitat, sed fortasse ex Suetonio, ut Kettner 'Stud. Varr.', Halis 1865, p. 6 sqq. demonstrare studuit) haec exhibet: *saltatores autem nominatos Varro dicit ab Arcade Salio quem Aeneas in Italiam secum adduxit quique primo docuit Romanos adolescentes nobiles saltare*: quam difficultatem quomodo melius expediamus quam ut Varronem Antiquitates in suam rem excerpsisse, Verrium diligentius exscripsisse dicamus non videmus. Verrius Varronis nomen omisit, utpote qui Polemonem secutus esset; Isidorus si grammaticorum rationem sequi maluisset, dixisset: *Varro et Polemon dicunt* e. q. s. Alios locos similes adfert Kriegshammer l. s. s. p. 88, quos licet similitudine quadam conexos ex grammaticis libris non potuit haurire, ut ex Antiquitatibus hausisse videatur.[1]) Quod transferendum putamus in alios locos haud paucos et similitudine quadam insignes, etsi quae diversa sunt testimoniis certis ad Varronem non possumus revocare. Cuius generis hos esse locos putamus (Festi vel Pauli locos qui conferre cupiet, ex testimoniis, quae textui subiecimus, petat): V 28—33. 41—56 (exclusis Argeorum inscriptionibus). 69—73. 81. 82. 86.

---

1) Paulo aliter res sese habet in loco quodam miro modo cum Nonio coniuncto; apud quem p. 471, 2 haec exstant: *sortirent pro sortirentur. Varro Rerum humanarum libro X: cum venerint censores inter se sortiant.* Quae verba vix possunt disiungi ab his quae in libro sexto de l. l. (87) leguntur (ex censoriis tabulis): *ubi praetores tribunique plebei quique in consilium vocati sunt venerunt, censores inter se sortiuntur.* Omnibus rebus perpensis, etsi non negamus cogitari posse de exemplo imperfecti post *sortirentur* omisso — quae Spengelii sententia est praef.[2] p. XLII et post illum L. Muelleri — Nonium olim haec dedisse conicimus: *sortire pro sortiri* — nam aliquoties in lemmatis est infinitivi vel prima aut tertia singularis praesentis forma pro aliis quae sunt in testimoniis formis: cf. 473, 20. 24; 479, 17; 480, 9; 481, 3 — *Varro Rerum humanarum libro X: cum venerint censores, inter se sortiant.* Varro igitur in libris grammaticis, nisi corruptela est, formam *sortiuntur* male excerpsit, Nonius *censores* male ad *venerint* rettulit. Sed hoc utut est, ex Nonio sane discimus, in Antiquitatibus harum rerum mentionem exstitisse.

89—91. 95—98. 148—152. 154. 156. 157. 159. 163. 164. 171—173. 174; VI 13—34. De quibus ut saepius confidentius iudicemus, testimonia Plutarchi et Dionysii efficiunt, qui ex iisdem Antiquitatum locis pendent. Quo accedunt testimonia non minus gravia ex Cicerone cum Varrone consentiente, id est — quod tot locis diserte probatur — ex illo hauriente. Velut mirum est Spengelium (qui non ita multos locos parallelos respexit, etsi iam Mercklin Philol. XIII p. 687 eo provocavit) ad V 68 — fortasse ab Halmio suo monitum — adscripsisse verba similia ex Firmico Materno de errore profanarum religionum neque animadvertisse illi Ciceronem auctorem esse de natura deorum (cf. test. ad 22, 2); neque deesse similes locos ex 'testimoniis' a nobis adscriptis perspicies. Quem consensum explicari ex Varronis Antiquitatum libris adhibitis coniectura est et prona et probabilis.[1]) Quamquam minime credimus Varronem semper ad verbum illos ex Antiquitatibus transcripsisse locos: immo in excerpendo verba accommodavit grammaticae rationi disposuitque singula prout rerum condicionem postulare vel commodo inservire credidit. Neque ex solis Antiquitatibus hausisse eum, sed etiam alia opera sua inspexisse consentaneum putamus. Ne in septimo quidem libro tales locos quamquam rariores sunt prorsus deficiunt (cf. Goetz l. s. s. p. 13 sqq.). Quae si probabiliter disputata esse videbuntur, Reitzensteinii (p. 39 sqq.) sententiam, qui pleraque non Varronis, sed Aelii Stilonis esse, cuius tractationem Varro in longe plurimis et in tota dispositione suam fecisset et ita quidem, ut singula saepe corrumperet, ex omni parte labefactavimus: nam quotquot locos ex Aelio derivamus, ex quo plures sane derivandi sunt quam diserte scriptor testatur, in totidem aliis rebus ab Aelio non pendere Varronem perspicuum fit, ut fundamenta, quibus totum aedificium impositum est dilabantur et concidant. Neque recte putamus ex meris coniecturis sic et Aelium et ipsum Varronem longe alios fingi ac describi quam qui utriusque scripta melius noscebant antiquitus tradiderunt. Sed nunc ad triadem alteram librorum VIII—X transeamus, quorum condicionem longe diversam esse facile intellegitur.

Secunda igitur pars operis, quae ab octavo libro incipit, ad analogiam et anomaliam pertinet, quae controversia a Graecis accepta apud Romanos quoque studia plurima et acerrima excitavit.

---

1) De Varrone Ciceronis auctore in deorum indice de n. d. III 42. 53 sqq. post alios et contra Rudolfum Hirzel ('Ber. der k. Sächs. Ges. d. W.' a. 1896 p. 304 sqq.) disputavit Bobeth 'de indice deorum' diss. Lips. a. 1904 p. 24 sqq.

Atque octavi libri, quo contra analogiam disputatur, prima parte (1—24) tractatus continetur a reliquis non una re discrepans, quem ex mente analogistae potius quam adversarii analogiae profectum esse et alii viderunt et Roehrscheidt in censura libri Reitzensteiniani ('Gött. Gel. Anz.' 1908) p. 797 sqq. luculente ostendit. Nimirum hanc isagogen non octavi libri esse, sed totius de analogia et anomalia disputationis iam Mueller probe perspexit. Quae octavo libro demonstrari voluerat Varro, eorum initium a paragrapho 25 fecit. Docet autem cur et in quo verba declinata sint; deinde de ipsius declinationis generibus duobus, voluntario et naturali, paucis disputat. Tum transit ad ea quae contra analogiam dici possunt; et priore quidem parte dicit contra universam analogiam (25—43), altera de singulis partibus (44—84). Contra universam analogiam quae dicuntur aut ex utilitate repetenda sunt, quae aequabilitatem minime desideret (26—30), aut ex elegantia, cui vel magis respondeat inaequalitas (31. 32), aut ex consuetudine, quae cum regnet, analogia non opus esse (33), aut ex contrario, quod etiam ex dissimilibus saepe eadem fiant (34—36), aut ex eo quod, cum analogia non sit ubique, omnino non sit (37. 38), aut denique ex eo quod, quae proferantur de similitudine a defensoribus, ipsi notioni analogiae parum respondeant (39—43). Quod ad singulas partes orationis attinet, primum disputat Varro de verbis appellandi universe (44—49), dein de singulis, scilicet de provocabulis (50. 51), de vocabulis (52—79), de nominibus (80—84). Cetera, de quibus cf. Reitzenstein p. 50, praeter pauca fragmenta, quae Gellius servavit, lacuna abstulit: agebatur de verbis dicendi, h. e. quae proprie verba appellamus, iungendi ut *que* (44), h. e. de coniunctionibus, adminiculandi ut *docte* et *commode*, h. e. de adverbiis.

Octavum librum praeter priores paragraphos 1—24 eiusdem et generis esse et fontis, scilicet ab Aelio Stilone esse transcripta tantum non omnia, Reitzenstein p. 51 sqq. fusius probare studuit. Quid quod ipsius Aelii nomen ei relictum esse videtur in verbis illis quae exstant paragrapho 81 (*quodsi M. Perpenna virile est nomen et analogia sequenda, L. Aelia et Q. Mucia virilia nomina esse debebunt*)! Quod argumentum debile esse nec Reitzensteinium fugit et Goetz monuit ut in censura ita l. s. s., item Roehrscheidt p. 810, qui eodem loco attulit contra Reitzensteinium rem gravissimam ex libri octavi ratione repetitam. Vidit enim argumentorum quibus utitur Varro maiorem quidem partem ex libro defensoris cuiusdam anomaliae esse derivatam, nonnulla autem ab analogista esse sumpta sententiam suam ab ad-

versario defendente; huc spectari illa *quaerunt* (61), *dicunt* (63), *negant* (66) ex mente analogistarum argumenta adversariorum referentium. Varronem igitur ipsum illa quibus nititur Reitzenstein scripsisse verba — non ex Aelii libro relicta esse — non est cur negemus. In eadem sententia etiam Havetus fuit in epistula ad Goetzium data, cuius verba in adnotatione[1]) adiecimus. Sed unum Reitzensteinio quin concedamus fieri non poterit: mirum videri quod Varro haec tria nomina, quae priori tempori conveniebant optime, circiter anno quadragesimo quarto tali modo coniunxerit: quod desinet mirari qui cum Goetzio l. s. s. probabile ducet, Varronem et in his et in aliis quae hoc libro leguntur libros de utilitate sermonis olim scriptos pro fundamento habuisse; quibus etiam ex tribus libris qui de similitudine sunt quaedam praemittere et immittere potuit. Sed de hac re utut iudicabimus, ex Aelii libro quodam ignoto huius libri maiorem partem integram provenisse cur statuamus nulla causa est.

Libri noni, cuius principium cum exitu prioris lacuna abstulit, simplicior compositio est. Post prooemium (1—6), quo de Cratete et Aristarcho, tum de trinis copulis (naturae et usus, multitudinis et finis, personarum) disputatur, primum pro universa analogia scriptor dicit: quaerit quae ratio intercedat inter consuetudinem et analogiam et quid sit inde concludendum (7—23), tum docet analogiam regnare ubique idque singillatim persequitur (24—35). A paragrapho 36 ad 112 singula quae proferri solent contra analogiam crimina solvere temptat (in quibus quae paragraphis a 45 ad 48 exstant potius ad analogiam universam videntur spectare; haec quae secuntur paragrapho 49 quomodo huc quadrent apparere recte negavit Spengel praef.[2] p. LVIII, cum iam Mueller ex parte ob eandem difficultatem lacunam indicasset; cf. Spengel praef.[2] p. LXI sq.). Paragraphos 70 et 71 quas conexum sententiarum interrumpere Reitzen-

---

1) "Il me paraît inadmissible que l'écrivain inconnu soit Stilon. En tirant le premier exemple de son propre nom, il aurait laissé paraître une vanité mesquine et maladroite. En joignant à son nom celui de Scévola, il aurait commis une faute de tact et de politesse; il ne pouvait être séant à un simple chevalier d'associer familièrement son nom — alors que rien ne l'y induisait — à celui d'un membre de la plus vieille noblesse sénatoriale. Mais supposons que l'écrivain inconnu ait dédié son ouvrage à Stilon. Alors le choix de l'exemple *Lucius Aelia* est une politesse adressée au dédicataire. Une seconde politesse est contenue dans l'autre exemple, *Quintus Mucia*; l'écrivain cherche en quelle compagnie mettre Stilon, et, comme par hasard, il tombe sur un représentant de la haute aristocratie."

stein p. 56 censuerat, tutatur, sed valde immutatas, Roehrscheidt p. 812 sqq. (p. 163, 5 *utrumque* scribit pro *utrosque*; v. 8 *sed ne⟨mo pollicetur analogiam fore⟩ in his*, post *casum*, ut nos, gravius distinxit, v. 11 *non* pro *nam* corrigit simul de *quod* sequenti dubitans: cf. p. LII). Constat igitur de ordine et conexu eorum quae in his paragraphis leguntur saepius dubitandi causam exstare. Sed, quod gravius est, mirum esse, quam non respondeant multa et quam male alia illis quae octavo libro prolata sunt et alii et Reitzenstein dilucide exposuerunt: quam rem, si quidem recte disputata sunt quae supra (p. XLVIII) dedimus, fortasse ita non improbabiliter explicabimus, ut Varronem ex libris de similitudine verborum scriptis multa in hunc librum traduxisse dicamus, modo magis minusve modo omnino non accommodata disputandi rationi quam in octavo libro secutus erat: quibus quod alia apposuit, alia ademit, scribendi ardori cessit, cuius plurima vestigia in his libris relicta sunt. Quos fontes libris illis et praeter illos adhibuerit, nunc quidem vix quisquam expediet: nam cum ipse tradat VIII 23 de his quaestionibus Graecos Latinosque fecisse libros multos[1]), hi autem libri interciderint ad unum omnes, fontium rationem explorasse satis erit. De singulis monemus conferenda esse quae Spengel praef.[2] p. LVI sqq. et Reitzenstein l. s. s. de his libris exposuerunt, quae pluribus in hac praefatione persequi noluimus.

Libro decimo duabus magnis lacunis deformato et in fine mutilo Varro, 'cum nec fundamenta, ut debuit, posita essent neque ordo ac natura, ut res postulet, explicita' (1), ipse eius rei formam exponit. Quaerit igitur 'quid sit simile, quid ratio quam appellant λόγον, quid (errore typothetae *qui* pro *quid* p. 174, 10 exstat) pro portione quod dicunt ἀνὰ λόγον, quid consuetudo: quae explicatae declarabunt analogiam et anomaliam unde sit quid sit cuiusmodi sit'. De similitudine et dissimilitudine sunt paragraphi 3—34; a paragrapho 18 pars casualis incipit defectu trium foliorum paragrapho 23 lacunosa (quae perierunt, fuerunt de casibus numero genere); a paragrapho 31 pars temporalis; a paragrapho 34 pars quae casus et tempora habet, h. e. genus participale, quae pars et ipsa trium foliorum defectu lacunosa est (post ea quae neque tempora neque casus habent, i. e. adverbia, pergebatur ad ratio-

1) In his Caesaris libros de analogia fuisse monemus, quibus quomodo Varro usus sit aut non usus ex tenuissimis vestigiis quae notavit Reitzenstein p. 61 sqq. vix dixeris. Vtrumque eodem libro contra anomaliam usum esse ex loco ad 134, 9 allato concludit Roehrscheidt l. s. s. p. 807.

nem quam appellant λόγον, cuius partis sunt relictae paragraphi 35 et 36). Tertia pars qua quaeritur quid sit pro portione pertinet a paragrapho 37 ad 83: quas quae ante iacturam exceperunt, his tertia parte ad finem adducta quid consuetudo esset expositum fuit. De fontibus quibus Varro in hoc libro conficiendo usus sit iudicium pendere ab eis quae de libris VIII et IX disseruimus vix est quod moneamus: neque vero est, quod scriptori ab initio profitenti se in hoc libro multa de suo daturum esse omnem fidem denegemus.

# ADDENDA ET CORRIGENDA

p. 4, 16 corr ‘ex[s]tat’ et ‘extat’ (v. proleg. p. XXXVIII)

p. 5 ad v. 21 linea infra ♃ typothetae vitio accessit

p. 13, 13 dele virgulam post *novando*

p. 17 ad v. 1 corr: | *del Scal* ‖ pro ‖ 2 *del Scal* |

p. 30, 7 scr. *Graecis* pro *graecis*

p. 35, 13 scr. *graecum* pro *Graecum* (in talibus rebus saepius non satis constanti ratione usi sumus, quod lector ipse, si tanti est, corrigat)

p. 44, 20 dele † ante *macellotas*

p. 63, 13 adde virgulam post *idus* et corr *Tubulustrium* pro *tub.*

p. 70, 7 dele *(Fun. p. 121)*

p. 76, 10 cf. Ada Thomson ‘Arch. f. Relig.-wsch.’ XII (1909) p. 469

p. 81, 9 corr: *CXXXIV* pro *XXXIV*

p. 85 ad v. 4 corr: ‘Itẽ’ pro ‘Ite’

p. 86, 4 corr *parere*’: pro *parere*’.

p. 90, 20 scr. *i* pro *I*

p. 96 ad v. 3 adde *?* post *(cf. test.)*

p 107, 13 post ‘Opillus’ adde *(p. 93 Fun.)*

**p. 111 ad v. 1 corr ‘auscauripeda’ pro ‘auscaripeda’**

p. 111, 12 corr *92* pro *93*

p. 116, 10 corr *690* pro *647*

p. 119 ad v. 3 sqq. (v. adn.) Georgii d’Arnaud ‘Var. coniect. l. II’ (a. 1744), quos ex Bootii commemoratione laudavimus, interim nacti sumus; qui p. 332 non recte ‘dea dicta’ pro ‘ea dicta’ (v. 5) corrigit traiecto ‘(inde Scaevola appellatur)’ inter ‘id est sinistra’ et ‘quod quae sinistra’. At recte postea (v. 6 sq.) non ita longe a ratione quam in apparatu proposuimus emendat ‘aliudve quid sit, edixi ave ⟨scaeva⟩, sinistra quae nunc est’

p. 119, 18 ‘⟨adsidue⟩ adsimus’ suppl Goetz Quaest. Varr. (a. 1886) p. VII. Ibidem testimoniis adde ‘Don. in Andr. I 1, 80 s. f.’

**p. 122, 3 corr ‘de⟨n⟩tur’ et in apparatu ‘de$\overset{2}{\text{t}}$’**

p. 125, 8 cf. Roehrscheidt ‘G. G. A.’ 1908 p. 799 adn. (v. p. XXIV adn. 2)

p. 126, 4 ‘neque ⟨si⟩ quae’ idem p. 802 adn. mox v. 6 ‘quod simile est’ eiciens ut a ‘correctore’ insertum et post ‘propagat[um]’ syllabas (!) quasdam fortasse intercidisse sumens

p. 128, 14 ‘⟨ni⟩si item’ corr idem p. 800. 803

p. 129, 6 Reitzensteinii coniecturam a nobis receptam improbat idem p. 804

p. 129, 9 ‘ipsius rei ⟨naturam in sua⟩ discrimina’ suppl idem p. 805 ‘necessario’

p. 130, 6 lacunam a Reitzensteinio post ‘sic alia’ signatam impugnat idem ibid. (provocans simul ad testimonium apud Uhligium Dion. Thr. 35, 1 obiter inspectum)

p. 130, 18 corr *declinatio[nibus]* pro *dealinatio[nibus]*

p. 130, 21 sqq. cf. Roehrscheidt p. 795 sq. 799

p. 130, 28 'Artemidori' aliter, sed vix rectius quam Reitzenstein defendit idem p. 796 adn.: nam nequaquam 'quae in mentem veniant' exempla Varronem ponere, sed antea posita declinare et tria nomina ipsa et ordo eorum demonstrant. Ac postea etiam ipse p. 802 dubitat, male de 'correctoris' potius quam librarii mendo cogitans (cf. proleg. p. XXVII)

p. 131, 25 de 'longi⟨or⟩ orator' v. proleg. p. XXIV.

p. 134, 5 scr. 'Iupiter' pro 'Iup⟨p⟩iter' (cf. proleg. p. XXVIII)

p. 141 ad v. 15 corr 'non inclinari *vel* inclinare'

p. 142, 22 corr 'Consentes' pro 'consentes' (ut 143, 2); ibid. 'Penates' pro 'penates'

p. 143, 18 de verbis a 'correctore' illatis confidentius quam Sp. aliique cogitat Roehrscheidt l. s. s. p. 802 adn. et 813

p. 146, 1 **corr 'a libertinis' pro 'libertinis'**

p. 163, 5 sqq. Cf. Roehrscheidt p. 811 sq., qui v. 6 'utrumque' pro 'utrosque' corr, v. 8 'admodum certa ratione' [sed locutione admodum dubia] suppl 'sed ne⟨mo pollicetur analogiam fore⟩ in his', post 'casum' ut nos gravius dist, v. 11 'non' pro 'nam' confidenter corr, de 'quod' sequenti dubitans omninoque et in his correcturis et in aliis iam non corrigendis 'correctoris' sui vestigia etiam hoc loco 'aperte' comprehendens

p. 163, 27 cf. etiam idem p. 811

p. 170, 16 scr '†quisque' pro 'quisque'

p. 174, 10 **corr 'quid' pro 'qui'**

p. 234, 14 sqq. cf. etiam Roehrscheidt p. 813 sq.

p. 263, 1 corr '65, 18 sq.' pro '65, 23 sq.'

p. 266 ad 78, 12 corr 'Proserpinae chorus' pro 'Proserpina' (cf. adn. ad 90, 6)

p. 277 ad 122, 2 sqq. adde 'P. Kretschmar Z. d. Sav. Stift. a. 1910, 62 sqq.'

p. 278 s. f. ad 125, 8 corr: '178, 15' pro '178, 16'

# CONSPECTVS SIGLORVM COMPENDIORVMQVE

*F* = Laurentianus LI 10 (cuius scripturae plerumque sine signo adscribuntur vel significantur).

*F*$^{v}$ = idem codex ex collatione P. Victorii.

(*F*$^{v}$) = eiusdem collationis testimonia ex silentio effecta.

*m. 1. 2. rec.* = manus prima, secunda, recens in Laurentiano.

*epit.* = fragmentum Casinense, in quo locus de urbe Roma excerptus est

*apogr.* = apographa Laurentiani, ex quibus raro significantur

*f* = Laurentianus LI 5

*G* = Gothanus

*M* = Guelferbytanus

*a* = Parisinus 7498.

*v* = vulgo, vulgata*): ceteroqui emendationes simpliciter receptae Italorum sunt; ex emendatoribus breviantur haec nomina: *Ald(us), Aug(ustinus), Bent(inus), Lachm(ann), Laet(us), Mue(ller)* = C. O. Mueller (rarius commemorantur *L. Mue* = Lucianus M. et *C.F.W. Mue*), *Rhol(andellus), Scal(iger), Sciop(pius), Sk.* = Skutsch, *Sp.* = Leonardus Spengel (*A. Sp.* = Andreas filius), *Steph(anus), Turn(ebus), Urs(inus), Vertr(anius), Vict(orius), We(ssner), Wilm(anns), Wi(ssowa)*.

*ed. Ven.* = editio Veneta a. 1474.

( ) his uncis separantur verba Varronis interiecta.

[ ] his uncis secluduntur litterae syllabae verba delenda.

⟨ ⟩ his uncis significantur litterae syllabae verba addenda.

** his stellulis indicantur lacunae.

// his lineolis adumbrantur litterae erasae.

† corruptelis praefigitur.

* fragmentis praemissum significat certo libro verba ex coniectura tantum vindicata esse.

** fragmentis praemissum significat Varroni verba de coniectura tantum adscripta esse.

fragmentorum numeris his uncis ( ) adscribuntur numeri Wilmannsiani, his [ ] Funaioliani.

Codices aliorum scriptorum raro indicantur, ut Charisii *N(eapolitanus)*, Servii Dan. *C(asselanus)* et *F(loriacensis)*, Prisciani *P(arisinus* Tellerianus), praeterea *Bern(ensis)*, *Lugd(unensis)*, *Pal(atinus)*, *Par(isinus)*, *Turon(ensis)*, *Veron(ensis)*, quorum accuratiores significationes nemo hic quaeret.

---

*) *v.* = vide vel versus, *s. v.* = sub verbo non magis egent explicatione quam *cf.*, *sq.* et *sqq.*, *adn.*, *al.*, *c. al.*, *er.* et *ras.*, *litt.*, *marg.*, *spat.*, *test.*, porro *add*, *corr*, *del*, *secl*, *dist*, *lac sign*, *om*, *suppl*, *scr.* et *adscr.* et *s. scr.*, *trai* similiaque.

Scriptorum in testimoniis consueta sunt compendia, nisi quod notandum simpliciter posita significare *Macr.* Macrobii Saturnalia et *Isid.* Isidori Origines (cuius praeter *Diff[erentias]* saepius etiam *N. R.* = de natura rerum liber exhibetur). Praeterea signantur

*GL.* = Grammatici Latini ex recensione H. Keilii*) (cum *Anecd. Helv.* = Supplemento ed. ab H. Hagen);

*TG.* = Thesaurus glossarum emendatarum = Corpus glossariorum Latinorum ed. G. Goetz vol. VI. VII.

Festum Paulumque ex Muellerianae, Nonium ex Mercerianae numeris excitamus, Plautum ex nostra, saturarum Menippearum fragmenta ex Buecheleri editione; nominibus collectorum prodimus *Bremer* = Iurisprudentiae antehadrianeae reliquias, *Bruns* = Fontes iuris Romani antiqui, *Funai(oli)* = Grammaticae Romanae fragmenta, *Preibisch* = Fragmenta librorum pontificalium, *Regell* = Fragmenta auguralia. Denique notis editorum his utimur: *Arn.* = de Arnim in Stoicorum reliquiis, *B.* = Baehrens in FPR. = fragmentis poetarum Romanorum, *Bk.* = Bekker in Anecdotis Graecis, *Crec.* = Crecelius in Augustino de dialectica, *ed. Vind.* = editores Vindobonenses Eichenfeld et Endlicher, *H.* = Halm in rhet. Lat. min. et Hultsch in Polybio, *Hilg.* = Hilgard in Choerobosco et in scholiis in Dion. Thr., *L. M.* = Lucianus Mueller in Naevio, *M.* = Marx in Lucilio (rarius = Maur[enbrecher] in carmine Saliari et Mueller in fragmentis historicorum Gr.), *N.* = Nauck in Aristophane Byz., *Or.* = Orelli in scholiis in Cic., *P.* = Peter in historicorum Rom. fragm., *R.* = Ribbeck in Scaen. Rom. poesis fragm. ($R.^2$ et $R.^3$ = ed. II et III), rarius = Reiff(erscheid) in Suetonio et Riese in Anthol. Lat., *Sch.* = Schoell in XII Tab., *Schn.* = Schneider in Callimacheis, *U.* = Uhlig in Dion. Thr. et Apollonio Dysc., *Us.* = Usener in Epicureis, $V.^2$ = Vahlen in Ennii ed. II, *W.* = Wilmanns in fragmentis Varronianis, Wuensch in Laurentio Lydo, Wachsmuth in Stobaeo.

---

*) Singulorum grammaticorum nomina quoniam toties iterare noluimus hoc loco breviter potiorum saltem numeros adscribimus: I 1—296 = Charisius, 299—529 = Diomedes, 533—565 = excerpta 'ex Charisio' vel potius ex eius fontibus; II. III = Priscianus; IV 1—264 = Probus qui fertur (—43 Catholica, —192 instituta, —204 appendix, —216 de nomine, —264 de ultimis syllabis), 353—402 = Donatus, reliqua = Servius (Sergius); V 1—79 = Cledonius, 81—312 = Pompeius, 328—404 = Consentius, 567—594 = de dubiis nominibus; VI 1—184 = Marius Victorinus, 245—272 = Caesius Bassus, 278—304 = Atilius Fortunatianus, 313—343 = Terentianus Maurus, 415—546 = Marius Plotius Sacerdos, 547—578 = Rufinus, 579—601 = Mallius Theodorus; VII 11—35 = Terentius Scaurus, 46—81 = Velius Longus, 92—112 = Caper, 113—125 = Agroecius, 144—216 = Cassiodorii excerpta, 227—294 = Beda, 295—312 = Albinus, 320—362 = Audax, 376—436 = Dositheus, 449—514 = Arusianus Messius.

# M. TERENTI VARRONIS

## DE LINGVA LATINA LIBRI

multi posterorum cum Varrone conferent sermonem de lingua latina.
*Vitruvius de archit. IX praef. 17*

# M. TERENTI VARRONIS

# DE LINGVA LATINA

## LIBRI XXV

---

## LIBRORVM II—IV AD P. SEPTVMIVM FRAGMENTA

1. *Cf. VII 109 sq.; VIII 1; V 1.6.*

### III

2 (4 [6]). ita respondeant cur dicant deos, cum ⟨de⟩ omnibus antiqui dixerint divos.

3 (5 [7]). fixum.

4 (6 [8]). sicut †nocē panthera et lea.

### IV

5 (7 [9]). prolubium et [pro]lubidinem dici ab eo quod lubeat. unde etiam lucus Veneris Lubentina⟨e⟩ dicatur.

---

3 *Cf. Hieronymi Index librorum Varronis apud Ritschelium Opusc. III p. 424. 526* (de lingua latina XXV . . . ἐπιτομὴν de lingua latina ex libris ⟨X⟩XV libros VIIII) ‖ 7 *Serv. Dan. in Aen. XII 139* (deus autem vel dea generale nomen est omnibus . . . Varro ad Ciceronem tertio 'ita . . . divos')*; cf. Serv. in Aen. V 45. VIII 275; TG. s.* divus*; Isid. diff. 168* ‖ 9 *GL. I 377, 11* (reperimus . . fictus et fixus . . . Varro ad Ciceronem tertio 'fixum') ‖ 10 *Philarg. in Buc. II 63* (hoc nomen [*scil.* leaena] licet veteres latinum negent, auctoritate tamen valet. dicebant enim leonem masculum et feminam . . . leam vero Varro ad Ciceronem dicit libro III [IIII *Paris. N*] 'sicut . . . lea')*; cf. V 100. IX 55; Non. 134, 7; GL. I 39, 15 = 545, 6. 103, 24; II 146, 13. 209, 7; IV 82, 27. 432, 10; V 41, 10; Isid. XII 2, 3; TG. s.* lea ‖ 12 *Non. 64, 15* (Prolubium . . . Varro de lingua latina libro IIII [V *Lugd.*] 'prolubium . . . dicatur')*; cf. VI 47 ibique adn.*

---

7 *suppl Thilo* (omnis *Commelinus,* omnes *Masvicius*) ‖ 10 nocē *vel* no cest *rec. I, unde* nocet *v,* docet *Roth,* hoc est *Buecheler; at* non est (*scil.* simile) *in rec. II: v. test.* ‖ 12 proluuiem: *corr Guiet* | *del Quicherat* (proluuidine *Lugd.*[1]) ‖ 13 libentina *Lugd.*[1]

M. TERENTI VARRONIS

# DE LINGVA LATINA

DE DISCIPLINA ORIGINVM VERBORVM AD CICERONEM

LIBER IIII EXPLICIT INCIPIT

## LIBER V

1 1. Quemadmodum vocabula essent imposita rebus in lingua latina, sex libris exponere institui. de his tris ante hunc feci quos Septumio misi: in quibus est de disciplina, quam vocant *ἐτυμολογικήν*: quae contra ea⟨m⟩ dicerentur, volumine primo, quae pro ea, secundo, quae de ea, tertio. in his ad te scribam, a quibus rebus vocabula imposita sint in lingua latina et ea quae sunt in consuetudine * * * apud poetas.
2 cum unius cuiusque verbi naturae sint duae, a qua re et in qua re vocabulum sit impositum (itaque a qua re sit pertinacia cum requi⟨ri⟩tur, [h]ostenditur esse a perten⟨den⟩do; in qua re sit impositum dicitur cum demonstratur, in quo non debet pertendi et pertendit, pertinaciam esse, quod in quo oporteat manere, si in eo perstet, perseverantia sit), priorem illam partem, ubi cur et unde sint verba scrutantur, Graeci vocant *ἐτυμολογίαν*, illam alteram *περ⟨ὶ⟩ σημαινομένων*: de quibus duabus rebus in his libris promiscue dicam, sed exilius de
3 posteriore. quae ideo sunt obscuriora, quod neque omnis impositio verborum exstat, quod vetustas quasdam delevit, nec quae ex⟨s⟩tat sine mendo omnis imposita, nec quae recte est imposita, cuncta manet (multa enim verba li⟨t⟩teris commutatis sunt interpolata), neque omnis origo est nostrae linguae e vernaculis verbis, et multa verba aliud

---

2—6 *Cf. VII 109 sq. VIII 1* ‖ 11 *Cf. Non. 433, 1* ('pervicacia' est interdum bonarum rerum perseverantia, 'pertinacia' semper malarum)*; GL. VII 122, 20; Don. in Hec. II 1, 5; adde Accii trag. v. 5 sqq. R.*

---

3 ethimologicen· ‖ 4 *add Rhol* ‖ 6 *lac sign Sp.* ‖ 7 cui: *corr Rhol* | aquare· & Inquare *(item v. 8 sq.)* ‖ 8 *sq.* seqt̃· : *correximus* (*cf. VII 105 et IX 51* [seq$^{runt}$]) | *add Rhol* ‖ 13 greci: *et sic constanter: quod neque amplius notavimus neque in contextu significavimus* | ethimologiã | ·ΠΕΡϹႦΜΛΙΝΟΜЄΝΟΝ· ‖ 14 exi//lius (*er.* l) ‖ 15 o$^{b}$scuriora

nunc ostendunt, aliud ante significabant (ut hostis: nam tum eo verbo
dicebant peregrinum qui suis legibus uteretur, nunc dicunt eum quem
tum dicebant perduellem). in quo genere verborum aut casu erit 4
illustrius unde videri possit origo, inde repetam. ita fieri oportere
apparet, quod recto casu quom dicimus inpos, obscurius est esse a
potentia qua⟨m⟩ cum dicimus inpot[ent]em; et eo obscurius fit, si
dicas pos[t] quam inpos: videtur enim pos significare potius pontem
quam potentem. vetustas pauca non depravat, multa tollit. quem 5
puerum vidisti formosum, hunc vides deformem in senecta. tertium
seculum non videt eum hominem quem vidit primum. quare illa quae
iam maioribus nostris ademit oblivio, fugitiva secuta sedulitas Muti
et Bruti retrahere nequit. non, si non potuero indagare, eo ero tardior, sed velocior ideo, si quivero. non mediocris enim tenebrae in
silva ubi haec captanda neque eo quo pervenire volumus semitae tritae, neque non in tramitibus quaedam obiecta quae euntem retinere
possent: quorum verborum novorum ac veterum discordia omnis. in 6
consuetudine com⟨m⟩uni quot modis litterarum commutatio sit facta
qui animadverterit, facilius scrutari origines patietur verborum: reperiet
enim esse commutata, ut in superioribus libris ostendi, maxime propter
bis quaternas causas. litterarum enim fit demptione aut additione et
propter earum tra⟨ie⟩c[ta]tionem aut commutationem, item syllabarum
†productione; quae quoniam in superioribus libris [qui]cuiusmodi
essent exemplis satis demonstravi, hic ammonendum esse modo putavi.
nunc singulorum verborum origines expediam, quorum quattuor ex- 7
planandi gradus. infimus [in] quo populus etiam venit: quis enim
non videt unde ar⟨g⟩e⟨n⟩tofodin⟨a⟩e et viocurus? secundus quo
grammatica descendit antiqua, quae ostendit, quemadmodum quodque
poeta finxerit verbum, quod⟨que⟩ confinxerit, quod⟨que⟩ declinarit;
hic Pacui: 'rudentum sibilus' *(336 R.)*, hic: 'incurvicervicum pecus'
*(408 R.)*, hic: 'clamide clupeat b⟨r⟩acchium' *(186 R.)*. tertius gradus, 8

---

1 *sq. Cf. VII 49; Fest. Pauli 66, 17. 102, 7* (hostis apud antiquos peregrinus dicebatur, et qui nunc hostis, perduellio [!]); *Cic. de off. I 37; Serv. Dan. in Aen. IV 424; Macr. I 16, 14; GL. I 211, 18* (per pro perquam, valde, ut perduellio [nem] perquam duellio et ⟨perduellis⟩ plusquam [perquam *Keil*] hostis *e. q. s.*); *TG. s.* Agonia ‖ 20 *Cf. VI 2 (Reitzenstein 'Gesch. d. gr. Etym.' 187)* ‖ 26 *Cf. VIII 62*

---

5 quẽ dicimus ineos ‖ 7 poņs ‖ 9 formo///sũ (*er.* n) ‖ 11 *dist Turn* | fugiua (ti *suprascr. m. posterior*) ‖ 12 indigare (a [*non* α] *supra* i *scr. corr m. 2*) ‖ 13 q ero (v *supra scr. m. 2*) ‖ 15 oblecta *ut vid* ‖ 16 quorum (quoꝝ) *suspectum: cf. adn.* | *dist Mue* ‖ 21 *add et del Scal et Popma* | sillabaꝝ ‖ 22 productione *vix delendum cum Sp., sed velut sic scribendum duce Scal et Mue:* productione correptione, adiectione detractione (*cf. adn.*) | q cuiusmodi ‖ 25 *del Sciop* ‖ 26 aretofodine: *corr Canal* (*sed* -ti-, *ubi* -to- *Sk.*) ‖ 28 qđ c̃finxerit · qđ: *supplevimus* ‖ 29 inceruice ruicũ: *corr Goth. in marg. (cf. Quint. I 5, 70)*

quo philosophia ascendens pervenit atque ea quae in consuetudine
communi essent aperire coepit, ut a quo dictum esset oppidum, vicus,
via. quartus, ubi est adytum et initia †regis: quo si non perveniam
* * * scientiam, at opinionem aucupabor, quod etiam in salute nostra
9 nonnunquam facit cum ⟨a⟩egrotamus medicus. quodsi summum gra-
dum non attigero, tamen secundum praeteribo, quod non solum ad
Aristophanis lucernam, sed etiam ad Cleant⟨h⟩is *(frg. 485 Arn.)* lucu-
bravi. volui praeterire eos, qui poetarum modo verba ut sint ficta
expediunt. non enim videbatur consentaneum qua⟨e⟩re⟨re⟩ me in eo
verbo quod finxisset Ennius causam, neglegere quod ante rex Latinus
finxisset, cum poeticis multis verbis magis delecter quam utar, anti-
quis magis utar quam delecter. an non potius mea verba illa quae
hereditate a Romulo rege venerunt quam quae a poeta Livio relicta?
10 igitur quoniam in haec sunt tripertita verba, quae sunt aut nostra
aut aliena aut oblivia, de nostris dicam cur sint, de alienis unde sint,
de obliviis relinquam: quorum partim †quo ita invenerim ita opiner
scribam. in hoc libro dicam de vocabulis locorum et quae in his
sunt, in secundo de temporum et quae in his fiunt, in tertio de utra-
que re a poetis comprehensa.

11 Pythagoras Samius ait omnium rerum initia esse bina ut finitum
et infinitum, bonum et malum, vitam et mortem, diem et noctem.
quare item duo status et motus * * * quod stat aut agitatur, corpus,
ubi agitatur, locus, dum agitatur, tempus, quod est in agitatu, actio.
quadripertitio magis sic apparebit: corpus est ut cursor, locus stadium
12 qua currit, tempus hora qua currit, actio cursio. quare fit, ut ideo
fere omnia sint quadripertita et ea aeterna, quod neque unquam tem-
pus, quin fueri[n]t motus: eius enim intervallum tempus; neque motus,
ubi non locus et corpus, quod alterum est quod movetur, alterum
ubi; neque ubi is agitatus, non actio ibi. igitur initiorum quadrigae
13 locus et corpus, tempus et actio. quare quod quattuor genera prima

---

3 *sq. Cic. d. or. II 30 contulit Sp.* (oratoris actio opinionibus, non scientia continetur . . . ut igitur in eiusmodi re, quae . . ad scientiam non saepe perveniat, quae opiniones hominum et saepe errores aucupetur *e. q. s.*) ‖ 27 *Cf. Diog. Laert. VII 141* (*χρόνος διάστημα τῆς τοῦ κόσμου κινήσεως*)*: cf. Diels Doxogr. 461 (Sk.)*

---

2 cępit ‖ 3 aditũ *ex* aditus: *corr Sciop* | *cf. adn.* ‖ 4 *lac significavimus* (*velut* ⟨ut rerum intimarum consequar⟩ scientiam) | ad: *corr Sciop* ‖ 5 fecit ‖ 7 adristophanes (a *et* i *supra scriptis corr m. 2*) ‖ 10 *sq.* causã neglegere· *et* finxisset? ‖ 13 rege *in marg. suppl. m. 1* | libio: *corr m. 2* ‖ 14 triptita ‖ 16 *an:* quae ita ⟨ut⟩ invenerim, ita opiner*? cf. Cato de agr. 144, 2* ‖ 19 cõp̃hensa· (p̃ *in hoc verbo fere constanter, raro* pre*; quod non notamus*) ‖ 21 ″noctem et ′ diem *(lineolae [′ fere evanida] m. 2 ut vid)* ‖ 22 *lac. sign. Wi (v. adn.)* ‖ 26 ę̃tna, ę *ex* e *m. 2* ‖ 27 enim] animi ‖ 29 his (h *lineola del m. 2*) ‖ 30 quod *ex* quot

rerum, totidem verborum †enim horum dequis locis et his rebus
qu⟨a⟩e in his videntur in hoc libro summatim ponam. sed qua cog-
natio eius erit verbi quae radices egerit extra fines suas, persequemur.
s⟨a⟩epe enim ad limitem arboris radices sub vicini prodierunt segetem.
quare non, cum de locis dicam, si ab agro ad †agrosium hominem,
ad agricolam pervenero, aberraro. multa societas verborum, nec vinalia
sine vino expediri nec curia calabra sine calatione potest aperiri.

2. incipiam de locis ab ipsius loci origine. locus est, ubi loca- 14
tum quid esse potest, ut nunc dicunt, collocatum. veteres id dicere
solitos apparet apud Plautum *(Aul. 191)*: 'filiam habeo grandem cassa
dote atque inlocabili neque eam queo locare cuiquam.' apud Ennium
*(347 sq. R.)*: 'o Terra Tr⟨a⟩eca, ubi Liberi fanum inclutum Maro loca-
vi⟨t⟩.' ubi quidque consistit, locus. ab eo praeco dicitur locare, quod 15
usque †id emit, quoad in aliquo constitit pretium. in⟨de⟩ locarium
quod datur in stabulo et taberna, ubi consistant. sic loci muliebres,
ubi nascendi initia consistunt.

3. loca natura⟨e⟩ secundum antiquam divisionem prima duo, terra 16
et caelum, deinde particulatim utriusque multa. caeli dicuntur loca
supera et ea deorum, terrae loca infera et ea hominum. ut Asia sic
caelum dicitur modis duobus. nam et Asia, quae non Europa, in quo
etiam Syria, et Asia dicitur prioris pars Asiae, in qua est Ionia ac
provincia nostra. sic caelum et pars eius, summum ubi stellae, et id 17
quod Pacuvius cum demonstrat dicit *(87 sq. R.)*: 'hoc vide circum
supraque quod complexu continet terram': cui subiungit: 'id quod
nostri caelum memorant.' a qua bipertita divisione Lucilius *(1 M.)*
suorum unius et viginti librorum initium fecit hoc: 'aetheris et terrae
genitabile qu⟨a⟩erere tempus.'

caelum dictum scribit Aelius *(Funai. p. 59)*, quod est c⟨a⟩elatum 18

---

8 *Cf. Zeno apud Stob. Ecl. phys. I 18, 1*$^{d}$ *= 157, 2 W.* (*τόπον τὸ ἐπεχόμενον ὑπὸ σώματος: v. Wilmanns 11*) ‖ 9 *Cf. Fest. Pauli 119, 3* (locatum: positum)*; TG. s. v.* ‖ 17 *Cf. § 57 et Varronis fragm. ex logistor. qui inscribitur Curio de deorum cultu apud Probum in Buc. VI 31* (*344, 1 ed. Hag.*: tres arae . . . in . . . tertia DIIS TERRAE ET CAELO. in haec duo divisus mundus). *Adde Varr. apud Augustinum de civ. d. VII 6, 2* (mundum dividi in duas partes, caelum et terram)*: v. Agahd Antiqu. rer. div. 212* ‖ 23 *Cf. Diog. Laert. VII 138 (Reitzenstein 34)*

---

1 eñi (*non* enĩ) horum dequis: numeranda deque (deque *Groth*) *Wi* | iis rebus *Sp.* ‖ 5 *an:* Agrasium*? cf. Varro d. r. r., siquidem nomen ficticium esse improbabile* ‖ 6 agricolam *c. ras. ex* agrigolam ‖ 8 locis sub: *corr Sciop* ‖ 9 ⟨locatum⟩ veteres *Sp.* ‖ 10 *sq.* dote cassam atque inlocabilem *codd. Plauti* ‖ 12 inciuiũ: *corr Gulielmius* | miro *ut vid ras ex* maro ‖ 13 *add Ribbeck* ‖ 14 [i]demit *Madvig, cui praemittas* ⟨quid⟩ | ptiũ | *add Laet* ‖ 19 hominũ · ut asia · Sic ‖ 25 lucretius: *corr Scal* ‖ 26 unũ et: *corr Laet; an:* primi et*? (v. adn.)* | ętheris

aut contrario nomine, celatum quod apertum est; non male, quod †posterior multo potius a c⟨a⟩elo quam caelum a c⟨a⟩elando. sed non minus illud alterum de celando ab eo potuit dici, quod interdiu
19 celatur, quam quod noctu non celatur. omnino e⟨g⟩o magis puto a chao cho⟨um ca⟩vum et hinc caelum, quoniam, ut dixi, 'hoc circum supraque quod complexu continet terram', cavum caelum. itaque dicit Androm⟨ed⟩a Nocti *(Enn. 95 sq. R.)*: 'qu⟨a⟩e cava caeli signitenentibus conficis bigis' et Agamemno *(Enn. 177 sq. R.)*: 'in altisono caeli clipeo': cavum enim clipeum; et Ennius item ad cavationem *(374 R.)*:
20 'caeli ingentes fornices.' quare ut a cavo cavea et caull⟨a⟩e [et convallis, cavata vallis] et †cauea e cavitione ut cauium, sic ortum, unde omnia apud ⟨H⟩esiodum *(Theog. 123)*, a chao cavo caelum.
21 4. terra dicta ab eo, ut Aelius *(Funai. p. 67)* scribit, quod teritur. itaque tera in augurum libris *(Regell p. 16)* scripta cum R uno. ab eo colonis locus com⟨m⟩unis qui prope oppidum relinquitur teritorium, quod maxime teritur. hinc linteum quod teritur corpore extermentarium. hinc in messi tritura, quod tum frumentum teritur, et trivolum, qui teritur. hinc fines agrorum termini, quod eae partis propter limitare iter maxime teruntur; itaque hoc cum is*** (in Latio aliquot locis dicitur, ut apud Accium *(p. 262 R.)*, non terminus, sed

---

1 *Cf. Varr. sat. Menipp. fragm. 420 (apud Probum in Buc. VI 31 = 340, 15:* appellatur a caelatura caelum)*; Plin. N. H. II 3, 8* (caelum quidem haut dubie caelati argumento diximus, ut interpretatur M. Varro*, non ex hoc loco: cf. Sp. praef. p. LXXI, Mentz de L. Ael. Stil. p. 42); Isid. de nat. rer. XII 2 (ex Ambros. Hexaem. II 4, 15); Orig. III 31, 1 et XIII 4, 1; GL. VII 268, 28. 299, 8; Anecd. Helv. 215, 23 et 237, 8; TG. s.* caelum*; Reitzenstein 36 sq.* ‖ 4 *Cf. § 135; Fest. Pauli 46, 13* (cavum a chao dictum). *39, 6* (cohum poetae caelum dixerunt, a chao, ex quo putabant caelum esse formatum)*; Isid. d. nat. rer. XII 2; TG. s.* cohum ‖ 10 *Cf. Fest. Pauli 46, 12* (caulae a cavo dictae) *et 42, 6* | *Cf. TG. s.* convallis ‖ 13 *Cf. Serv. Dan. in Aen. I 744; schol. Bern. Georg. III 381; Isid. III 71, 7. XII 1, 30. XIV 1, 1* ‖ 15 *Cf. Serv. in Aen. V 755* (unde et territorium dictum est quasi terribovium tritum bubus et aratro)*; Isid. XIV 5, 22* (quasi tauritorium)*: in quibus utrum* teritorium *an potius* teribovium *scribendum sit dubitat Gerh. Vossius etym. ling. lat. p. 517; adde TG. s.* territorium ‖ 18 *sqq. Cf. Serv. in Georg. I 164* (genus vehiculi unde teruntur frumenta)*; Isid. XX 14, 10; TG. s.* tribula | *Cf. Fest. Pauli 368, 3* (in eius [*scil.* Termini] tutela fines agrorum esse putabant)*; Fest. 363$^{a}$, 23* (termonem . . . quem nos nunc terminum)*; Isid. XV 14, 3*

---

2 posterior·: *an:* ⟨im⟩positor*? cf. VII 1* (inposterioris) | ⟨caelare⟩ a caelo *Scal* ‖ 4 ñ celat̃ om̃ino· | *add Ald* ‖ 5 *addidimus duce Mue* (cauum *pro* chouũ *Laet*) ‖ 6 c̃tin& terrã *ex* c̃tinenterrã ‖ 7 androma Noctiq;: *corr Scal* (quae *Aug*) ‖ 9 ad ua//////tionẽ· (*er.* ca *ut vid*) ‖ 10 cauile: *corr Scal* ‖ 11 cavata vallis *secl Scal: quae cum proba sit* convallis *explicatio, hoc vero a* cavo *derivari nequeat, seclusimus, quae sane vix dixeris unde illata sint certe non corrupta* ‖ 11 *an:* et caue⟨rn⟩ae ⟨a⟩ cauatione (a cauat. *Mue*)*?* | cauum *ras ex* cauium*; an:* nauium *(cf. Serv. Dan. in Aen. II 19)?* ‖ 19 itẽ | *lac signavimus proximis seiunctis: v. adn.* | latiō *ex* latio *m. 2 ut vid.* (latino *in marg. m. rec.*)

termen. hoc Graeci quod *τέρμονα*, pote vel illinc. Euander enim, qui
venit in Palatium, e Graecia Arcas). via[s] quidem iter, quod ea vehendo 22
teritur, iter ite[ru]m actus, quod agendo teritur; etiam ambitus ⟨i⟩ter,
quod circumeundo teritur: nam ambitus circuitus; ab eoque duodecim
tabularum interpretes 'ambitus parietis' *(cf. Schoell p. 136; Funai. p. 113)*
circuitum esse describunt. igitur tera terra et ab eo poetae *(cf. Enn.
Ann. 455 V.²; Funai. p. 75)* appellarunt summa terrae quae sola teri pos-
sunt, 'sola terrae'. terra, ut putant, eadem et humus; ideo Ennium 23
*(396 R.)* in terram cadentis dicere: 'cubitis pinsibant humum'; et quod
terra sit humus, ideo is humatus mortuus, qui terra obrutus; ab eo qui
Romanus combustus est, ⟨si⟩ in sepulc[h]rum eius abiecta gleba non
est aut si os exceptum est mortui ad familiam purgandam, donec in
purgando humo est opertum (ut pontifices dicunt *[cf. Preibisch p. 13]*,
quod inhumatus sit), familia funesta manet. et dicitur humilior, qui
ad humum demissior, infimus humillimus, quod in mundo infima humus.
humor hinc. itaque ideo Lucilius *(1308 M.)*: 'terra abi[i]t in nimbos 24
imbremque', Pacuvius *(363 R.)*: 'terra ex⟨h⟩alat auram atque auroram
humidam', humectam; hinc ager uliginosus humidissimus; hinc udus
uvidus; hinc sudor et udor. is si quamvis deorsum in terra, unde
su[m]mi pote, puteus; nisi potius quod ⟨A⟩eolis dicebant ut *πύταμον* 25
sic *πύτεον* a potu, non ut nunc *φρέ⟨αρ⟩*. a puteis oppidum ut

---

2 *Cf. Serv. in Aen. IV 405* (via . . . qua potest ire vehiculum)*; Varro de r. r. I 2, 14; Augustin. de dial. XII 2 Crec.* ‖ 4 *Cf. Fest. Pauli 5, 4* (ambitus proprie dicitur circuitus aedificiorum)*: cf. id. 16, 16; Isid. XV 16, 12* ‖ 7 *Cf. Fest. 298ᵇ, 33* (solum terram. Ennius . . . 'sed sola terrarum' *e. q. s.*)*; TG. s. v.* ‖ 8 *Cf. TG. s.* humus ‖ 10 *Cf. Fest. Pauli 148, 11; Cic. de leg. II 57* (quod nunc communiter in omnibus sepultis venit usu, ut humati dicantur, id erat proprium tum in iis, quos humus iniecta contexerat, eumque morem ius pontificale confirmat. nam prius quam is in os iniecta gleba est, locus ille ubi crematum est corpus nihil habet religionis: iniecta gleba tumulus [et humatus est et gleba] vocatur, ac tum denique multa religiosa iura complectitur)*; Non. 163, 19* ‖ 16 *Cf. Varro apud Augustin. d. civ. d. VII 6* ‖ 18 *Cf. § 109* (assum)*; Serv. in Georg. II 184* (uliginosus . . . ager est semper uvidus) *et III 388* (udo semper uvido) ‖ 20 *Cf. VI 84; Augustin. princ. dial. 11, 3 Crecel.* (puteus quod eius effectum potatio est creditur dictus)*; Varro rer. div. XIV apud Gell. I 18, 2* (L. Aelius . . . erravit aliquotiens: nam aliquod verborum Graecorum antiquorum proinde atque essent proprie nostra reddidit causas falsas . . . multa vetera illorum ignorantur, quod pro his aliis nunc vocabulis utuntur . . . puteum quod vocant φρέαρ)*; Fest. 217ᵇ, 7; Isid. XIII 21, 5; TG. s. v.*

---

1 termona po τε velȷllιɴc· euander ‖ 3 Iter iterũ· | *delevimus duce A. Sp.* ‖ 4 ãbitust̃·: *corr Groth* ‖ 7 solo teri *Turn et Scal* ‖ 11 *add Turn* ‖ 13 homo: *corr Ald* ‖ 14 *sq.* ·& dr̃ humilior· Quę: *corr Mue* | *post* humũ· *exstant § 32* (*ab* ut Sabini) *usque ad § 41* (*ad* septẽ montium): *trai Mue ducibus Georgio Buchanano et Scal* ‖ 15 *sq.* humus· humor· Hinc ‖ 16 *del Aug* ‖ 17 *add Laet* | atque] ad *Ribbeck* ‖ 19 & (*& laeso, sed certo*) udorissi *extra v.* (ↄ *et supra & et supra* sudor· *adscripto*) ‖ 20 sũmi | potamon (a *in loco raso, ut plura*) sic po tura potu·: *corr Buttmann* ‖ 21 ΦΡЄ·: *corr Vict* (AP *ante* AP *om post* Є· [*non* C])

Puteoli, quod incircum eum locum aquae frigidae et caldae multae,
nisi a putore potius, quod putidus odoribus s⟨a⟩epe ex sulphure et
alumine. extra oppida a puteis puticuli, quod ibi in puteis obruebantur homines, nisi potius, ut Aelius *(Funai. p. 65)* scribit, puticulae,
quod putescebant ibi cadavera proiecta, qui locus publicus ultra Exquilias. itaque eum Afranius *(430 R.)* putilucos in Togata appellat,
26 quod inde suspiciunt per puteos lumen. lacus lacuna magna, ubi
aqua contineri potest. palus paululum aquae in altitudinem et palam
latius diffusae. stagnum a graeco, quod ii *στεγνόν* quod no[me]n
habet [p]rimam. hinc ad villas rutunda[s] stagna, quod rutundum
27 facillime continet, anguli maxime laborant. fluvius, quod fluit, item
flumen: a quo lege praediorum urbanorum *(cf. Dig. VIII 2, 17)* scribitur [scribitur]: 'stillicidia fluminaqu[a]e ut ita cadant fluantque';
inter haec hoc inter⟨est⟩, quod stillicidium eo quod stillatim cadit,
28 flumen quod fluit continue. amnis id flumen quod circuit aliquod:
nam ab ambitu amnis. ab hoc qui circum A[l]ter[u]num habitant,
Amiternini appellati. ab eo qui populum candidatus circum it, ambit,
et qui aliter facit, indagabili ex ambitu causam dicit. itaque Tiberis
amnis, quod ambit Martium campum et urbem; oppidum Interamna
dictum, quod inter amnis est constitutum; item Antemnae, quod ante
amnis, qu⟨a⟩ Anio influit in Tiberim, quod bello male acceptum con-
29 senuit. Tiberis quod caput extra Latium, si inde nomen quoque exfluit in linguam nostram, nihil *ἐτυμολόγον* latinum, ut, quod oritur
ex Samnio, Volturnus nihil ad latinam linguam: at quod proximum
oppidum ab eo secundum mare Volturnum, ad nos, iam [ad] latinum

1 *Cf. Fest. Pauli 219, 1* (Puteolos dictos putant ab aquae calidae putore, quidam a multitudine puteorum earundem aquarum gratia factorum)*; Strabo V 6, 245* (*Ῥωμαῖοι καὶ μετωνόμασαν Ποτιόλους ἀπὸ τῶν φρεάτων· οἱ δ' ἀπὸ τῆς δυσωδίας τῶν ὑδάτων*)*; paulo aliter Stephanus s. v. Δικαιαρχία* ‖ 3 *Cf. Fest. Pauli 216, 6; Pseudacr. in Hor. sat. I 8, 10; TG. s. v.* ‖ 7 *Cf. Fest. Pauli 117, 8; TG. s.* lacuna *et* lacus ‖ 9 *Cf. Fest. 314ᵇ, 23* ‖ 11 *Cf. Aelius Gallus apud Fest. 352ᵇ, 31* (aquam ipsam quae fluit flumen recte dici)*; Suet. 244, 5 R.* (omnis humor qui vel modice fluit) ‖ 16 *sq. Cf. Macr. I 14, 5 et additamentum in cod. Tur. ad Serv. in Aen. VII 710* (et Amiterna dixit pro Amiternina et dictum est oppidum a flumine). *Non recte huc traxit Fest. Pauli 17, 8 Groth* ‖ 19 *sq. Cf. Fest. Pauli 17, 6* (Interamnae et Antemnae dictae sunt, quod inter amnes sint positae vel ante se habeant amnes)*; Serv. in Aen. VII 631* (Antemnae . . . quasi ante amnem positae)*; Isid. XIX 2, 7*

4 *an:* puticuli *(duce Mue)? secl Sp.* ‖ 5 exqlias (*alias semper* esq.) ‖ 6 cuticulos: *corr Scal* ‖ 7 ppetuos: *corr Canal* ‖ 9 ·ll·STEΓNON· | nom̃ habet primã·: *corr Scal* ‖ 13 flumina quę | ita′ fluant″ cadantq; *(lineolae m. 2)* ‖ 14 Int̃ hęc hoc int̃· | cad& ‖ 17 *sq.* id | ãbit& (*extrema lineola in loco raso, item* facit) ‖ 21 quanto: *corr Canal* ‖ 22 *sq.* exfluit Ịnfḷuiṭ ‖ 23 εтýϢολοΓοɴ ‖ 24 ad quoḍ ‖ 25 *seclusimus cum A. Sp.* (*ut illatum ex antecedente* ad latinam) *et distinximus*

vocabulum, ut Tiberinum ⟨nume⟩n. et colonia enim nostra Voltur-
num et deus Tiberinus. sed de Tiberis nomine anceps historia. nam 30
et suum Etruria et Latium suum esse credit, quod fuerunt qui ab
Thebri vicino regulo Ve[n]ientum dixerint appellatum primo Thebrim.
sunt qui *(Funai. p. 117)* Tiberim priscum nomen latinum Albulam
vocitatum litteris tradiderint, posterius propter Tiberinum regem Lati-
norum mutatum, quod ibi interierit: nam hoc eius ut tradunt sepul-
c[h]rum.

5. ut omnis natura in caelum et terram divisa est, sic caeli re- 31
gionibus terra in Asiam et Europam. Asia enim iacet ad meridiem
et austrum, Europa ad septemtriones et aquilonem. Asia dicta ab
nympha, a qua et Iapeto traditur Prometheus. Europa ab Europa 32
Agenoris, quam ex Ph⟨o⟩enice Manlius *(Fr. poet. R. p. 284 B.; Funai. p. 85)*
scribit taurum exportasse, quorum egregiam imaginem ex aere Pyt⟨h⟩a-
goras Tarenti. Europae loca multae incolunt nationes. ea fere no-
minata aut translaticio nomine ab hominibus ut Sabini et Lucani, aut
declinato ab hominibus, ut Apulia et Latium, ⟨aut⟩ utrumque, ut
Etruria et Tusci[a]. qua regnum fuit Latini, universus ager dictus
Latius, particulatim oppidis cognominatus, ut a Pr⟨a⟩eneste Praenesti-
nus, ab Aricia Aricinus. ut nostri augures publici *(Regell p. 19)* dis- 33
serunt, agrorum sunt genera quinque: Romanus, Gabinus, peregrinus,
hosticus, incertus. Romanus dictus unde Roma ab Romo; Gabinus
ab oppido Gabis; peregrinus ager pacatus, qui extra Romanum et

---

5 *sqq. Cf. Varro apud Non. 192, 8 = Sat. Menipp. 415* (amnis quam olim Albulam dicunt vocitatam)*; Serv. Dan. in Aen. VIII 330:* Varro Tiberim a Thebri (tiborinate bre *cod.*) quodam vel a ⟨Tiberino rege⟩ qui ibi perierit dictum tradit *[supplevimus suasu Thilonis]; Serv. in Aen. III 500; Fest. Pauli 4, 10* (Albula Tiberis fluvius dictus . . . a Tiberino Silvio rege Albanorum, quod is in eo extinctus est) *et 366, 2; Liv. I 3, 5. 8; Dionys. Hal. I 71, 2; Orig. g. R. 17; Isid. XIII 21, 27* ‖ 10 *Cf. r. r. I 2, 3; comm. Bern. in Luc. IX 411* (quidam diviserunt orbem in duas partes, ut Varro, i. e. Asiam et Europam)*: adde quae congessit A. Klotz Quaest. Plin. geogr. p. 217* ‖ 13 *sqq. Cf. Fest. Pauli 78, 7* ‖ 18 *sq. Cf. Quintil. I 6, 31* (cur Latium?)*; Serv. Dan. in Aen. I 6; Serv. in Aen. VIII 322:* Varro autem Latium dici putat, quod latet Italia inter praecipitia Alpium et Apennini (*quibus addidit Serv. Dan. haec:* quidam ferunt a Latino dictum Latium, alii ipsum Latinum a Latio)*; Isid. XIV 4, 18. XV 1, 50* ‖ 22 *Cf. Fest. 266*[b]*, 23* (Antigonus Italicae historiae scribtor ait Rhomum quendam nomine, Iove conceptum, urbem condidisse in Palatio Romae eique dedisse nomen) *et Serv. in Aen. I 273* (a Romi nomine appellati *e. q. s.*) ‖ 23 *Cf. Fest. 245*[a]*, 27* (peregrinus ager est, qui neque Romanus neque hostili[u]s *[immo* hosticus *c. Mue.]* habetur)

---

1 tiberinus (*supra* u *ead. m.* ~ *et scr. et del, sed* us *ab initio fuit*) ñ: *correximus* | uolturnu[s] (*nullo modo* -nũ) ‖ 4 appellatam ‖ 5 *ad* priscum n. l. *cf. Cato orig. fragm. 53 P.* ‖ 12 ab europa *in loco raso, ut plura* ‖ 13 fenice ‖ 16 ab hominib; · ‖ Nomi natũ: *de foliorum traiectione cf. ad § 23 et 41* ‖ 17 apuljà (*neque* jà *ex* j *neque* j *ex* jà *corr*) | *add Aug c. al.* | ·Vtrũq;’ ‖ 18 *del Scal*

Gabinum, quod uno modo in his serv⟨a⟩ntur auspicia; dictus peregrinus a pergendo, id est a progrediendo: eo ⌊quod⌋ enim ex agro Romano primum progrediebantur: quocirca Gabinus quoque peregrinus, sed quod auspicia habe[n]t singularia, ab reliquo discretus; hosticus dictus ab hostibus; incertus is, qui de his quattuor qui sit ignoratur.

34 6. ager dictus in quam terram quid agebant, et unde quid agebant fructus causa. ali⟨i⟩ *(Funai. p. 114)*, quod id Graeci dicunt *ἀγρό⟨ν⟩*. ut ager quo[d] agi poterat, sic qua agi actus. eius finis minimus constitutus in latitudinem pedes quattuor (fortasse an ab eo quattuor, quod ea quadrupes agitur); in longitudinem pedes centum viginti; in quadratum actum et latum et longum esset centum viginti. multa antiqui duodenario numero finierunt ut duodecim decuriis actum.
35 iugerum dictum iunctis duobus actibus quadratis. centuria prim⟨um⟩ a centum iugeribus dicta, post duplicata retinuit nomen, ut tribus †actibus multiplicatae idem tenent nomen. ut qua agebant actus, sic qua vehebant, [actus] viae dictae; quo[d] fructus convehebant, villae. qua ibant, ab [hab]itu iter appellarunt; qua id anguste, semita, ut
36 semiter dictum. ager cultus ab eo quod ibi cum terra semina coalescebant, et †ab inconsitus incultus. quod primum ex agro plano fructus capiebant, campus dictus; posteaquam proxuma superiora loca colere c⟨o⟩eperunt, a colendo colles appellarunt; quos agros non colebant propter silvas aut id genus, ubi pecus possit pasci, et posside-

---

6 *Quintil. I 6, 37* (sed cui non post Varronem sit venia? qui ‘agrum’, quia in eo agatur aliquid, et ‘graculos’, quia gregatim volent [*cf.* § 76] dictos Ciceroni persuadere voluit — ad eum enim scribit —, cum alterum ex graeco sit manifestum duci, alterum ex vocibus avium. sed hoc tanti fuit vertere, ut ‘merula’, quia sola volat, quasi mera volans nominaretur)*; cf. Don. in Ad. III 3,* $47^{6}$ (ab agendo ‘ager’ dictus est, quod in eo multa agenda sunt) *et Isid. XV 13, 1* ‖ 8 *Cf. Plin. N. H. XVIII 9; Isid. XV 15, 4* ‖ 13 *Cf. Isid. XV 15, 5* | *Colum. V 1, 7:* Centuriam nunc dicimus, ut idem Varro ait, ducentorum iugerum modum; olim autem ab centum iugeribus vocabatur centuria; sed mox duplicata nomen retinuit, sicuti tribus dictae primum a partibus populi tripartito divisi, quae tamen nunc multiplicatae pristinum nomen possident*; cf. Fest. Pauli 53, 12; Varro de r. r. I 10; Isid. XV 15, 7* ‖ 15 *Cf. § 22* ‖ 16 *Cf. Varro d. r. r. I 2, 14; Isid. XV 16, 4* ‖ 17 *sq. Cf. Serv. in Aen. IV 405* (semita est semis via, unde et semita dicta est)*; Aelius Gallus Dig. L 16, 157; Isid. XV 16, 9* ‖ 21 *sq. Cf. Fest.* $302^{b}$*, 20*

---

1 *add Laet cum aliis* ‖ 2 *ꝺ ante* progrediendo *s. scr. m 1 ut vid* ‖ 3 quo siue peregrinus: *corr Scal* ‖ 4 quos: *corr Turn (cf. v. 2)* | *del Turn* | singularia· Ab | discretus hosticus· ‖ 7 causa aliquod·: *corr Sp.* ‖ 8 ΑΓΡΟ | *del Turn* | *inter* sic *et* qua *adscr.* i *m. 2* | agjactus ‖ 11 e&̄ (*sic*): esse p̄ (= pedes) *Hultsch* ‖ 12 actūṣ· ‖ 13 *sq.* prima: *corr Sp.* ‖ 14 dicta est post *v (non F)* ‖ 15 actibus *aut alienum aut corruptum (fort. ex* a ptibus, *si duce Columella suppleamus* a partibus ⟨populi tripartito divisi dictae nunc⟩ multiplicatae) | quo agebant: *corr Aug* ‖ 16 uehe *litt. in fine v. erasae vel evanidae in loco raso* | actus· Vię: *secl Laet* | *del Ald* ‖ 17 *del Laet* | ·id anguste' semita· ‖ 19 ubi non consitus *Wi*

bant, ab usu s<al>vo saltus nominarunt. haec etiam Graeci νέμη,
nostri nemora. ager quod videbatur pecudum ac pecuniae esse fun- 37
damentum, fundus dictus, aut quod fundit quotquot annis multa.
vineta ac vineae a vite multa. vitis a vino, id a vi; hinc vindemia,
quod est vinidemia aut vitidemia. seges ab satu, id est semine. semen,
quod non plane id quod inde; hinc seminaria, sementem, item alia.
quod segetes ferunt, fruges, a fruendo fructus, a spe spicae, ubi et
culmi, quod in summo campo nascuntur et sum<m>um culmen. ubi 38
frumenta secta, ut terantur [et], arescunt, area. propter horum simili-
tudinem in urbe loca pura areae; a quo potest etiam ara deum, quod
pura, nisi potius ab ardore, ad quem ut sit fit ara; a quo ipsa area
non abest, quod qui arefacit ardor est solis. ager restibilis, qui resti- 39
tuitur ac reseritur quotquot annis; contra qui intermittitur a novando,
novalis ager. arvus et arationes ab arando; ab eo quod aratri vomer
sustulit, sulcus; quo ea terra iacta, id est proiecta, porca. prata dicta 40
ab eo, quod sine opere parata. quod in agris quotquot annis rursum
[rursum] facienda eadem, ut rursum capias fructus, appellata rura.
†dividit in eos eius scribit Sulpicius *(Bremer I 241)* plebei rura lar-
giter ad aream. pr<a>edia dicta, item ut praedes, a praestando, quod
ea pignore data publice mancupis fidem praestent.
7. ubi nunc est Roma, Septi[m]montium nominatum ab tot mon- 41

---

2 *Cf. § 95; Fest. 162$^{a}$, 22. 302$^{b}$, 20* || 3 *Cf. Serv. in Georg. II 468* || 4 *Cf. Fest. 376$^{a}$, 12* (vineae . . . quod vini feraces)*; Augustin. princ. dial. 11, 20 sqq. Crecel.* | *Cf. § 94; Fest. Pauli 192, 6* (a vino vindemiam) || 5 *Cf. Varro d. r. r. I 29, 1* (seges dicitur quod aratum satum est)*; Fest. 340$^{b}$, 31* (seges . . . a serendo)*; Isid. XV 13, 8* || 7 *Cf. § 104* | *Cf. Varro d. r. r. I 48, 2* (spica autem, quam rustici ut acceperunt antiquitus vocant specam, a spe videtur nominata: eam enim quod sperant fore serunt) || 8 *sq. Cf. Fest. Pauli 11, 6; Dig. L 16, 211* (locus . . . sine aedificio in urbe area) || 10 *Aliter Varro div. r. V apud Macr. III 2, 8 et Serv. Dan. in Aen. IV 219 [ubi corrigas* ansis aras a: aras a *Thilo c. Ambr., sed* ansis easa *F: cf. in VI 124]* || 11 *Cf. Isid. XV 4, 13* || 12 *Cf. Varro d. r. r. I 44, 2; Fest. Pauli 280, 9* || 14 *Cf. Varro d. r. r. I 29, 1* (arvum quod aratum necdum satum est, novalis, ubi satum fuit antequam secunda aratio renovatur rursus)*; Fest. 174$^{a}$, 16; Prob. in Georg. I 47; Isid. XV 13, 12* || 15 *Cf. Fest. 238$^{b}$, 8. 218$^{b}$, 16; Fest. Pauli 108, 9; Varro d. r. r. I 29, 3 (de ratione qua hi loci inter se cohaereant cf. Kriegshammer de Varr. et Verr. font. 85, 106)* | *Cf. Varro d. r. r. I 7, 10* (antiqui prata parata appellarunt)*; Plin. XVIII 29; Colum. II 16, 1* (ab eo quod protinus esset paratum nec magnum laborem desideraret)*; Isid. XV 13, 17* || 19 *Cf. VI 74; Fest. Pauli 151, 10* (manceps . . . praes dicitur, quia tam debet praestare populo quod promisit quam is qui pro eo praes factus est) || 21 *Cf. Tertull. ad nat. II 15*

1 *add Lachm* | NhMh, NhM *in loco raso ut multa in hac pagina* || 2 pecodum || 3 *sq. inter* mul ta· *et* uineta *s. scr.* ·R· *m. 1 ut vid* || 6 semtē· || 9 *del Sp.* | arescant: *corr Sp.* | hoꝝ *ex* hou *ut vid* || 14 noualis· Ager aruus || 15 sulcos: *corr Laet* || 17 rura with i superscript (i *m. 1 ut vid*) || 18 *sq.* dividit in illo, Servius scribit Sulpicius *et* largitura adorea *Bremer* || 20 mancupes: *corr Gesner* || 21 septē montiū: *corr Turn* | *de foliorum traiectione cf. ad § 23 et 32*

tibus quos postea urbs muris comprehendit; e quis Capitolinum dic-
tum, quod hic, cum fundamenta foderentur aedis Iovis, caput huma-
num dicitur inventum. hi[n]c mons ante Tarpeius dictus a virgine
Vestale Tarpeia, quae ibi ab Sabinis necata armis et sepulta: cuius
nominis monimentum relictum, quod etiam nunc eius rupes Tarpeium
42 appellatur saxum. hunc antea montem Saturnium appellatum pro-
diderunt et ab eo late Saturniam terram, ut etiam Ennius *(Ann. 25 V.²)*
appellat. antiquum oppidum in hac fuisse Saturnia scribitur. eius
vestigia etiam nunc manent tria, quod Saturni fanum in faucibus,
quod Saturnia porta quam Iunius *(I p. 38 Bremer)* scribit ibi, quam
nunc vocant Pandanam, quod post aedem Saturni in aedificiorum legi-
43 bus privatis parietes 'postici muri' sunt scripti. Aventinum aliquot
de causis dicunt *(Funai. p. 115)*. N⟨a⟩evius *(XXVI L. M.)* ab avi-
bus, quod eo se ab Tiberi ferrent aves, alii ab rege Aventino Albano,
quod ⟨ibi⟩ sit sepultus, alii Aventinum ab adventu hominum, quod
co⟨m⟩mune Latinorum ibi Dianae templum sit constitutum. ego ma-
xime puto, quod ab advectu: nam olim paludibus mons erat ab reli-
quis disclusus. itaque eo ex urbe advehebantur ratibus, cuius vestigia,

---

1 *Cf. Serv. Dan. in Aen. VIII 345; Isid. XV 2, 31; al.* || 4 *Cf. Fest. 343ᵇ, 17; Liv. I 11, 6 sqq.; Val. Max. IX 6, 1; Serv. in Aen. VIII 348, ut alios mittamus* || 6 *sqq. Cf. Fest. 322ᵇ, 24 sqq.* (Saturnia Italia et mons qui nunc est Capitolinus Saturnius appellabatur)*; Serv. Dan. in Aen. VIII 328; Dionys. Hal. I 34, 1; Iustin. 43, 1* (itaque Italia regis nomine Saturnia appellata et mons in quo habitabat Saturnius)*; Solin. I 13* (montem Capitolinum Saturnium nominaverunt. castelli quoque quod excitaverunt portam appellaverunt Saturniam, quae postmodum Pandana vocitata est)*; Tertull. Apolog. X; ad nat. II 12* (mons quem coluerat [*sc.* Saturnus] Saturnius dictus, urbs quam depalaverat Saturnia usque nunc est; tota denique Italia de Saturno vocabatur) || 7 *Cf. Ovid. Fast. VI 31* || 10 *Cf. Fest. Pauli 220, 17 et v. ad 6* || 13 *sqq. Cf. Serv. in Aen. VII 657:* Aventinus mons urbis Romae est, quem constat ab avibus esse nominatum, quae de Tiberi ascendentes illic sedebant . . . quidam etiam rex Aboriginum, Aventinus nomine, illic et occisus et sepultus est, sicut etiam Albanorum rex Aventinus, cui successit Procas. Varro tamen dicit in gente populi Romani *[cf. Fraccaro stud. Varron. 285]*, Sabinos a Romulo susceptos istum accepisse montem, quem ab Avente fluvio provinciae suae Aventinum appellaverunt. constat ergo varias has opiniones postea secutas; nam a principio Aventinus est dictus ab avibus vel a rege Aboriginum: unde hunc Herculis filium constat nomen a monte accepisse, non ei praestitisse *(ubi in marg. add. cod. Turon. [nunc Bern.]:* quidam Aventinum appellatum a vehendo, quod omne solum circa ipsum montem stagnabat et nisi naviculis ad eum accedere non poterant incolae. alii ab advenientibus Sabinis, qui templum ibi condiderunt)*; August. de civ. d. XVIII 21* (nec ex eius vocabulo appellatum montem, sed ex adventu avium dictum Aventinum)*; Verg. Aen. VIII 231—235; Ovid. Met. XIV 620 sq.; Fast. IV 51 sq.; Liv. I 3, 9; Dionys. Hal. I 71, 4; Or. gen. R. 18, 5; Lact. Inst. I 11, 59; Fest. Pauli 19, 4* (quo⟨d⟩ ibi rex Albanorum Aventinus bello fuerit extinctus atque sepultus)

---

1 cōphendit· Eqs (E *in loco raso*) capitolinū dictū *(v. adn.)* || 2 *ante* Iouis/ *lineola deleta* || 4 sauinis || 6 saturniā *(sic)* || 8 Antiquum, A *in loco raso* | in hoc f. Saturniam *v* || 14 tyberi || 15 *suppl Laet*

quod †ea quatum dicitur velabrum, et unde escendebant ad ⟨in⟩fimam
novam viam locus sacellum ⟨Ve⟩labrum. Velabrum a vehendo. vela- 44
turam facere etiam nunc dicuntur qui id mercede faciunt. merces
(dicitur a merendo et ⟨a⟩ere) huic vecturae qui ratibus transibant
quadrans. ab eo Lucilius scripsit *(1272 M.)* 'quadrantis ratiti'.

8. reliqua urbis loca olim discreta, cum Argeorum sacraria sep- 45
tem et viginti in ⟨quattuor⟩ partis urbi⟨s⟩ sunt disposita. Argeos
dictos putant a principibus, qui cum ⟨H⟩ercule Argivo venerunt Ro-
mam et in Saturnia subsederunt. e quis prima scripta est regio Sub-
ur[b]ana, secunda Esquilina, tertia Collina, quarta Palatina. in Sub- 46
ur[b]anae regionis parte princeps est C⟨a⟩elius mons a C⟨a⟩ele Vi-
benna, Tusco duce nobili, qui cum sua manu dicitur Romulo venisse
auxilio contra Tati[n]um regem. hinc post C⟨a⟩elis obitum, quod
nimis munita loca tenerent neque sine suspicione essent, deducti di-
cuntur in planum. ab eis dictus vicus Tuscus, et ideo ibi Vortumnum
stare, quod is deus Etruriae princeps; de Caelianis qui a suspicione
liberi essent, traductos in eum locum qui vocatur C⟨a⟩eliolum. cum 47
C⟨a⟩elio[n] coniunctum Carinae et inter eas quem locum Ceroliensem
appellatum apparet, quod primae regionis quartum sacrarium scriptum
sic est *(cf. Preibisch frgm. p. 6)*: 'Ceroliense[s] qua[e]rticeps circa Mi-
nervium qua in C⟨a⟩elio monte itur in tabernola est'. Cerol⟨i⟩ensis
a carinarum iunctu dictus; †Carinae postea cerionia, quod hinc oritur

---

1 *sq. Cf. Plut. Romul. V (καλεῖται δὲ νῦν ὁ τόπος Βήλαβρον, ὅτι τοῦ ποταμοῦ πολλάκις ὑπερχεομένου διεπεραιοῦντο πορθμείοις κατὰ τοῦτο τὸ χωρίον εἰς ἀγοράν· τὴν δὲ πορθμείαν βηλατούραν καλοῦσιν); Pseudacr. in Hor. de a. p. 67* (Velabrum dictum quod velis transiretur) ‖ 2 *Cf. VI 24; Gell. N. A. XVI 17, 2* (quae est infima nova via)*; Liv. V 32, 6. 50, 6. 52, 11* ‖ 3 *Cf. § 178* ‖ 5 *Cf. Fest. 274ᵃ, 20; Paul. 275, 3; Plin. N. H. XXXIII 45* ‖ 7 *Cf. Ovid. Fast. V 645. 651* ‖ 8 *Cf. Fest. Pauli 19, 10; Fest. 334ᵃ, 25* ‖ 11 *Serv. in Aen. V 560:* Varro tamen dicit Romulum dimicantem contra T. Tatium a Lucumonibus, hoc est Tuscis, auxilia postulasse: unde quidam venit cum exercitu: cui recepto iam Tatio pars urbis est data, a quo in urbe Tuscus dictus est vicus. *Cf. Fest. Pauli 44, 9* (Caelius mons dictus est a Caele quodam ex Etruria, qui Romulo auxilium adversus Sabinos praebuit, eo quod in eo domicilium habuit) *et Fest. 355ᵇ, 11 (v. post Muellerum in Add. ad Varr. 300 Kriegshammer 86, 90); Tac. ann. IV 65* (Caelium appellitatum a Caele Vibenna, qui dux gentis Etruscae . . . sedem eam acceperat . . . magnas eas copias per plana etiam ac foro propinqua habitavisse, unde Tuscum vicum a vocabulo advenarum dictum)*; Claudius in CIL. XIII 1668 (Sk.); Dionys. Hal. II 36; Liv. II 14, 9* ‖ 15 *Cf. Ovid. Fast. III 838 sq.*

---

1 *an:* ea qua tum ⟨vehebantur *[sic Mue]* ad mercatum⟩*? cf. test.* | in *add Turn* ‖ 2 uehendo uelaturam· facere ‖ 4 *dist Canal* ‖ 7 in septẽ et uiginti partis: *trai et suppl Sp.* | *add Laet* ‖ 9 suburḅaṇa *(subpunxit m. 2)* ‖ 11 celeuibenno: *corr ex epit.* ‖ 13 latinũ regem: *corr Puccius cum Servio* | potest, *sed* te *lineolis del m. 2* | celii: *corr Scal c. al.* ‖ 16 etruriȩ· Princeps ‖ 18 *del Laet* | ceroniensem ‖ 20 s *del Canal* | quȩ triceps ‖ 21 iter *Mue* | cerulensis ‖ 22 carinȩrũ | [Carinae] *Wi,* pote a *A. Sp.,* caerimonia *Iordan*

caput sacrae viae ab Streniae sacello quae pertinet in arce⟨m⟩, qua
sacra quotquot mensibus feruntur in arcem et per quam augures ex
arce profecti solent inaugurare. huius sacrae viae pars haec sola
48 volgo nota, quae est a foro eunti primore clivo. eidem regioni ad-
tributa Subura, quod sub muro terreo Carinarum; in eo est Argeorum
sacellum sextum. Subura Iunius *(Funai. p. 121)* scribit ab eo, quod
fuerit sub antiqua urbe; cui testimonium potest esse, quod subest ei
loco qui terreus murus vocatur. sed ⟨ego a⟩ pago potius Succusano
dictam puto †succusam nunc scribitur tertia littera C, non B. pagus
49 Succusanus, quod succurrit Carinis. secundae regionis Esquili[n]ae.
alii *(Funai. p. 115)* has scripserunt ab excubiis regis dictas, alii ab
eo quod excultae * a rege Tullio essent. huic origini magis concinunt
†loca vicini, quod ibi lucus dicitur Facutalis et Larum Querquetulanum
sacellum et lucus Mefitis et Iunonis Lucinae, quorum angusti fines.
50 non mirum: iam diu enim late avaritia †unae est. Esquiliae duo
montes habiti, quod pars ⟨Oppius pars⟩ Cespeus mons suo antiquo
nomine etiam nunc in sacris appellatur. in sacris Argeorum scriptum
sic est *(Preibisch frgm. p. 6)*: 'Oppius mons princeps [quilis] [o]uls
lucum Facu[l]talem: sinistra quae secundum m⟨o⟩erum est. Oppius
mons terticeps cis lucum Esquilinum: dexterior via in tabernola est.
Oppius mons quarticeps c⟨i⟩s lucum Esquilinum: viam dexteriorem

---

1 *Cf. Fest. 293[a], 1* (itaque ne eatenus quidem, ut vulgus opinatur, sacra appellanda est a regia ad domum Regis sacrificuli, sed etiam a Regis domo ad sacellum Streniae et rusus a regia usque in arcem) ‖ 2 *Cf. Fest. Pauli 16, 3* (arcani . . . a genere sacrificii quod in arce fit ab auguribus . . .) ‖ 6 *Cf. TG. s. v.* ‖ 8 *sqq. Cf. Fest. 302[a], 15. 309[a], 5 sqq.* (Suburam Verrius alio libro a pago Succusano dictam ait: hoc vero maxime probat eorum auctoritate⟨m⟩ qui[a] aiunt ita appellatam et regionem u[e]rbis et tribum a stativo praesidio, quod solitum sit succurrere Esquilis, infestantibus eam partem urbis Gavinis, indicioque esse, quod adhuc ea tribus per c litteram, non b, scribatur)*; Quintil. inst. I 7, 29* (Subura cum tribus litteris notatur c tertiam ostendit) ‖ 10 *Cf. Ovid. Fast. III 245* (excubias ubi rex Romanus agebat, qui nunc Esquilias nomina collis habet). *II 435 sq.* (sub Esquilio . . . lucus erat) ‖ 13 *Cf. § 152* ‖ 14 *Cf. Serv. in Aen. VII 84; Ovid. Fast. II 449* ‖ 18 *Cf. Fest. 348[b], 29; Solin. I 26* (ipse Esquilinus supra clivum Pullium ad Fagutalem lacum [*i.* lucum])

---

4 primoro: *corr Ald* ‖ 5 ea *v* ‖ 7 & loco: *corr Vict* ‖ 8 *suppl Laet,* a *c. epit.* ‖ 9 *inter* puto succusã· nunc scribit̃ *et* t̃tia *spat. 3 fere litt.: unde cum We scribimus duce Mue et Mercklino et Wi (cf. test.)* puto succusam. ⟨nam etiam⟩nunc scribitur ⟨svc⟩, tertia | ·C·ñ·B· pagus ‖ 10 *sq.* esqlj‖nę· ďlji (ď *ex* a): *corr Turn* ‖ 12 *an:* excultae ⟨arboribus⟩ a rege*?* (⟨aesculis⟩ excultae a r. *ten Brink*) ‖ 13 *aut* loci *cum Canale aut* vicina *scribendum* ‖ 14 lacus: *corr Laet* | querquetulanũ///· Sacellum (*er.* s·, *non* si) ‖ 15 unę: *an* una ⟨domina⟩*?* ‖ 16 *suppl Mue* ‖ 18 *secl Wi* | ouis: *corr Lindsay duce Mue* ‖ 19 lacum facultalem (*non* -tem): *corr Laet* | sinistra via[e] *Scal* ‖ 20 terticepsois: *corr Mue* | lacum: *corr Ald* ‖ 21 quarticepsos·: *corr Mue* | lacum: *corr Laet* | via dexterior *v*

in figlinis est. Cespius mons quinticeps cis lucum Poetelium Esquili[n]is
est. Cespius mons sexticeps apud ⟨a⟩edem Iunonis Lucinae ubi ⟨a⟩edi-
tumus habere solet.' tertiae regionis colles quinque ab deorum fanis 51
appellati, e quis nobiles duo. collis Viminalis a Iove Vimino, quod
ibi ara e⟨ius⟩. sunt qui *(Funai. p. 118)*, quod ibi vimineta fuerint.
collis Quirinalis, ⟨quod ibi⟩ Quirini fanum. sunt qui *(Funai. p. 116)*
a Quiritibus, qui cum Tatio Curibus venerunt [ab] Roma⟨m⟩, quod
ibi habuerint castra. quod vocabulum coniunctarum regionum nomina 52
obliteravit. dictos enim collis pluris apparet ex Argeorum sacrificiis, in
quibus scriptum sic est *(Preibisch frgm. p. 6)*: 'collis Quirinalis terticeps
cis ⟨a⟩edem Quirini. collis Salutaris quarticeps adversum †est pilonarois
⟨a⟩edem Salutis. collis Mucialis quinticeps apud ⟨a⟩edem dei [de]
Fidi in delubro ubi ⟨a⟩editumus habere solet. collis Latiaris sexti-
ceps in vico Insteiano summo apud auraculum; aedificium solum est.'
horum deorum arae, a quibus cognomina habent, in eius regionis par-
tibus sunt. quartae regionis Palatium, quod Pallantes cum Euandro 53
venerunt, qui et Palatini; * * * aborigines ex agro Reatino, qui appel-
latur Palatium, ibi conse⟨de⟩runt; sed hoc alii *(Funai. p. 116)* a

---

4 *Cf. Fest. 376ª, 8* (Viminalis . . . quod ibi viminum fuisse videtur silva, ubi est et ara Iovi Viminio consecrata); *Iuven. III 71* || 6 *Cf. ad VI § 68; Fest. 254ᵇ, 9* (Quirinalis collis qui nunc dicitur olim †egonus appellabatur, antequam in eum commigrarent fere Sabini[s] Curibus venientes post foedus inter Romulum et Tatium ictum: a quo hanc appellationem sortitus est. quamvis existiment quidam, quod in eo factum sit templum Quirino, ita dictum); *Liv. I 13, 5* (Quirites a Curibus appellati); *Dionys. Hal. II 50, 1; Quintil. inst. or. I 6, 31; Ovid. Fast. II 511; Serv. in Aen. VII 710* (post foedus Titi et Romuli placuit, ut quasi unus de duobus fieret populus: unde et Romani Quirites dicti sunt, quod nomen Sabinorum fuerat a civitate Curibus, et Sabini a Romulo Romani dicti sunt) || 11 *Cf. Fest. 326ª, 23* || 16 *Cf. Fest. Pauli 220, 5* (Palatium id est mons Romae, appellatus est, quod ibi pecus pascens balare consueverit vel quod palare, id est errare, ibi pecudes solerent; alii quod ibi Hyperborei filia Palanto habitaverit, quae ex Hercule Latinum peperit); *Serv. in Aen. VIII 51* (mons Palatinus . . . secundum Varronem et alios a filia Euandri Pallantia ab Hercule vitiata et postea illic sepulta . . . alii a balatu ovium Balanteum volunt dictum et exinde per antist⟨o⟩ichon Pallanteum dictum); *Isid. XV 3, 5; Iustin. 43, 1, 6* (Euander ab Arcadiae urbe Pallanteo . . . et montem quem ille postea Palatium appellavit); *Solin. I p. 4, 13; Dionys. Hal. 1 31, 4; Plin. IV 20; de ratione inter Verrium et Varronem cf. Kriegshammer 89 et de tota re Samter Qu. Varr. 26 sq., Ritter de Varr. Verg. . . . auctore 385. 400*

---

1 sceptius mons quinticepsois: *corr Mue* | lacum: *corr Laet* || 2 *del Scal* | 4 duo colles: *corr Sp.* | uiminales: *corr Laet* | Viminio *Festus* || 5 arę sunt· q (e⟨ius⟩ *Sp. duce Brink*) | uiminata || 6 colles: *corr Laet* | *suppl Sp.* (⟨ubi⟩ Quirini *v*) | fanum sunt· qui || 7 *secl et add Laet* || 10 *sq.* terticepsois: *corr Mue* | ē pilonarois (*sic*): est pulvinar cis *Bunsen* (est *del Canal c. al.*) || 12 de i de (*sic*) || 13 colles | latioris *ex* latiores || 14 instelano (in stegano *epit.*): *corr Iordan* | auraclum *epit.*; au⟨gu⟩raculum *Turn* || 15 *sq.* arę *ex* are (*sic* arẹ̄?) | partib; s̄· *ex incohato* partib;· S(unt), S *lineola del* | pallantes, *priore* l *lineola del;* Pallanteo *Wi (v. test.)* || 17 *lac sign et* alii quod *suppl A. Sp. duce Sp.* || 18 *add ex epit.*

Palant[i]o uxore Latini putarunt. eundem hunc locum a pecore dictum
putant quidam; itaque N⟨a⟩evius *(XXVII L. M.)* 'Balatium' ap-
54 pellat. huic Cermalum et Vel[l]ias coniunxerunt, quod in hac re[li]-
gione scriptum est *(Preibisch frgm. p. 7)*: 'Germalense quinticeps apud
aedem Romuli' et 'Veliense[s] sexticeps in Velia apud ⟨a⟩edem deum
Penatium.' Germalum a germanis Romulo et Remo, quod ad ficum
ruminalem, et ii ibi inventi, quo aqua hiberna Tiberis eos detulerat
in alveolo expositos. Veliae unde essent plures accepi causas *(Funai.
p. 118)*, in quis quod ibi pastores Palatini ex ovibus ante tonsuram
inventam vellere lanam sint soliti, a quo velle[ine]ra dicuntur.
55 9. ager Romanus primum divisus in partis tris, a quo tribus
appellata Titiensium, Ramnium, Lucerum. nominatae, ut ait Ennius
*(Ann. lib I. fr. LIX V.²)*, Titienses ab Tatio, Ramnenses ab Romulo,
Luceres, ut Iunius *(Funai. p. 121)*, ab Lucumone; sed omnia h⟨a⟩ec
vocabula tusca, ut Volnius *(Funai. p. 126)*, qui tragoedias tuscas scripsit,
56 dicebat. ab hoc quattuor quoque partis urbis tribus dictae, ab locis
Suburana, Palatina, Esquilina, Collina; quinta, quod sub Roma, Ro-
milia; sic reliquae tri⟨gin⟩ta ab his rebus quibus in tribum libro[s]
scripsi.
57 10. quod ad loca qu⟨a⟩eque his coniuncta fuerunt, dixi; nunc de

---

2 *sq. Cf. GL. VII 14, 5 (de* Balatium) *et Fest. Pauli 55, 4 (de Cermalo); Plut. Rom. 3* (*εἰς χωρίον ἐπιεικῶς μαλθακόν, ὃ νῦν Κερμαλὸν καλοῦσι, πάλαι δὲ Γερμανόν, ὡς ἔοικεν, ὅτι καὶ τοὺς ἀδελφοὺς γερμανοὺς ὀνομάζουσιν*) ‖ 5 *Cf. Solin. I 22* (Velia ubi postea deum Penatium aedes facta est) ‖ 6 *Cf. d. r. r. II 1, 20; Fest. 270ᵃ, 21; Ovid. Fast. II 411 sq.; Liv. I 4, 5; Plin. XV 77; cf. ad 2 sq.* ‖ 8 *Cf. Serv. in Aen. VI 359* ‖ 9 *sq. Cf. § 130; d. r. r. II 11, 9* (demptam ac conglobatam [*scil.* lanam] alii vellera alii velamina appellant; ex quo[rum] vocabulo animadverti licet prius ⟨in⟩ lana vulsuram quam tonsuram inventam)*; schol. in Georg. III 306* (vellere autem a vellendo dicta)*; TG. s.* vellus*; Isid. XIX 27, 1* ‖ 12 *Serv. in Aen. V 560* (constat primo tres partes fuisse populi Romani: unam Titiensium a T. Tatio duce Sabinorum iam amico post foedera, alteram Ramnetum a Romulo, tertiam Lucerum . . . Varro tamen dicit Romulum dimicantem contra T. Tatium a Lucumonibus hoc est Tuscis auxilia postulasse. unde quidam venit cum exercitu: cui recepto iam Tatio pars urbis est data, a quo in urbe Tuscus dictus est vicus . . . ergo a Lucumone Luceres dicti sunt)*; cf. § 51. 89; Pseudo-Asconius 159, 15 sqq. Or.; Lyd. d. mens. p. 17, 4 W.; Plut. Rom. 20* (*φυλὰς δὲ τρεῖς καταστήσαντες ὠνόμασαν τοὺς μὲν ἀπὸ Ῥωμύλου Ῥαμνήνσης, τοὺς δ' ἀπὸ Τατίου Τατιήνσης e. q. s.*)*; Cic. de r. p. II 20, 36; Liv. I 13, 8. 36, 2; Fest. 344ᵇ, 23; Fest. Pauli 349, 13; TG. s.* Ramnensis tribus ‖ 17 *Cf. § 45; Fest. Pauli 368, 11; Plin. XVII 3, 13; Liv. 1 43, 13; Dionys. Hal. IV 14*

---

1 *del Mue duce Salmas: cf. test. ad 17, 16* ‖ 5 *del Bent* | [in Velia] *Wi* | dm̄ ‖ 7 ɪɪ ‖ 9 ex qb;: *corr Vict* ‖ 10 uelleinera *(sic,* uellaera *epit.); an (duce Scal):* vellera vel velamina*? cf. test.* ‖ 12 tatiensium: *corr Groth* ‖ 14 iunius *(punctum sub alt.* u, *ut alia, casu ortum)* ‖ 15 tragędias ‖ 16 *sq.* ″quoque quattuor″ *(lineolae m. 2 ut vid):* quattuor quoque *epit.* | urƀ·′ triƀ· dictę ab locis· suburana· palatina· esqlina· collina· *(dist Groth)* ‖ 18 reliqua *ex* reliquę | *add Turn* | s *del epit.* ‖ 20 fuerunt· Dixinunc

his quae in locis esse solent immortalia et mortalia expediam, ita ut
prius quod ad deos pertinet dicam. principes dei Caelum et Terra.
hi dei idem qui Aegypti Serapis et Isis, etsi Arpocrates digito
significat, ut ta[ta]ceam. idem principes in Latio Saturnus et Ops.
Terra enim et Caelum, ut ⟨Sa⟩mothracum initia docent, sunt dei 58
magni, et hi quos dixi multis nominibus, non quas ⟨S⟩amo⟨th⟩racia
ante portas statuit duas virilis species aeneas dei [i]mag[i]ni, neque ut
volgus putat, hi Samot⟨h⟩races dii, qui Castor et Pollux, sed hi mas
et femina et hi quos augurum libri *(Regell p. 16)* scriptos habent sic
'divi qui potes' pro illo quod Samot⟨h⟩races 'theoe dynatoe'. haec duo 59
Caelum et Terra, quod anima et corpus. humidum et frigidum terra,
sive 'ova parire solet genus pennis condecoratum, non animam', ut ait
Ennius *(Ann. 10 sqq. V.*[2]) et 'post inde venit divinitus pullis ipsa ani-
ma[m]' sive, ut Zenon Cit⟨ie⟩us *(frg. 126 Arn.)*, animalium semen ignis
is qui anima ac mens, qui caldor e caelo, quod huic innumerabiles et im-
mortales ignes. itaque Epicharmus dicit de mente humana: ait *(Enn.
V. 52 sq. V.*[2]*)*: 'istic est de sole sumptus ignis'; idem ⟨de⟩ sole[m]: 'isque
totus mentis est', ut humores frigidae sunt humi, ut supra *(cf. initium
paragraphi)* ostendi. quibus iuncti caelum et terra omnia ex ⟨se⟩ 60
genuerunt, quod per hos natura *(Enn. V. 46 V.*[2]*)* 'frigori miscet calorem
atque humori aritudinem.' recte igitur Pacuius quod ait *(94 R.)*: 'ani-
mam ⟨a⟩ether adiugat' et Ennius *(Ann. 13 sq. V.*[2]*)* 'terram corpus quae
dederit, ipsam capere, neque dispendi facere hilum'. animae et cor-

---

2 *Cf. § 16. 64. VI 22* ‖ 3 *Cf. Augustin. de civ. d. XVIII 5* (et quoniam fere in omnibus templis, ubi colebantur Isis et Serapis, erat etiam simulacrum quod digito labiis impresso admonere videretur, ut silentium fieret: hoc significare idem Varro existimat, ut homines eos fuisse taceretur)*; Tertull. ad nat. II 2 p. 96, 22 sqq.* ‖ 4 *Cf. Serv. Dan. in Aen. III 12* (Varro et alii complures magnos deos adfirmant simulacra duo virilia Castoris et Pollucis in Samothracia ante portam sita . . . alii deos magnos Caelum ac Terram putant et per hoc Iovem et Iunonem *e. q. s.): de quibus cf. Wissowa Hermae XXII (a. 1887) 46 adn.* ‖ 10 *Cf. Serv. Dan. in Aen. II 296* ('potentem' potest ad illud accipi θεοὺς δυνατούς, sicut vocari penates dictum est. nonnulli tamen penates esse dixerunt, per quos penitus spiramus et corpus habemus et animi rationes possidemus)*; Macr. III 4, 6 sqq.* ‖ 14 *Cf. § 70 ibique adnotata; Cic. Tusc. I 9, 19; d. fin. IV 5, 12 (v. Schmekel, 'Philos. d. mittl. Stoa' p. 324, 1); d. nat. d. II 9, 23 sqq. II 22, 57; Tertull. ad nat. II 2 p. 96, 22 sqq.* ‖ 20 *Cf. Sat. Menipp. Prometheus liber frgm. 6 (428 sq. Buech.)* ‖ 22 *Cf. IX 54*

---

1 *sq.* mortalia· Expediam ita *et* ·dicam· ‖ 3 qa egipti ‖ 4 tatas eam *(corr Turn)* idem· principes· in latio·′ | obs ‖ 5 *add Laet* ‖ 6 ãbracia: *corr Laet* ‖ 7 *del Laet* ‖ 9 ·Sic·, *sed alt.* · *lineola del* ‖ 10 ΤΗΕΟΕΔΥΝΑΤΟΕ ‖ 12 parere: *corr Laet* ‖ 13 animã: *corr Laet* ‖ 15 caldore *(sic cum puncto)* | hinc: *corr Lachm* ‖ 16 *sq.* dicit· de mente humana ait· *; an:* scite de*? etsi dubitanter distinximus cum Vahleno* ‖ 17 ·Idẽ solẽ·: *corr Sp.* ‖ 19 iuncti⟨s⟩ *Mue* | exgenuerunt: *corr Laet* ‖ 20 calorẽ *ex* calorj ‖ 21 homori ‖ 23 deperit: *corr Scal*

2*

poris discessus quod natis is exi⟨t⟩us, inde exitium, ut cum in unum
61 ineunt, initia. inde omne corpus, ubi nimius ardor aut humor, aut interit aut, si manet, sterile. cui testis aestas et hiems, quod in altera aer ardet et spica aret, in altera natura ad nascenda cum imbre et frigore luctare non volt et potius ver[e] expectat. igitur causa nascendi duplex: ignis et aqua. ideo ea nuptiis in limine adhibentur, quod coniungit hic, et ma[r]s ignis, quod ibi semen, aqua femina, quod
62 fetus ab eius humore, et horum vinctionis vis Venus. hinc comicus *(p. 133 R.$^3$)*: 'huic victrix Venus, videsne haec?' non quod vincere velit Venus, sed vincire. ipsa Victoria ab eo quod superati vinciuntur. utrique testis poesis, quod et Victoria et Venus dicitur caeligena: Tellus enim quod prima vincta Caelo, Victoria ex eo. ideo haec cum corona et palma, quod corona vinclum capitis et ipsa a vinctura dicitur vieri, ⟨id⟩ est vinciri; a quo est in Sota Enni *(25 V.$^2$)*: 'ibant malaci viere Veneriam corollam.' palmam, quod ex utraque parte natura
63 vincta habet paria folia. poetae de Caelo quod semen igneum cecidisse dicunt in mare ac natam 'e spumis' Venerem, coniunctione ignis et humoris, quam habent vim significant esse Ve⟨ne⟩ris. a qua vi natis dicta vita et illud a Lucilio *(1340 M.)*: 'vis est vita, vides, vis
64 nos facere omnia cogit.' quare quod caelum principium, ab satu est dictus Saturnus, et quod ignis, Saturnalibus cerei superioribus mittuntur. terra Ops, quod hic omne opus et hac opus ad vivendum, et ideo dicitur Ops mater, quod terra mater. haec enim *(Enn. V. 48 V.$^2$)*:

---

1 *Cf. Gell. I 25, 17* ‖ 6 *Cf. Varro apud Non. 112, 23 et 182, 19 = 302, 6; Serv. in Aen. IV 167* (Varro dicit: aqua et igni mariti uxores accipiebant); *Lact. inst. div. II 9, 21* (alterum enim quasi masculinum elementum est, alterum quasi femininum, alterum activum, alterum patibile. ideoque a veteribus institutum est, ut sacramento ignis et aquae nuptiarum foedera sanciantur); *Dionys. Hal. II 30, 6; Plut. Qu. Rom. 1; Serv. Dan. in Aen. IV 103; Fest. Pauli 2, 15; Ovid. Fast. IV 791 sq.; Augustin. d. c. d. VI 9. VII 30, al.* ‖ 14 *Cf. VII 36; fragm. 70 W.; Augustin. princ. dial. 11, 18—12, 8 Crec.; Fest. 375$^a$, 21* (viere alligare significat, ut hic versus demonstrat 'ibant m. v. V. c.'); *Non. 189, 15* (viere vincire inflectere); *Don. in Eun. IV 4, 21; TG. s.* viere ‖ 18 *sq. Cf. cum Reitzenstein Orion VI 20* (βίος εἴρηται παρὰ τὴν βίαν) *similiaque* ‖ 20 *Cf. Fest. 186$^b$, 24* (. . . nominatus a satu). *325$^a$, 16* (nominatur . . . a sationibus); *Arnob. IV 9; Macr. I 10, 20; Tertull. ad nat. II 12 p. 118, 10 sqq.; Serv. in Georg. I 21; Augustin. d. c. d. VII 13* ‖ 21 *Cf. Fest. Pauli 54, 16* (cereos Saturnalibus muneri dabant humiliores potentioribus); *Macr. I 7, 32. 11, 49* ‖ 22 *Cf. Fest. 186$^b$, 26* (. . . existimatur terra . . . colitur a p. R., quia omnes opes humano generi terra tribuat); *Serv. in Aen. XI 532; Augustin. d. c. d. VII 24*

---

1 nati sis exius: *corr Sciop* ‖ 3 *sq.* hie$\overset{p}{m}$s | altero aer ‖ 5 *sq.* totius uere: *corr Ald* | causa″ duplex″ nascendi *(lineolae m. 2 ut vid)* ‖ 8 fętus | uinctione suis: *corr Pape duce Turn* | comicos: *corr Laet; an κωμικῶς?* ‖ 10 *sq.* uincire ipsa uictoria· ab | uinciuntur utrique· Testes ‖ 11 cęligena· *ex* ręligena *(c. lineola, sine ras.) ut vid* ‖ 14 uiere ẽ uincere·: *corr Sciop* ‖ 14 *sq.* mala ciuiere | *cf. adn.* ‖ 18 significantes se: *corr Sp* | *add Laet* ‖ 20 cogit· *evanidis* cogi *litt.: eodem loco v. sq. (21) evanidae* rnaljb; *litt., sed novo atramento refictae* ‖ 22 ops *ex* obs *(c. lineola)*

'terris gentis omnis peperit et resumit denuo.' quae 'dat cibaria' ut
ait Ennius, quae 'quod gerit fruges, Ceres' *(ibid. 50)*. antiquis enim
quod nunc G C. idem hi dei Caelum et Terra Iupiter et Iuno, quod 65
ut ait Ennius *(V. 54 sqq. V.$^{2}$)*: 'istic est is Iupiter quem dico, quem
Graeci vocant aerem, qui ventus est et nubes, imber postea, atque ex
imbre frigus, ventus post fit, aer denuo. haec propter Iupiter sunt
ista quae dico tibi, qua mortalis atque urbes beluasque omnis iuvat.'
quod hi⟨n⟩c omnes et sub hoc, eundem appellans dicit *(Ann. 580 V.$^{2}$)*:
'divumque hominumque pater rex.' pater, quod patefacit semen: nam
tum est conceptum et inde, cum exit quod oritur. hoc idem magis 66
ostendit antiquius Iovis nomen: nam olim Diovis et Di⟨e⟩spiter dictus,
id est dies pater; a quo dei dicti qui inde, et dius et divum, unde
sub divo, Dius Fidius. itaque inde eius perforatum tectum, ut ea
videatur divum, id est caelum. quidam negant sub tecto per hunc
deierare oportere. Aelius *(Funai. p. 60)* Dium Fid⟨i⟩um dicebat Diovis
filium, ut Graeci *Διόσκορον* Castorem, et putaba[n]t hunc esse Sanc[t]um
ab sabina lingua et Herculem a graeca. idem hic Di[e]s pater dicitur
infimus, qui est coniunctus terrae, ubi omnia oriuntur †ui aboriuntur;
quorum quod finis ortum, Orcus dictus. quod Iovis Iuno coniunx et 67
is caelum, haec terra, quae eadem tellus, et ea dicta, quod una iuvat

2 *Cf. Cic. d. nat. d. II 26, 67* (a gerendis frugibus Ceres tamquam Geres casuque prima littera ... immutata). *II 23, 60. III 24, 62 et 20, 52* (si est Ceres a gerendo ... terra ipsa dea est) ‖ 3 *Cf. ad 19, 4; schol. German. p. 388, 6 Eyss.* ‖ 11 *Cf. Gell. V 12, 5* (diei et lucis pater); *Serv. in Aen. IX 567* (nostra lingua Diespiter id est diei pater) = *GL. III 515, 2; Macr. I 15, 14; Tertull. ad nat. II 11* ‖ 12 *sq. Cf. Fest. Pauli 71, 6 et 74, 7. 15; TG. s.* dium *et* sub divo ‖ 14 *sq. Cf. Varro (Cato de lib. educ.) ap. Non. 494, 23; Plut. Qu. Rom. c. 28 (cf. Plaut. Asin. v. 23 sq. cum adn. Leonis)* ‖ 15 *Cf. Serv. Dan. in Aen. IV 204* (fidius, id est *Διὸς υἱός*, Iovis filius, id est Hercules); *Fest. Pauli 147, 8* (... Iovis filius, id est Hercules, quod Iovem Graece *Δία*, nos ⟨D⟩iovem ac fidium pro filio); *Tertull. idol. 20; TG. s.* Dius fidius ‖ 16 *Cf. CIL. VI 567* (Semoni Sanco deo Fidio); *Lyd. d. mens. IV 90 = p. 138, 1 W.* (*τὸ Σάγκος ὄνομα οὐρανὸν σημαίνει τῇ Σαβίνων γλώσσῃ*); *Cato ap. Dionys. Hal. II 49, 2* (*τοῦτον δὲ τὸν Σάγκον ὑπό τινων πίστιον καλεῖσθαι Δία*). *IV 58; Fest. 229ª, 13* (Herculi aut Sanco). *241ª, 2* (Sanci qui deus fidius vocatur); *Ovid. Fast. VI 215; Anecd. Helv. 212, 37. 260, 16; Augustin. de c. d. XVIII 19; Lact. inst. I 15, 8: cf. Agahd 'Ant. rer. div.' p. 194* ‖ 17 *Cf. Ennius in Sacrá hist. apud Lact. inst. I 14, 5* (Pluto latine est Dis pater, alii Orcum vocant); *Isid. VIII 11, 42* ‖ 19 *sq. Cf. Cic. de nat. d. II 25, 64* (Iupiter id est iuvans pater, quem conversis casibus appellamus a iuvando Iovem). *26, 66* (Iunonem a iuvando credo nominatam); *Gell. V 12, 4* (Iovem Latini veteres a iuvando appellavere); *Mart. Cap. II 149; Don. in Andr. III 1, 15; Serv. in Aen. I 47*

3 qđ nunc & idẽ· hi: *corr Lachm duce Mue* ‖ 6 uentis· ‖ 7 qu⟨i⟩a *Laet* | atq; (*non* aeq;) ‖ 8 *add Sp.* ‖ 10 *distinximus* ‖ 11 diouis *(sic, sine corr)* | *add Laet* ‖ 12 *an:* diei pater? *cf. test.* | dies et: *corr Bent* ‖ 16 dioscoron | n *del Puccius del Scal* ‖ 17 ab sauina *in loco raso* | *del Mue* ‖ 18 ''ui *(lineolae m. 2 ut vid, iuxta, non supra* ui*)*; vel (uł) *Sk.* (aboriunturve *Wi*) ‖ 19 ortum ortus: *corr Turn c. al.* ‖ 20 *sq.* una ·/cũ Ioue Iuuat / Iuno (·/ *et* / *m. 2 ut vid*)

68 cum Iove, Iuno, et Regina, quod huius omnia terrestria. Sol[a] vel
quod ita Sabini, vel ⟨quod⟩ solus ita lucet, ut ex eo deo dies sit. Luna, [vel] quod sola lucet noctu. itaque ea dicta Noctiluca in Palatio: nam ibi noctu lucet templum. hanc ut Solem Apollinem quidam Dianam vocant; Apollinis vocabulum graecum [alterum], alterum latinum et hinc quod luna in altitudinem et latitudinem simul e⟨a⟩t, Diviana, appellata. hinc Epicharmus Enni[i] Proserpinam *(Enn. V. 59 V.²)* quoque appellat, quod solet esse sub terris. dicta Proserpina, quod haec ut serpens modo in dexteram modo in sinisteram partem late movetur. serpere et proserpere idem dicebant, ut Plautus *(Poen. 1034. Stich. 724)*
69 quod scribit: ‘quasi proserpens bestia.’ quae ideo quoque videtur ab
Latinis Iuno Lucina dicta vel quod est e⟨t⟩ terra, ut physici dicunt, et lucet vel quod ab luce eius, qua quis conceptus est, usque ad eam, qua partus quis in lucem, ⟨l⟩una iuvat, donec mensibus actis produxit in lucem, ficta ab iuvando et luce Iuno Lucina. a quo parientes eam invocant: luna enim nascentium dux, quod menses huius. hoc vidisse antiquas apparet, quod mulieres potissimum supercilia sua attribuerunt ei deae. hic enim debuit maxime collocari Iuno Lucina,
70 ubi ab diis lux datur oculis. ignis á nascendo, quod hinc nascitur
et omne quod nascitur †ignis scindit; ideo calet, ut qui denascitur

2 *Cf. Cic. d. nat. d. II 27, 68* (Apollinis nomen et graecum, quem Solem esse volunt, Dianam autem et Lunam eandem esse putant, cum Sol dictus sit vel quia solus ex omnibus sideribus est tantus vel quia cum est exortus obscuratis omnibus solus apparet, Luna a lucendo nominata sit); *Macr. I 17, 7* (nam et Latinitas eum [*scil.* Apollinem], quia tantam claritudinem solus optinuit, solem vocavit); *Firm. Mat. d. errore prof. rel. p. 40 Ziegl.; Lyd. d. mens. II 4 = 21, 21W.* (*καὶ Ρωμαῖοι δὲ αὐτὸν Σόλεμ ἤτοι μόνον λέγουσι*) ‖ 3 *Cf. Hor. c. IV 6, 38* ‖ 6 *Cf. Varro (Messala de valet. tuenda) ap. Prob. in ecl. VI 31 = 343, 5 ed. Hag.* (quod veluti Diana duce ad investigandas feras solas et devias silvas peterent, Devianiam appellasse deam); *Augustin. d. c. d. VII 16; Cic. d. nat. d. II 69; Isid. VIII 11, 56* (quasi Duanam, quod luna die ac noctu appareat) ‖ 7 *Cf. Serv. Dan. in Aen. IV 511* (cum super terras est, creditur esse Luna, cum in terris, Diana, cum sub terris, Proserpina . . . non nulli eandem Lucinam . . . et quidem nascendi Lucinam deam esse dicunt); *Isid. III 53, 1; de R. N. 18* ‖ 8 *Cf. Varro ap. Augustin. d. civ. d. VII 20. 24* (Proserpina, quod ex ea proserpant fruges) = *Isid. VIII 11, 60* ‖ 12 *sqq. Cf. Ovid. Fast. II 449 sqq. III 255; aliter VI 39* ‖ 12 *Cf. exempli causa Anaxag. 320, 77 Diels* (*τὴν δὲ σελήνην ὁ αὐτὸς Ἀναξαγόρας χώραν πλατεῖαν ἀποφαίνει e. q. s.*) ‖ 14 *sq. Cf. Don. in Andr. III 1, 15 cum Eugraphio* ‖ 16 *Cf. Cic. d. nat. d. II 27, 69 = Prob. in ecl. VI 31 (342, 24 ed. Hag.); Plut. Qu. R. 77; Mart. Cap. II 149; Augustin. d. c. d. IV 11; Tertull. d. an. 37* (quae producat in lucem) ‖ 17 *Cf. Fest. 305ᵇ, 10 cum Paulo* (supercilia in Iunonis tutela esse putabant, quod his protegantur oculi, per quos luce fruimur, quam tribuere putabant Iunonem: unde et Lucina dicta est) ‖ 19 *sq. Cf. ad 19, 13; Chrysipp. ap. Plut. d. stoic. repugn. 1033 A; Serv. in Aen. VI 265; Isid. XIX 6, 5*

1 terrestria sola· ‖ 2 sauini | solũ: *corr Sciop* ‖ 3 *secl Ald* ‖ 5 *secl Vict* ‖ 6 *add Sciop* ‖ 7 ennii (*non* enii) ‖ 11 ˃qq̃ *in marg ad* ˃ ideo *suppl* ‖ 12 *add Sp.*[1] | phisici ‖ 13 qđ uƚ ‖ 14 *add Sciop* ‖ 19 *sq.* nascitur· & omne (omne et *trai Sp.*; *an:* nascimur et o. *?*) ‖ 20 scĩdit (˜ *vix a m. 2 add*); *an* succendit*?*

eum amittit ac frigescit. ab ignis iam maiore vi ac violentia Volcanus
dictus. ab eo quod ignis propter splendorem fulget, fulgor et fulmen
et fulgur⟨itum⟩, quod fulmine ictum contrariis diis. ab aquae lapsu 71
lubrico lympha. lympha Iuturna quae iuvaret: itaque multi ⟨a⟩egroti
propter id nomen hinc aquam petere solent. a fontibus et fluminibus
ac ceteris aquis dei, ut Tiberinus ab Tiberi, et ab lacu Velini Velinia,
et lymphae †comitiis ad lacum Cutiliensem a commotu, quod ibi
insula in aqua commovetur. Neptunus, quod mare terras obnubit ut 72
nubes caelum, ab nuptu, id est opertione, ut antiqui, a quo nuptiae,
nuptus dictus. Salacia Neptuni ab salo. Venilia a veniendo ac vento
illo, quem Plautus *(Cist. 14 sq.)* dicit: 'quod ibi dixit qui secundo vento
vectus est tranquillo mari, ventum gaudeo.' Bellona ab bello nunc, 73
quae Duellona a duello. Mars ab eo quod maribus in bello praeest,
aut quod Sabinis acceptus ibi est Mamers. Quirinus a Quiritibus.
Virtus ut Viritus a virilitate. Honos ab [honesto] onere: itaque
honestum dicitur quod oneratum, et dictum *(Com. fr. p. 147 R.*$^3$*)*:
'onus est honos qui sustinet rem publicam.' Castoris nomen graecum,
Pollucis a Graecis; in latinis litteris veteribus nomen quod est, inscribitur ut Πολυδεύκης Polluces, non ut nunc Pollux. Concordia a
corde congruente. Feronia, Minerva, Novensides a Sabinis. paulo aliter 74

---

1 *Cf. Augustin. d. c. d. VII 16* (ignem mundi . . . non violentiorem qualis Volcani est)*: v. Agahd p. 210* ‖ 2 *Cf. Fest. Pauli 92, 17* (fulguritum id quod est fulmine ictum) *et 92, 21; Non. 430, 16; Isid. XIII 9, 1; TG. s.* fulgeo ‖ 4 *Cf. ad VII 87* | *Cf. Serv. in Aen. XII 139* (cui nomen a iuvando est inditum) ‖ 6 *Cf. § 29; Serv. in Aen. VIII 31; Isid. XIII 21, 27* ‖ 7 *Cf. Fest. Pauli 51, 8; Plin. III 109; Dionys. Hal. I 15* ‖ 8 *sq. Cf. Don. in Hec. IV 4, 34* (nubere . . . est operiri tegique; unde et nubes, quod tegere solent caelum, dicuntur)*; Arnob. III 31* (quod aqua nubat terram appellatus est, inquiunt, cognominatusque Neptunus)*; Isid. IX 7, 10 = d. offic. II 20, 6; d. nat. rer. XXXII 2 = Etym. XIII 7, 2* (unde et Neptunus, quod nubat, id est mare terram tegat)*; Fest. Pauli 184, 4; Fest. 170*$^b$*, 24; Serv. in Aen. XI 77; TG. s.* nuptiae ‖ 10 *sq. Cf. Varro ap. Augustin. d. civ. d. VII 22* (Venilia unda est quae ad litus venit, Salacia quae in salum redit)*; Serv. in Aen. I 144; Serv. Dan. in Aen. X 76* (Salaciam a salo)*; TG. s.* Venilia ‖ 12 *Cf. VII 49; Fest. Pauli 33, 8; schol. Stat. Theb. V 155* (bello nata)*; Augustin. d. c. d. IV 24 (v. Agahd 'Ant. rer. div.' p. 181); GL. III 497, 6; TG. s.* Bellona ‖ 13 *Cf. Fest. Pauli 131, 12* (Mamers . . . id est lingua Osca Mars) ‖ 14 *Cf. ad § 51. VI 68; Fest. Pauli 49, 10* (a Quirino Quirites)*; Ovid. Fast. II 477 sq.* ‖ 15 *Cf. Cic. Tusc. II 18, 43* (a viris virtus nomen est mutuata)*; Lact. de opif. d. 12, 16* (vir itaque nuncupatus est, quod maior in eo vis est quam in femina et hinc virtus nomen accepit)*; Isid. XI 2, 17 sq.* ‖ 15 *sq. Cf. Gell. II 3, 3; Augustin. d. c. d. IV 21; Serv. in Aen. I 289 = Isid. diff. 285* ‖ 19 *Cf. Isid. X 37* (concors a coniunctione cordis)

---

2 fulgur *Canal* ‖ 3 ·& fulgur·: *suppl Turn* ‖ 4 limpha *bis* ‖ 6 Velini] *cf. d. r. r. III 2, 3* | ceteras aquas ‖ 7 limphę | Commotiae *v* ‖ 8 mare et terras *Laet (cf. Isid. test.)* ‖ 10 uenelia ‖ 11 *sq.* ibi] ille *codd Plauti et* mare ‖ 15 uiri ius: *corr Scal* | honos *ex* honor | *secl Woelfflin* ‖ 19 pollideuceps, *sed* p *ante* s *lineola del m. 2 ut vid: corr Rhol* | nuns ‖ 20 ·Minerua· Nouensides a sauinis

ab eisdem dicimus h⟨a⟩ec: Palem, Vestam, Salutem, Fortunam, Fontem, Fidem. e⟨t⟩ ar⟨a⟩e Sabinum linguam olent, quae Tati regis voto sunt Romae dedicatae: nam, ut annales dicunt, vovit Opi, Flor⟨a⟩e, Vedio[io]vi Saturnoque, Soli, Lunae, Volcano et Summano, itemque Larundae, Termino, Quirino, Vortumno, Laribus, Dianae Lucinaeque; e quis nonnulla nomina in utraque lingua habent radices, ut arbores quae in confinio natae in utroque agro serpunt: potest enim Saturnus hic de alia causa esse dictus atque in Sabinis, et sic Diana[e], de quibus supra *(§ 64 et 68)* dictum est.

75 11. quod ad immortalis attinet, haec; deinceps quod ad mortalis attinet videamus. de his animalia in tribus locis quod sunt, in aere, in aqua, in terra, a summa parte ⟨ad⟩ infimam descendam. primum †nomen nominem alites ⟨ab⟩ alis, volucres a volatu; deinde generatim; de his pleraeque ab suis vocibus ut haec: upupa, cuculus, corvus,
76 irundo, ulula, bubo; item haec: pavo, anser, gallina, columba. sunt quae aliis de causis appellatae, ut noctua, quod noctu canit ac vigilat, lusci⟨ni⟩ola, quod luctuose canere existimatur atque esse ex Attica Progne in luctu facta avis. sic galeritus et motacilla, altera quod in capite habet plumam elatam, altera quod semper movet caudam. merula, quod mera, id est sola, volitat; contra ab eo graguli, quod gregatim, ut quidam Graeci greges *γέργερα*. ficedula⟨e⟩ et miliariae a cibo, quod alter⟨a⟩e fico, alterae milio fiunt pingues.

77 12. aquatilium vocabula animalium partim sunt vernacula, partim peregrina. foris mur⟨a⟩ena, quod *μύραινα* graece, cy[ty]bium et thynnus, cuius item partes graecis vocabulis omnes, ut melander atque uraeon. vocabula piscium pleraque translata a terrestribus ex aliqua parte similibus rebus, ut anguilla, lingulaca, sudis; alia a coloribus, ut

---

5 *Cf. Augustin. d. civ. d. IV 23* (T. Tatius addidit Saturnum, Opem, Solem, Lunam, Vulcanum, Lucem et quoscumque alios addidit, inter quos etiam Cluacinam Felicitate neglecta?). *VI 10; Dionys. Hal. II 50, 3* ‖ 13 *Cf. Fest. 197a, 11* (alit⟨es⟩ quae alis ac volatu)*; Isid. XII 7, 3 sq.* ‖ 15 *Cf. Isid. XII 7, 39* (bubo a sono vocis) ‖ 16 *Cf. Fest. 174a, 4 cum Paulo 175, 1* (noctua a tempore noctis quo canit vel volat) ‖ 20 *Cf. ad 12, 6; Fest. Pauli 124, 4* (merum . . . unde et avis merula nomen accepit quod solivaga est) ‖ 21 *Cf. ad 12, 6; Fest. Pauli 97, 19* (*antecedente glossa 'graculi':* greges ex Graeco dicti, quos illi *γέργερα* solent appellare) ‖ 27 *Cf. GL. II 106, 10. 115, 13; Isid. XII 6, 41; Plin. XXXII 154* (a nullo auctore nominati sudis latine appellatus . . .)

---

1 *sq.* hecralẽ: *corr Scal* ‖ 2 ea re: *corr Mue* | linguamolent ‖ 3 ·floreue· dioioui·: *corr Mue* ‖ 7 serpent ‖ 8 dianę: *corr Ald* ‖ 10 attinet· Haec deinceps | mortalis *ex* mortales ‖ 13 nomen omnium *Mue* | alii | deinde generatj̃, g *ex* I (*post* de *iterum incohato* I[nde]) ‖ 17 *add Vict* ‖ 18 galericus ‖ 21 gergera | *add ed. Ven.* ‖ 24 peregrina foris· Murena qđ mirena· | cytybium·: *corr Ald* ‖ 25 thinnus ‖ 27 li$^{n}$gula casudis: *corr Ald*

haec: asellus, umbra, turdus; alia a vi quadam, ut haec: lupus, canicula, torpedo. item in conchyliis aliqua ex graecis, ut peloris, ostrea, echinus. vernacula ad similitudinem, ut surenae, pectunculi, ungues.

13. sunt etiam animalia in aqua, quae in terram interdum exeant 78
(alia graecis vocabulis, ut polypus, hippo⟨s⟩ potamios, crocodil[l]os, alia latinis, ut rana, ⟨anas⟩, mergus): a quo Graeci ea quae in aqua et terra possunt vivere vocant *ἀμφίβια*. e quis rana ab sua dicta voce, anas a nando, mergus, quod mergendo in aquam captat escam.
item alia[e] in hoc genere a Graecis, ut querquedula †cerceris, alcedo, 79
quod ea *ἀλκυών*; latina, ut testudo, quod testa tectum hoc animal, lolligo, quod subvolat, littera commutata, primo volligo. ut ⟨A⟩egypti in flumine quadrupes sic in Latio, nominati lu⟨t⟩ra et fiber. lu⟨t⟩ra, quod succidere dicitur arborum radices in ripa atque eas dissolvere ab †litra. fiber, ab extrema ora fluminis dextra et sinistra maxime quod solet videri, et antiqui februm dicebant extremum, a quo in sagis fimbr⟨i⟩ae et in iecore extremum fibra, fiber dictus.

14. de animalibus in locis terrestribus quae sunt hominum pro- 80
pria primum, deinde de pecore, tertio de feris scribam. incipiam ab honore publico. consul nominatus qui consuleret populum et senatum, nisi illinc potius unde Accius ait in Bruto *(39 R.³)*: 'qui recte consulat, consul ciat.' pr⟨a⟩etor dictus qui praeiret iure et exercitu; a quo id Lucilius *(1160 M.)*: 'ergo praetorum est ante et pr⟨a⟩eire.'
censor ad cuius censionem, id est arbitrium, censeretur populus. aedilis 81

8 *Cf. TG. s.* anas (a natando) *et Isid. XII 7, 51* | *Cf. Serv. Dan. in Aen. V 128* (saepe mergendo) || 9 *sq. Cf. TG. s.* querquedula (*κερκήδης*) | *Cf. VII 88; Fest. Pauli 7, 16* (alcedo dicebatur ab antiquis pro alcyone)*; TG. s.* alcedo || 12 *Cf. Plin. VIII 109 et XXXII 144* (fibri quorum generis lutras nusquam mari accepimus) || 14 *Cf. Fest. Pauli 90, 3* (fiber genus bestiae quadripes . . . unde et fibras iocinerum et fimbrias vestimentorum dicimus) || 19 *Cf. Non. 23, 31 ibique Varro de v. p. R.; Mart. Cap. V 483* (a nota vel etymologia, ut Graeci dicunt, sumimus argumentum sic: si consul est qui consulit rei publicae *e. q. s.*)*; Cic. de leg. III 3, 8; GL. II 432, 25; Quintil. I 6, 32* (consul a consulendo)*; Isid. IX 3, 6* || 21 *Cf. Non. 23, 31 ibique Varro d. v. p. r.; Cic. de leg. III 3, 8; GL. II 432, 26* || 23 *sq. Cf. Non. 519, 21; Fest. Pauli 58, 8; Isid. IX 4, 13* | *Cf. Fest. Pauli 13, 7* (aedilis initio dictus est [magistratus] qui aedium non tantum sacrarum, sed etiam privatarum curam gerebat)*; Dionys. Hal. VI 90; Theophilus Inst. paraphr. I 2, 8; Dig. I 2, 2, 21; GL. II 432, 26; Lyd. de mag. I 35 = p. 36, 4 W.* (aediles *τοὺς ἀγορανόμους ἔτι καὶ νῦν συμβαίνει καλεῖσθαι, καθὸ τοὺς ναοὺς οἱ Ῥωμαῖοι αἴδεις καλοῦσιν*)

1 c̃chiljis || 2 ostrea *ex* ostreę || 3 syrenę || 5 poljpus | ·yppo potamios·: *corr Sp.;* hippopotamios *v* || 7 amphibia || 8 ana sanando (s *lineolis separ. m. 2*) || 9 alię | *an: κερκήδης? v. test.* | algedo || 10 alcyon || 11 egipti || 12 lira *bis: corr Turn* (*sed* lytra)*: v. test.* || 13 dissoluere *litt.* ol *vix casu oblitteratis* || 14 *an:* litore? (*sic etiam Wi*) || 16 *sqq. post* dictus *et* Ter(tio) *in extremis versibus (13 et 14) add* DE ANIMALIBVS || |INLOCIS TERRESTRIBVS *(lineolas | ante* IN *et _ infra* I L C T R B *m. 2 ut vid)* || 20 taccius *ex* tatius *m. 2* (cc *s. scr.*) | c̃sulciat·: *corr Schoe* || 21 *sq. an:* a quo ⟨a⟩it?

qui aedis sacras et privatas procuraret. quaestores a qu⟨a⟩erendo, qui conquirerent publicas pecunias et maleficia, quae triumviri capitales nunc conquirunt; ab his postea qui quaestionum iudicia exercent quaes⟨i⟩tores dicti. tribuni militum, quod terni tribus tribubus Ramnium, Lucerum, Titium olim ad exercitum mittebantur. tribuni plebei, quod ex tribunis militum primum tribuni plebei facti, qui plebem de-
82 fenderent, in secessione Crustumerina. dictator, quod a consule dicebatur, cui dicto audientes omnes essent. magister equitum, quod summa potestas huius in equites et accensos, ut est summa populi dictator, a quo is quoque magister populi appellatus. reliqui, quod minores quam hi magistri, dicti magistratus, ut ab albo albatus.

83 15. sacerdotes universi a sacris dicti. pontufices, ut [a] Sc⟨a⟩evola Quintus pontufex maximus *(Bremer I p. 57)* dicebat, a posse et facere, ut po[n]tifices. ego a ponte arbitror: nam ab his sublicius est factus primum ut restitutus s⟨a⟩epe, cum ideo sacra et uls et cis
84 Tiberim non mediocri ritu fiant. curiones dicti a curiis, qui fiunt ut in his sacra faciant. flamines, quod in Latio capite velato erant semper ac caput cinctum habebant filo, f⟨i⟩lamines dicti. horum singuli cognomina habent ab eo deo cui sacra faciunt; sed partim sunt aperta, partim obscura: aperta ut Martialis, Volcanalis; obscura Dialis et Furinalis, cum Dialis ab Iove sit (Diovis enim), Furi⟨n⟩alis a Furrina, cuius etiam in fastis feriae Furinales sunt. sic flamen Falacer a divo
85 patre Falacre. Salii ab salitando, quod facere in comitiis in sacris

---

1 *Cf. Fest 258ª, 59 cum Paulo 221, 15; Dig. I 2, 2, 23. I 13, 1, 1; Lyd. de mag. II 29 = 85, 1 W.* (τὸν λεγόμενον κυαισίτορα ἀντὶ ⟨τοῦ⟩ τῶν βιωτικῶν ἐγκλημάτων ἐρευνάδα σεμνότατον); *Serv. in Aen. VI 432* (quaesitores sunt qui exercendis quaestionibus praesunt); *Isid. IX 4, 16; TG. s.* quaestor ‖ 4 *Cf. § 181; Lyd. de mens. IV 30 = 88, 14 W.* (ἐπειδὴ εἰς τρεῖς μοίρας ὁ Ῥωμαϊκὸς διῄρητο δῆμος, τρίβους ἡ φυλὴ παρ' αὐτοῖς ὠνομάσθη καὶ τριβοῦνοι οἱ δήμαρχοι); *Dionys. Hal. II 7; Pompon. Dig. 1, 2, 2, 20* ‖ 8 *Cf. Cic. de rep. I 40, 63; GL. VII 74, 19; Fest. 198ª, 33; Seneca epist. 108, 31* | *Cf. Cic. de leg. III 3, 9* (equitatumque qui regat) ‖ 14 *Cf. Serv. Dan. in Aen. II 166* (quidam pontifices a ponte sublicio . . . appellatos tradunt); *Dionys. Hal. II 73, 1. III 45; Plut. Num. 9* ‖ *15 Cf. Dionys. Hal. III 45, 3* ‖ 17 *Cf. Fest. Pauli 87, 15* (quod filo assidue veletur, indeque appellatur flamen quasi filamen); *Serv. in Aen. VIII 664* (a filo quo utebantur flamines dicti quasi filamines = *Isid. VII 12, 18 sq.*); *id. in Aen. X 270; Plut. Qu. R. 40, Num. 7* (πιλαμένας τινὰς ὄντας); *Marcell. 5* ‖ 21 *sq. Cf. VI 19. VII 45; Fest. Pauli 88, 16* (Fur⟨i⟩nalia sacra Furinae quam deam dicebant) ‖ 23 *Cf. Dionys. Hal. II 70; Plut. Num. 13* (ἀπὸ τῆς ὀρχήσεως αὐτῆς ἁλτικῆς οὔσης); *additam. cod. Turon. ad Serv. Aen. VIII 285* (Salii . . . quos a saltu quidam appel-

---

4 *add Mommsen c. al. (cf. test.)* ‖ 5 *sq.* titiũ· Olim *et* mittebantur tribuni ‖ 10 dictatoris *A. Sp. (ex falso Grothii de F testimonio)* ‖ 12 Pontĳfices *(corr m. 2)* ‖ 13 dicebat *ex* dicebant *m. 1 ut vid* (n *lineola del*) ‖ 14 *del Turn; an:* po⟨te⟩ntifices? *cf. V 4* ‖ 15 & uis & gis (cis) ‖ 18 *add Canal (cf. test.)* ‖ 21 furialis a furrida (furina *Ald*) ‖ 22 ferię *(sic)* ‖ 23 in comitiis *suspectum* (*cf. adn.*)

quotannis et solent et debent. Luperci, quod Lupercalibus in lupercali sacra faciunt. fratres arvales dicti qui sacra publica faciunt propterea ut fruges ferant arva: a ferendo et arvis fratres arvales dicti. sunt qui *(Funai. p. 116)* a fratria dixerunt. fratria est graecum vocabulum partis hominum, ut ⟨Ne⟩apoli etiam nunc. sodales Titii dicti
*** quas in auguriis certis observare solent. fetiales, quod fidei 86
publicae inter populos praeerant: nam per hos fiebat ut iustum conciperetur bellum et †inde desitum, ut f⟨o⟩edere fides pacis constitueretur. ex his mittebantur, ante quam conciperetur, qui res repeterent, et per hos etiam nunc fit foedus, quod fidus Ennius *(p. 238 V.²)* scribit dictum.

16. in re militari pr⟨a⟩etor dictus qui praeiret exercitui. impe- 87
rator ab imperio populi qui eos, qui id attemptasse⟨n⟩t, †oppressi hostis. legati qui lecti publice, quorum opera consilioque uteretur peregre magistratus, quive nuntii senatus aut populi essent. exercitus, quod exercitando fit melior. legio, quod leguntur milites in delectu.
cohors, quod ut in villa ex pluribus tectis coniungitur ac quiddam fit 88
unum, sic hic ex manipulis pluribus copulatur (cohors quae in villa, quod circa eum locum pecus cooreretur, tametsi cohortem in villa Ypsicrates *[Funai. p. 107]* dicit esse graece *χόρτον* apud poetas dictam). manipulus exercitus minima[s] manus quae unum sequitur signum. centuria qui sub uno centurione sunt, quorum centenarius

latos dicunt); *Fest. 326ᵇ, 32* (Salios a saliendo et saltando dictos *e. q. s.*); *Ovid. Fast. III 38; Serv. in Aen. VIII 663; Porphyr. in Hor. c. I 36, 12; Isid. XVIII 50 (Kriegshammer 88)*

5 *Cf. Strabo V 246* ‖ 7 *Cf. Non. 529, 17 ibique Varro d. v. p. R.; Serv. Dan. in Aen. IV 242* (fetiales a foedere: *cf. Serv. in Aen. I 62 = Isid. XVIII 1, 11*); *Liv. I 32; TG. s. v.* ‖ 10 *Cf. Fest. Pauli 84, 1; Serv. Dan. in Aen. VIII 641* (Cicero foedera a fide putat dicta); *Liv. V 51, 10; Isid. XVIII 1, 11; TG. s.* foedus ‖ 12 *Cf. § 80* ‖ 13 *Cf. Lyd. de mag. III 3 = 89, 13 W.* (*τὸ δὲ ἰνπεράτορος ἐπώνυμον . . . ἀπολύτως τοῦ αὐτοκρατῶς διοικεῖν εἰληχότος τὸν πόλεμον*) ‖ 14 *Cf. VI 65* ‖ 15 *Cf. Ulpian. Dig. XXIX 1, 1* (exercitus . . . nomen ab exercitatione traxit) ‖ 16 *Cf. VI 66; Non. 57, 4 ibique Varro d. v. p. R.* (a dilectu militum . . . ab electione); *Plut. Rom. 13* (*ἐκλήθη δὲ λεγεὼν τῷ λογάδας εἶναι τοὺς μαχίμους ἐκ πάντων*); *Fest. Pauli 73, 16* (dilectus militum . . . a legendo); *Isid. IX 3, 46; TG. s. v.* ‖ 17 *Cf. Isid. XV 9, 1* ‖ 21 *Cf. Non. 556, 3* (manipuli sunt manus militum vel collecti viri); *Don. in Eun. IV 7, 6 cum Eugr.; Isid. IX 3, 50. XVII 9, 106. XVIII 3, 5; TG. s. v.* ‖ 22 *Cf. Serv. in Aen. IX 160; Fest. Pauli 53, 12; Lyd. de mag. I 9 = 15, 2 W.* (*ἑκάστης ἑκατοντάδος ἡγεμόνα προὔθηκεν, ὃν Ἕλληνες μὲν ἑκατόνταρχον, Ῥωμαῖοι δὲ κεντουριῶνα καλοῦσιν*); *TG. s. v.*

3 f⟨e⟩ratres *Canal* ‖ 5 *sq.* patris | *suppl Turn* | nunc sodales | *lac sign Laet supplens* ab titiis [*immo* titis] avibus ‖ 8 in desitum (*scil.* bellum) *Lachm duce Popma et Mue;* si d. *Sk. duce Sp.* ‖ 10 fędus ‖ 11 *sq.* dictum in re militari· Pretor ‖ 13 oppssi: oppressit *v* ‖ 14 hostis· (h *in ras*) ‖ 15 peregre *ex* peregr& *ut vid* ‖ 18 his: *corr Mue* | popłatur ‖ 19 cooreret̃ (*non* coereret̃) ‖ 20 ipsicrates: Hypsicrates *Ald* | grece *ex* greco | cohorton: *corr Turn* ‖ 21 manipulos *et* minimas: *corr Sp.* ‖ 22 quę: *corr Mue; an:* qua?

89 iustus numerus. milites, quod trium milium primo legio fiebat ac
singulae tribus Titiensium, Ramnium, Lucerum milia militum mitte-
bant. hastati dicti qui primi hastis pugnabant, pilani qui pilis, prin-
cipes qui a principio gladiis; ea post commutata re militari minus
illustria sunt. pilani triarii quoque dicti, quod in acie tertio ordine
extremi[s] subsidio deponebantur; quod hi subsidebant ab eo sub-
sidium dictum, a quo Plautus *(Friv. V)*: 'agite nunc, subsidite omnes
90 quasi solent triarii.' auxilium appellatum ab auctu, cum accesserant
ei qui adiumento essent alienigenae. pr⟨a⟩esidium dictum qui extra
castra praesidebant in loco aliquo, quo tutior regio esset. obsidium
dictum ab obsidendo, quo minus hostis egredi posset. in⟨si⟩di⟨a⟩e
item ab [ab]sedendo, cum id ideo facerent quo facilius deminuerent
hostis. duplicarii dicti quibus ob virtutem duplicia cibaria ut darentur
91 institutum. turma terima (E in U abiit), quod terdeni equites ex
tribus tribubus Titiensium, Ramnium, Lucerum fiebant. itaque primi
singularum decuriarum decuriones dicti, qui ab eo in singulis turmis
sunt etiam nunc terni. quos hi primo administros ipsi sibi adopta-
bant, optiones vocari coepti, quos nunc propter ambitionem tribuni
faciunt. tubicines a tuba et canendo, similiter liticines. classicos a
classe, qui item cornu[u]o canu⟨n⟩t, ut tum cum classes comitiis ad
comit⟨i⟩atum vocant.

92 17. quae a fortuna vocabula, in his quaedam minus aperta ut

---

1 *Cf. Lyd. de mens. IV 72 = 124, 12 W.* (*χιλίους γὰρ ὑπασπιστὰς ὁ Ῥωμύλος μόνους ἔταξε καὶ μίλιτας αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ ἀριθμοῦ ἐκάλεσεν οἱονεὶ χιλίους, τὸ πρὶν σατέλλιτας προσαγορευομένους*); *Dig. XXIX 1, 1* (. . . aut a numero mille hominum); *Dio frgm. V 8; Isid. IX 3, 32; Suet. p. 318, 5 R.; Syncell. p. 367* ‖ 3 *Cf. TG. s.* hastatus | *Cf. Fest. Pauli 204, 11* (pilani pilis pugnantes); *Lyd. de mag. I 46 = 48, 16 W.* (*πιλάριοι ἀκοντισταί*) ‖ 5 *Cf. Veget. III 14; TG. s.* triarii ‖ 6 *Cf. Fest. 306ª, 4. 193ª, 19; Pauli 223, 11* ‖ 8 *Cf. Fest. Pauli 17, 16* (auxiliares . . . dicti ex graeco vocabulo *αὔξησις* quod nos dicimus . . . auctionem) ‖ 9 *GL. II 118, 8* (praesideo praesidium) ‖ 11 *Cf. Serv. in Aen. XI 531* (insidere est dolose aliquem exspectare: unde et insidiae nominatae sunt) = *Isid. X 152* ‖ 14 *Cf. Fest. 355ª, 6* (turmam . . . ait Curiatius quasi terimam: quod terdeni . . . terni *eisdem verbis nisi quod* ex eo *pro* ab eo): *v. Kriegshammer 95* ‖ 17 *Cf. Fest. 198ᵇ, 11; Pauli 184, 13* (in re militari optio appellatur is, quem decurio aut centurio optat sibi rerum privatarum ministrum *e. q. s.*); *Non. 68, 1 ibique Varro d. v. p. R.; Plut. Galb. 24; Lyd. de mag. I 46 = 47, 4 W.* (*ὀπτίωνες αἱρετοὶ ἢ γραμματεῖς*); *Don. in Eun. V 8, 27* ‖ 19 *Cf. Fest. Pauli 116, 16; Caesell. Vind. apud Gell. XX 2; GL. I 28, 14 = 38, 5. 87, 16. 541, 24; suppl. 74, 28; TG. s.* liticen *et* tubicen ‖ 20 *Cf. VI, 92; Quintil. I 6, 33* (iam sit et classis a calando); *GL. III 482, 24* (classe . . . fac derivativum. Classicus *e. q. s.*)

---

2 singula[e] *Groth* ‖ 5 triani ‖ 6 *del Aug c. al.* ‖ 7 subsidete: *corr Laet* ‖ 11 Indie·: *corr Sp.* ‖ 12 absidendo: *corr Sp.* ‖ 17 sunt· Etiam ‖ 18 cępti | ãbitionẽ ‖ 19 litigines: *corr Rhol* ‖ 20 cornu (*ex* curnu) uo: *corr Mommsen* | canit ‖ 21 *add Vertr*

pauper, dives, miser, beatus, sic alia. pauper a paulo lare. mendicus a minus, cui cum opus est minus †nullo est. dives a divo qui ut deus ni[c]hil indigere videtur. opulentus ab ope, cui eae opimae; ab eadem inops qui eius indiget, et ab eodem fonte copi[i]s ac copiosus. pecuniosus a pecunia magna, pecunia a pecu: a pastoribus enim horum vocabulorum origo.

18. artificibus maxima causa ars, id est, ab arte medicina ut sit 93
medicus dictus, a sutrina sutor, non a medendo ac suendo, quae omnino ultima huic rei. ∗ ∗ ∗ earum rerum radices, ut in proxumo libro aperietur. quare quod ab arte artifex dicitur nec multa in eo obscura,
relinquam. similis causa quae ab scientia voca⟨n⟩tur aliqua ut prae- 94
stigiator, monitor, nomenclator; sic etiam quae a spatio quodam dicuntur, cursor, natator, pugil. etiam in hoc genere quae sunt vocabula, pleraque aperta, ut legulus, alter ab oleis, alter ab uvis. haec si minus aperta: vindemiator, vestigator et venator, tamen †idem, quod vindemiator vel quod vinum legit dicitur vel quod de viti id demunt; vestigator a vestigiis ferarum quas indagatur; venator a ventu, quod sequitur †verbum adventum et inventum.

19. haec de hominibus: hic quod sequitur de pecore, haec. pecus 95
ab eo quod [per]pascebant, a quo pecora universa. quod in pecore

---

1 *Cf. Isid. X 176* (mendicus dictus quod minus habet unde vitam degat) ‖ 3 *sqq. Cf. TG. s.* copis; *Non. 84, 19 et 30, 32; GL. II 321, 24* (vetustissimi tamen etiam *[scil. praeter 'Ops' et 'inops']* hic et haec et hoc ops et cops pro opulentus et copiosus proferebant) ‖ 5 *Cf. § 95; Fest. 213ª, 20* (a pecore ut pecunia); *Pauli 23, 8; Plin. XXXIII 43* (nota pecudum, unde et pecunia appellata); *Colum. VI praef.; Non. 42, 22 ibique Cic. de rep.; GL. VII 525, 6. 8; I 107, 33; Lyd. de mag. I 21 = 24, 21W.* (*ἐν γὰρ ταῖς ὕλαις τὰς οἰκήσεις ἔχοντες οἱ πρὶν καὶ τὸν νομαδικὸν τιμῶντες βίον . . . μηδὲ αὐτῶν βασιλέων ἀπαξιούντων νέμειν ἀγέλας καὶ χρήματα συλλέγειν ⟨ἀπ'⟩ αὐτῶν· ὅθεν καὶ πεκουνίαν κατ' αὐτοὺς τὰ χρήματα καλοῦσι*); *Ovid. Fast. V 280* ‖ 7 *sqq. Cf. GL. II 434, 1* (artium vero nomina . . . omnia post verba naturaliter sunt accipienda . . . suo post sutor . . . moneo monitor curro cursor . . .) ‖ 12 *Cf. Fest. 138ᵇ, 29* ‖ 14 *Cf. VI 66 (unde recte Canal concludit deesse nihil); Fest. Pauli 115, 14* ‖ 15 *Cf. ad § 37* ‖ 17 *Cf. VIII 53; Isid. X 282* (venator quasi venabulator a venabulo). *XVIII 7, 4* (venabula . . . quia venientem excipiunt) ‖ 19 *Cf. Serv. Dan. in Aen. I 435* (pecus . . . a pascendo); *schol. in Georg. IV 168* (pecus autem vetuste, quia omnia animalia pecora dicebant); *Isid. XII 1, 6* (generaliter autem omne animal pecus a pascendo vocatur) *et XII 6, 1; adde Non. 158, 31. 460, 2; TG. s. v.*

---

2 *sq.* cui quam *Canal* (*et* multo *pro* nullo) | *an:* nummo*?* | ///// qui ut (*er.* ut) ‖ 4 *del Turn (cf. test.)* ‖ 5 apecua ‖ 7 ab *s. scr. m. 1 ut vid* ‖ 9 *lac sign et* hae enim *suppl Reitzenstein* ‖ 13 natator (tor *lineola in* cor *corr m. 1 ut vid*) ‖ 15 idẽ· (· *lineola del m. 2 ut vid*); *an:* ⟨memoratu⟩i dem*?* dicam *Sk.* ‖ 16 legere: *corr Sp.* ‖ 17 quas⟨i⟩ indagator *Laet* | ventu *scil.* ferarum ‖ 18 *an:* venabulo*? cf. test.* (ferarum *A. Sp. duce amico Aug*)

pecunia tum pastoribus consistebat et standi fundamentum pes (a quo dicitur in aedificiis area pes magnus et qui negotium instituit pedem posuisse), a pede pecudem appellarunt, ut ab eodem pedicam et pedisequum et peculatoriae oves aliudve quid: id enim peculium primum. hinc peculatum publicum primo †ut cum pecore diceretur multa et
96 id esse⟨t⟩ coactum in publicum, si erat aversum. ex qua fructus maior, hi[n]c est qui graecis usus: ⟨sus⟩, quod ὗς, bos, quod βοῦς, taurus, quod ⟨ταῦρος⟩, item ovis, quod ὄϊς: ita enim antiqui dicebant, non ut nunc πρόβατον. possunt in Latio quoque ut in Graecia ab suis vocibus haec eadem ficta. armenta, quod boves ideo maxime parabant, ut inde eligerent ad arandum; inde arimenta dicta, postea I tertia littera extrita. vitulus, quod graece antiquitus ἰταλός, aut quod plerique vegeti, vegitulus. iuvencus, iuvare qui iam ad agrum colen-
97 dum posset. capra carpa, a quo scriptum 'omnicarpae caprae'. ircus, quod Sabini fircus; quod illic fedus, in Latio rure [h]edus: qui in urbe ut in multis A addito aedus. porcus, quod Sabini dicunt †apruno porco por; i⟨n⟩de porcus, nisi si a Graecis, quod Athenis in libris

---

1 *Cf. Varro d. r. r. II 1, 11* (a quibus ipsa pecunia nominata est: nam omnis pecuniae pecus fundamentum)*; Serv. in Buc. I 32* (omne patrimonium apud maiores peculium dicebatur a pecoribus in quibus eorum constabat universa substantia: unde etiam pecunia dicta est a peculio) = *Isid. V 25, 5. XVI 18, 4: v. Lachm Kl. Schr. II 163* ‖ 4 *sq. Cf. Plut. Poplic. 11* (τὰς οὐσίας ἄχρι νῦν ἀπὸ τῶν προβάτων πεκούλια καλοῦσι)*; Fest. 213ᵃ, 18* (peculatus est nunc quidem qualecumque publicum furtum, sed inductum est a pecore, ut pecunia quoque ipsa) = *237ᵃ, 13* (peculatus furtum p. *e. q. s.*)*; Pauli 75, 11. 23, 8; TG. s.* peculium (*Willers de Verr. Fl. 21 sqq.; Kriegshammer 94*) ‖ 7 *sq. Cf. Varro d. r. r. II 4, 9* (sus graece dicitur ὗς)*; GL. II 25, 1. 27, 23. 455, 8* (βοῦς bos)*; Isid. XII 1, 29 sq.* (taurus graecum nomen est sicut et bos . . . bovem Graeci βοῦν dicunt)*; TG. s. v.* ‖ 8 *Cf. GL. II 17, 17. 253, 19* (ὄϝις ovis) ‖ 11 *Cf. Colum. VI praef. 3* (armentorum adiutorio . . . unde etiam iumenta et armenta nomen a re traxere quod nostrum laborem vel onera subvectando vel arando iuvarent)*; Isid. XII 1, 8* (alii armenta tantum boves intellegunt ab arando quasi aramenta) ‖ 12 *Cf. Varro d. r. r. II 1, 9. 5, 3; antiqu. hum. ap. Gell. XI 1, 1; apud Colum. VI praef.; Fest. Pauli 106, 7; Serv. Dan. I 533; Isid. XII 1, 32; Hesych. s.* Ἰταλός ‖ 13 *Cf. Censorin. d. d. n. 14, 2; TG. s.* iuvencus ‖ 14 *Cf. frgm. 84 W.; d. r. r. II 3, 7* (a carpendo caprae)*; Fest. Pauli 48, 14* (quod omne virgultum carpant)*; Isid. XII 1, 15* ‖ 14 *sq. Cf. frgm. 58 W.* = *GL. VII 11, 5. 69, 9* (haedos . . . faedi . . . apud antiquos; item hircos, quoniam eosdem aeque fircos vocabant) = *81, 12. 13, 9* (fircum — hircum)*; Quintil. I 5, 20* (aedos ircosque)*; Serv. in Aen. VII 695; TG. s.* haedus

---

1 ꞏconsistebat ꞏpastoribus (ꞏ ꞏ *m. 2 ut vid*) ‖ 3 posu(i)sse ‖ 4 peculiariae *Lachm* (peculiares *A. Sp.*) ‖ 5 publicũ· primo | *an:* primo furtum cum*?* (furtum *post* peculatum *suppl Vertr*) ‖ 7 *del Mue* | graecis *scil. vocabulis* | ·hys· (*ov* above) ʙᴠs (*ov supra* y *scr. m. rec. quod spectat ad* v) ‖ 8 ois: *corr Bent* ‖ 9 ꝓbaton· ‖ 11 parabant *ex* parabant̃ (˜ *lineola del m. 2 ut vid*) ‖ 12 italos ‖ 13 uigitulus: *corr Laet* | iouare (v above) ‖ 15 sauini | fędus | q in urbe *ante* hedus *del* ‖ 16 sauini dicto: *corr Laet* | apruno porco poride (*cf. adn.*) | *add Turn*

sacrorum scriptu⟨m⟩ est †porcae porco. aries †qui eam dicebant ares, 98
veteres nostri ariuga, hinc ariugas. haec sunt quorum in sacruficiis exta in olla, non in veru coquuntur, quas et Accius *(p. 227 R.*[2]*)* scribit et in pontificiis libris *(p. 18 Preibisch)* videmus. in hostis eam dicunt †ariugem quae cornua habeat. quoniam si cui ovi mari testiculi
dempti et ideo vi natura versa, verbex declinatum. pecori ovillo quod 99
agnatus, agnus. catulus a sagaci sensu et acuto, ⟨ut Cato⟩ Catulus; hinc canis, nisi quod ut tuba ac cornua [quod], signum cum dent[e], canere dicuntur, quod hic item et noctulucus in custodia et in venando signum voce dat, canis dictus.

20. ferarum vocabula item partim peregrina, ut panthera, leo 100
(utraque graeca, a quo etiam et rete quoddam panther et le⟨a⟩ena et muliercula⟨e⟩ Pantheris et Le⟨a⟩ena), tigris qui est ut leo varius, qui vivus capi adhuc non potuit. vocabulum e lingua armenia: nam ibi et sagitta et quod vehementissimum flumen dicitur Tigris. ursi Lucana origo vel, unde illi, nostri ab ipsius voce. camelus suo nomine syriaco in Latium venit, ut Alexandrea camelopardalis nuper adducta, quod
erat figura ut camelus, maculis ut panthera. apri ab eo quod in locis 101
asperis, nisi a Graecis quod hi ⟨c⟩aproe. caprea a similitudine quadam caprae. cervi, quod magna cornua gerunt, gervi, G in C mutavit ut in multis. lepus, quod Sicu⟨li, ut Aeo⟩lis quidam Graeci, dicunt

---

1 *Cf. Varro d. r. r. II 4, 17* (porcus graecum est nomen antiquum, sed obscuratum) ‖ 2 *Cf. Fest. Pauli 100, 6* (harviga dicebatur hostia *e. q. s.*); *Non. 120, 20; Don. in Phorm. IV 4, 29* (haruspex ab hariga eius nominatur. nam hariga hostia dicitur ab hara *e. q. s.*); *GL. VII 73, 9* (arispex ab ari[u]ga quae est hostia, non aruspex); *TG. s.* arvigas; *Hesych. s.* ἄριχα ‖ 3 *Cf. § 104* ‖ 7 *sqq. Cf. IX 74 et ad VII 46; GL. II 121, 16* (quod est catus Cato); *Don. in Andr. V 2, 14; Isid. XII 2, 25* (a canore latratus . . . unde et canere. nihil autem sagacius canibus); *Augustin. d. c. d. IV 21* ‖ 11 *sq. Cf. Isid. XII 2, 8 (de panthere) et XII 2, 3 (de leone); adde frgm. libri III 4 (6 W.)* ‖ 12 *Cf. TG. s.* panthera (genus quadripedis vel retis *et* rete aucupale); *Serv. in Georg. III 245* (leaena autem graecum est *e. q. s.*); *GL. II 146, 13, al.* ‖ 13 *Cf. Plin. VI 127* (a celeritate Tigris incipit vocari: ita appellant Medi sagittam) = *Isid. XII 2, 7* ‖ 16 *Cf. Isid. XII 2, 19* ‖ 17 *Cf. Plin. VIII 69, al.* ‖ 18 *Cf. Cassiod. in psalm. 97, 13; Quint. I 6, 13; Isid. XII 1, 27* (aper a feritate) ‖ 19 *Cf. Isid. XII 1, 15* ‖ 20 *Cf. Fest. Pauli 54, 15* (quod κέρατα id est cornua gerat); *Serv. in Aen. I 184* = *Isid. XII 1, 18* ‖ 21 *Cf. de re r. III 12, 6* (a graeco vocabulo antico quod eum Aeolis λέποριν appellabant); *adde fragm. e rer. div. l. XIV apud Gell. I 18, 2*

---

1 scripta | porcoe (*del* porco) *Keil* | *an:* quidam dicebant ⟨ut⟩ Ἄρης? ‖ 2 *an:* hinc ariga *et mox (v. 5)* arigam? *cf. test.* ‖ 3 ollo ‖ 5 is cui: *corr Lindemann* ‖ 6 ut natura: *corr Sciop* ‖ 7 *supplevimus (cf. test.): ubi prius* catulus *Sp. del, posterius Mue* ‖ 8 *an:* nisi [quod]? | cornua *ex* corpua | *secl A. Sp.* | *del Vict* ‖ 9 noctulucus (*non* noctu lucus) ‖ 12 *sq. distinximus* | etiã et (*sic*) | pantherum *A. Sp.* | *add Rossignol* ‖ 17 alexandre,a (*lineola disiunxit m. 2*) ‖ 19 *add Bent* (⟨κ⟩άπροι) ‖ 20 corui G·In·C· ‖ 21 siculis: *supplevimus (cf. test.),* Siculi *c. Sp.*

*λέποριν.* a Roma quod orti Siculi, ut annales veteres nostri dicunt, fortasse hinc illuc tulerunt et hic reliquerunt id nomen. volpes, ut Aelius *(Funai. p. 69)* dicebat, quod volat pedibus.
102 21. proxima animalia sunt ea quae vivere dicuntur neque habere animam, ut virgulta. virgultum dicitur a viridi, id a vi quadam humoris; quae si exaruit, moritur. vitis, quod ea vini origo. malum, quod Graeci ⟨A⟩eolis dicunt *μᾶλον.* †pinus iuglans, quod cum haec nux antequam purgatur similis glandis, haec glans optima et maxima a Iove et glande iuglans est appellata. eadem nux, quod ut nox aerem
103 huius sucus corpus facit atrum. quae in ⟨h⟩ortis nascuntur, alia peregrinis vocabulis, ut graecis ocimum, menta, ruta quam nunc *πήγανον* appellant; item caulis, lapat⟨h⟩ium, radix: sic enim antiqui Graeci, quam nunc *ῥάφανον*; item haec graecis vocabulis: serpyllum, rosa, una littera commutata; item ex his graecis latina *κολίανδρον, μαλάχη, κύμινον*; item lilium ab *λειρίῳ* et malva ab *μαλάχη* et
104 sisymbrium a *σισυμβρίῳ.* vernacula: lact⟨u⟩c⟨a⟩ a lacte, quod olus id habet lact; brassica ut p⟨r⟩aesica, quod ex eius scapo minutatim praesicatur; asparagi, quod ex asperis virgultis leguntur et ipsi scapi asperi sunt, non leves; nisi graecum: illic quoque enim dicitur *ἀσπάραγος.* cucumeres dicuntur a curvore, ut curvimeres dicti. fructus, a ferundo, res eae quas fundus et ea [e] qu⟨a⟩e in fundo ferunt ut

2 *Cf. Quintil. I 6, 33* (vulpes volipes)*; GL. VII 112, 4* (vulpes quasi volipes [*vel* volupedes])*; Isid. XII 2, 29; Anecd. Helv. 180, 2* ‖ 5 *Cf. Isid. XVII 6, 18* (virga . . . vel a viriditate) ‖ 6 *Cf. § 37* ‖ 8 *Serv. in Buc. VIII 29* (iuglandes vocantur quasi Iovis glandes) = *Isid. XVII 7, 21; Gavius Bassus ap. Macr. III 18, 3* (iuglans arbor proinde dicta est ac Iovis glans)*; Non. 122, 30; TG. s.* iuglandes*; Anecd. Helv. 180, 4* ‖ 11 *Cf. de r. r. I 31, 4; Fest. 181*[b]*, 7* (ocimum graecum . . .) | *Cf. schol. Nicandr. 528; Dioscor. III 45; Hesych. s. ῥυτά; GL. I 553, 26; TG. s.* ruta ‖ 12 *Cf. Hesych. s. ῥαφανίς* (*Τρύφων δέ φησι παρὰ Δωριεῦσι τὰς μικρὰς ῥαφανίδας λέγεσθαι, τὰς δὲ μεγάλας ῥάφας*)*; adde schol. Cruqu. in Hor. sat. II 8, 8* (radices *ῥάφανοι*) *et TG. s.* radix *et* raphanus ‖ 13 *Cf. Serv. in Buc. II 11* (pro herpyllo serpyllum) = *Isid. III 3, 3* ‖ 16 *sq. Cf. GL. IV 7, 4* (quidam putant hoc lact debere dici, sed non legi nisi in Varrone de lingua latina)*; Isid. XVII 10, 11* (Lactuca . . quod abundantia lactis exuberat)*; Mart. Cap. III 307* (lact)*; GL. I 102, 4. 303, 6; II 21, 9; V 48, 22. 199, 10. 326, 25; VI 472, 1; VII 95, 13* ‖ 17 *Cf. Fest. Pauli 31, 18* (brassica a praesecando est dicta)*; Hesych. s. βρασ⟨σί⟩κη* ‖ 18 *sq. Cf. Fest. Pauli 19, 11* (asparagus herba dicta, quod in aspero virgulto nascatur)*; TG. s. v.* (qui virgas habet asperas)*; Isid. XVII 10, 19* (quod sit spinosus et asper sit frutex eius) ‖ 21 *Cf. Varro d. r. r. I 23, 1* (fructum arbitror esse fundi eum qui ex eo satus nascitur utilis ad aliquam rem)*; Gai. II 203* (fructus qui in illo fundo nati erunt)

1 Leporin· ‖ 2 id *ex* hoc ‖ 4 *inter* s̃ *et* ea *lineola del* I (*vix* l) ‖ 7 malon | *aut lac est post* pinus (*sic Mue*) *aut latet corruptela* (nux *A. Sp.*) ‖ 11 *sq.* ΠΕΓΑΝΟΝ ‖ 13 raphanũ: *corr Scal* ‖ 14 *sq.* coliandron malachen cyminon | lirio | malba | malache ‖ 16 sisimbriũ a sysĩbrio | lacte a lacte ‖ 17 lact· Blassica (*corr Laet*) | passica: *corr Turn duce Ald* ‖ 20 asparagus ‖ 21 a fruendo *Turn* | ea equas | et ea eque: *corr A. Sp.*

fruamur. hinc declinatae fruges et frumentum, sed ea e terra; etiam
frumentum, quod ⟨ad⟩ exta ollicoqua solet addi ex mola, id est ex
sale et farre molito. uvae ab uvore.

22. quae manu facta sunt dicam, de victu, de vestitu, de instrumento 105
et si quid aliud videbitur his aptum. de victu antiquissima puls; haec
appellata vel quod ita Graeci vel ab eo unde scribit Apollodorus *(hist.
Gr. fragm. I p. 462 M.)*, quod ita sonet cum aqua⟨e⟩ ferventi insipitur.
panis, quod primo figura faciebant, ut mulieres in lanificio, panus; postea-
quam ei figuras facere instituerunt alias, a pane et faciendo panificium
c⟨o⟩eptum dici. hinc panarium, ubi id servabant, sicut granarium, ubi
granum frumenti condebant: unde id dictum, nisi ab eo quod Graeci id
†*κρόκην*? a quo a Graecis quoque †granum dictum in quo ea quae
conduntur. hordeum ab ⟨h⟩orrido. triticum, quod tritum e spicis. 106
far a faciendo, quod in pistrino fit. milium a graeco: nam id *μελίνη*.
libum, quod ut libaretur, priusquam essetur, erat coctum. testuacium,
quod in testu caldo coquebatur, ut etiam nunc Matralibus id faciunt
matronae. circuli, quod mixta farina et caseo et aqua circuitum aequa-
biliter fundebant. hos quidam qui magis incondite faciebant vocabant 107
lixulas et similixulas vocabulo sabino: itaque †frequentia Sabinis. a
globo farinae dilatato, item in oleo cocti, dicti [a globo] globi. crustu-
lum a crusta pultis, cuius ea, quod ut corium et uritur, crusta dicta.
cetera fere opera a vocabulis graecis sumpta, ut thrion et placenta.
quod edebant cum pulte, ab eo pulmentum, ut Plautus *(Aul. 316,* 108
*Mil. 349, al.)*; hinc pulmentarium dictum: hoc primum debuit pasto-

1 *Cf. Don. in Eun. IV 7, 46* (a frugibus, quae quod his fruamur ita dictae sunt: unde fructus et frumentum) ‖ 2 *Cf. § 98; Fest. Pauli 23, 14* (itaque aulicocia [aulicocta*?*] exta *e. q. s.); TG. s.* extar*; v. Kretzer de Roman. vocab. pontif. 50* ‖ 3 *Cf. Fest. 141*[a]*, 31* (mola etiam vocatur far tostum et sale sparsum, quod eo molito hostiae aspergantur)*; Pauli 110, 5* (mola, id est farre molito et sale)*; Serv. Dan. in Aen. IV 517* (mola id est farre et sale, quam molam salsam a molendo appellant)*; GL. V 477, 23* | *Cf. Serv. in Buc. X 20* (uvidum . . . unde et uvae dictae sunt)*; GL. VII 543, 29* ‖ 6 *Cf. Athen. XIV 648 B* ‖ 10 *Cf. Non. 47, 14* ‖ 13 *Cf. Augustin. de dial. 11, 6 Crec.* (per id quod continetur, ut si quis horreum mutata littera adfirmet ab hordeo nominatum)*; Isid. XVII 3, 10* (quod . . . aridum ante fiat) | *Cf. Isid. XVII 3, 4* (vel a tritura . . .)*; TG. s.* granarium ‖ 14 *Cf. Fest. 157*[a]*, 17* (milium . . . Graecae stirp⟨i⟩s iudicant esse, cum id illi *κέγχρον* vocent; tam hercules quam panicum *μελίνην*) ‖ 15 *Cf. VII 44; Ovid. Fast. VI 531* ‖ 24 *GL. I 73, 7:* pulmentum et pulmentarium dicitur . . . Varro autem ad Ciceronem V pulmentum ait, quod id cum pulte esse⟨n⟩t, et inde pulmentarium dictum*; cf. Isid. XX 2, 27*

2 qđ exta ollico quo: *corr Turn* ‖ 7 *add Turn* ‖ 8 postea quã ‖ 12 ΚΡΟΚΕΝ: *κόκκον Bent et Scal (cf. TG. s. 'granum')* ‖ 13 horreũ ‖ 14 ΜΕΛΙΝΕ (Η *suprascr. m. 2)* ‖ 15 ess& ut erat: *corr Turn* ‖ 18 Hoc ‖ 19 semilixulas *v* | sauino | *an:* frequenti in ⟨usu⟩ Sabinis*?* ‖ 20 *secl Mue* ‖ 21 & urit̃ *(sic)*: exuritur *v*

ribus. caseus a coacto lacte ut co⟨a⟩xeus dictus; dein posteaquam
desierunt esse contenti his quae suapte natura ferebat sine igne, in
quo erant poma, quae minus cruda esse poterant decoquebant in olla.
ab olla olera dicta, quorum †a gerere cruda olera. e quis ad coquen-
dum quod e terra eru⟨itu⟩r[e], ruapa, unde rapa. olea ab el⟨a⟩ea;
109 olea grandis orchitis, quod eam Attici †orchen mora. hinc ad pecudis
carnem perventum est. †suilla, sic ab ⟨a⟩liis generibus cognominata.
hanc primo assam, secundo elixam, tertio e iure uti c⟨o⟩episse natura
docet. dictum assum, quod id ab igni assudescit: uuidum enim
quod humidum, et ideo ubi id non est, sucus abest; et ideo sudan-
dum assum destillat calore[m], et ut crudum nimium habet humoris,
sic excoctum parum habet suci. elixum e liquore aquae dictum et
110 ex iure, quod iucundum magis conditione. succidia ab suibus c⟨a⟩e-
dendis: nam id pecus primum occidere coeperunt domini et ut ser-
varent sallere. tegus suis ab eo quod eo tegitur. perna a pede.
sueris a nomine eius. offula ab offa, minima suere. insicia ab eo
quod insecta caro, ut in carmine Saliorum *(p. 345 M.)* est, quod in
extis dicitur nunc prosectum. murtatum a murta, quod †eo ad large
111 fartis. quod fartum intestinum crassundiis, Lucan⟨ic⟩am dicunt, quod
milites a Lucanis didicerint, ut quod Faleriis Faliscum ventrem. fundo-

---

1 *Cf. VI 43* (a lacte coacto) ‖ 6 *Cf. Fest. 181*[b]*, 18 sqq. cum Paulo 180, 9* (orchitis genus oleae ex Graeco dictum) ‖ 7 *Cf. GL. II 80, 4* (ovinus quoque ab ove et suinus a sue: nam ovilla et suilla diminutiva sunt . . . suina suilla ovina ovilla) ‖ 9 *Cf. Isid. XX 2, 22* (quod ardeat quasi arsum) | *Cf. § 24; TG. s.* uvidus*; schol. in Verg. ecl. X 20 = GL. VII 543, 29; Suet. p. 294, 7 Reiffersch.* ‖ 10 *Cf. Don. in Eun. II 3, 27* (sucus est humor in corpore quo abundant bene valentes) ‖ 12 *Cf. Fest. Pauli 76, 17* (elixa a liquore dicta) ‖ 13 *Cf. Non. 171, 1* (dicitur et succidia [suicidia *L*] quod est laridum) ‖ 14 *sq. GL. I 375, 17:* veteres ambiguitatem appellationis vitantes et analogiam sequentes . . . a positione sallo, non sallio ut Sallustius . . . Varro ad Ciceronem quinto: 'ut servarent sallere' ‖ 16 *Cf. Macr. VII 8, 1* (isicium, quod ab insectione insicium dictum amissione N litterae postea quod nunc habet nomen obtinuit)*; TG. s.* ensicium ‖ 18 *Cf. Plin. XV 118* (et alius usus bacae [*scil.* myrti] fuit apud antiquos, antequam piper reperiretur, illam optinens vicem, in quodam etiam genere opsonii nomine inde tracto, quod etiam nunc myrtatum vocatur) ‖ 19 *Cf. GL. I 94, 14* (lucanica feminino genere intellegitur hira, hoc est intestinum aut aliud quod unusquisque intellegere voluerit)*; Martial. IV 46, 8* (et Lucanica ventre cum Falisco)*, al.*

---

4 agerere (ger *ex* gen)*; an:* a cruore*?* ‖ 5 etrẽ rure: *correximus duce Turn* (e terra erueretur) | *add Vict* ‖ 6 attico: *corr Sp.* | *ὀϱχίμοϱον Buttmann, ὄϱχιν μοϱίαν Canal* ‖ 7 suilla *ex* suillj *inter scribendum* | ⟨ut ab sue⟩ suilla *A. Sp.* (ut *c. al.*)*; an:* suilla ⟨a sue et alia⟩*? nisi plura desunt* | ilis: *corr Mue* ‖ 8 hinc ‖ 9 dictũ *ex* dictã *inter scribendum* | assuescit (d *supra*)*; an:* assud⟨escit id est uv⟩escit*?* | Vbidũ ‖ 10 *sq.* sudando *Laet* | calorẽ ‖ 13 iuro ‖ 14 cęperunt ‖ 15 sallire *(cf. test.)* ‖ 15 ꝗ eo ‖ 16 sue re ‖ 17 *an:* Saliorum ⟨prosicium⟩ est*? cf. Fest. Pauli 225, 15; Non. 220, 17; TG. s. 'prosiciae'* ‖ 18 ea *Laet* | ad⟨ditur⟩ *A. Sp.* ‖ 19 ⟨e⟩ crassundiis *Mue* | *add Laet: v. test.*

lum a fundo, quod †ut reliquae partes, sed ex una parte sola apertum;
ab hoc Graecos puto *τυφλὸν ἔντερον* appellasse. ab eadem fartura far-
cimina ⟨in⟩ extis appellata, †a quo, in eo quod tenuissimum intestinum
fartum, hila ab hilo dicta illo quod ait Ennius *(Ann. 14 V.²)*: 'neque
dispendi[i] facit hilum.' quod in hoc farcimine summo quiddam eminet,
ab eo quod ut in capite apex, apexabo dicta. tertium fartum est
longavo, quod longius quam duo illa. augmentum, quod ex immolata 112
hostia desectum in iecore in por⟨ric⟩iendo a⟨u⟩gendi causa. magmen-
tum a magis, quod ad religionem magis pertinet: itaque propter hoc
⟨mag⟩mentaria fana constituta locis certis quo id imponeretur. mattea
ab eo quod ea graece *ματτύη*. item Graecis singillatim †heȩ·ovum
bulbum.

23. lana Graecum, ut Polybius *(fragm. inc. 99 [104] H.)* et Calli- 113
machus *(fragm. 408 Schn.)* scribunt. purpura a purpur⟨a⟩e maritumae
colore[nt], P⟨o⟩enicum, quod a Poenis primum dicitur allata. stamen a
stando, quod eo stat omne in tela velamentum. subtemen, quod subit
stamini. trama, quod tram⟨e⟩at frigus id genus vestimenti. densum
a dentibus pectinis quibus feritur. filum, quod minimum est hilum:
id enim minimum est in vestimento. pannus graecum, ubi †ea fecit. 114
panuvellium dictum a pano et volvendo filo. tunica ab tuendo cor-
pore, tunica ut † indica. toga a tegendo. cinctus et cingillum a cin-
gendo, alterum viris, alterum mulieribus attributum.

---

2 *Cf. Isid. XI 1, 131* (*τυφλὸν ἔντερον*) ‖ 3 *sq. Cf. Varro in GL. I 102, 15* (hilum Varro rerum humanarum intestinum dicit tenuissimum, quod alii hillum appellaverunt)*; Non. 122, 5* (hillas intestina veteres esse dixerunt)*; Festus Pauli 101, 8; Pseudacr. in Hor. sat. II 4, 60* (hillae et hilli dicuntur salsa intestina *e. q. s.*)*; Isid. X 186* ‖ 4 *sq. Cf. praeter V 60 etiam IX 54* ‖ 6 *sq. Cf. Arnob. VII 24* (apexaones . . . longavi, quae sunt nomina et farciminum genera *e. q. s.*)*; TG. s. v.* ‖ 7 *Cf. Arnob. VII 25; TG. s.* augmentum ‖ 9 *Cf. Serv. Dan. in Aen. IV 57* (maius augmentum)*; Arnob. VII 24 s. f.; Fest. Pauli 126, 4* (magment⟨at⟩um magis augmentatum)*; TG. s.* magmentum ‖ 10 *Cf. TG. s.* magmentarium (*ἐφ' οὗ τὰ σπλάγχνα τιθέμενα τοῖς βωμοῖς προσφέρονται*) | *Cf. TG. s.* matia *et* mattia (*περίφορα*) ‖ 12 *Non huc spectant quae Apicius p. 153 ex Varrone de bulbis adfert, quamquam huc rettulit Canal* ‖ 16 *Cf. schol. Bemb. in Heaut. II 3, 52* (ab eo quod subeat stamen [stamini?])*; Serv. in Aen III 483* ‖ 20 *Cf. TG. s.* pannum*; Non. 149, 17; Hesych. s. πηνίον* (*πανούκλιον* [*i. e. πανουήλιον*] *ἢ ἄτρακτος*) ‖ 21 *Cf. schol. in Pers. V 14;*

---

1 quod ⟨non ex⟩ utraque parte *Sp.* (non *c. Ald*)*; an:* quod in⟨clusum⟩ reliqua e parte*?* ‖ 2 TYphloNENTEPON ‖ 3 farcimina *ex* fac cimina *ut vid* | *an:* a quo ⟨farticulum⟩; in*?* | tenuissimum *ex* testinũissimum (sti *et* ˜ *lineolis del m. 2 ut vid*) ‖ 4 hila dicta· Hilo qđ (ab hilo *supra*): *corr Lachm* ‖ 5 ṡemin& (s *exp. m. 2*) ‖ 8 *sq.* im poriendo: *corr Sp.* | *add Turn c. al.* | Magnentũ ‖ 10 m̃tarea: *corr Turn* | mattȩ: mattea (= *ματτύη*) *Popma* ‖ 11 *sq.* MATTYE | heȩ· Ouũ· BVLBVM· (*quae lacunosa esse sensit Scal*) ‖ 13 polibius ‖ 15 colerent (colore, ut *Lachm*) | Penicũ | pẽnis (o *supra*) ‖ 16 velumentum *Ellis* ‖ 17 *add vir d. apud Aug* ‖ 18 ad entib; | pectinis, is *ex* ii *vel* u ‖ 19 grecus | ubi Aeolis *πᾶνος Sp.; an:* ubi E ⟨pro⟩ A facit*?* ‖ 21 ut induca *Laet; an:* ut ⟨tu⟩endica*?*

115 24. arma ab arcendo, quod his arcemus hostem. parma, quod e medio in omnis partis par. conum, quod cogitur in cacumen versus. asta, quod astans sol[l]et ferri. iaculum, quod ut iaciatur fit. tragula a traiciendo. scutum ⟨a⟩ sectura ut secutum, quod a minute consectis
116 fit tabellis. umbonis a graeco, quod ambonis. gladium C in G commutato a clade, quod fit ad hostium cladem gladium; similiter ab [h]omine pilum, qui hostis periret, ut perilum. lorica, quod e loris de corio crudo pectoralia faciebant; postea subcidit galli⟨ca⟩ e ferro sub id vocabulum, ex anulis ferrea[m] tunica[m]. balteum, quod cingulum e corio habebant bullatum, balteum dictum. ocrea, quod oppo-
117 nebatur ob crus. galea ab galero, quod multi usi antiqui. tubae ab tubis, quos etiam nunc ita appellant tubicines sacrorum. cornua, quod ea quae nunc sunt ex aere, tunc fiebant bubulo e cornu. vallum vel quod ea varicare nemo posset vel quod singula ibi extrema bacilla furcillata habent figuram litterae V. cervi ab similitudine cornuum cervi; item reliqua fere ab similitudine ut vineae, testudo, aries.

118 25. mensam escariam cillibam appellabant; ea era[n]t quadrata ut etiam nunc in castris est; a cibo cilliba dicta; postea rutunda facta, et quod a nobis media et a Graecis mesa, mensa dict⟨a⟩ potest; nisi etiam quod ponebant pleraque in cibo mensa. trulla a similitudine truae, quae quod magna et haec pusilla, ut truella; hanc Graeci trullan.

---

*Non. 406, 13* (toga dicta est a tegendo); *GL. II 25, 14* (e . . . transiit in . . . o tego toga); *Lyd. de mag. I 7 = 13, 11 W.* (*τόγα οἱονεὶ σκέπασμα ἀπὸ τοῦ τέγερε κατ' ἀντίστοιχον· οὕτω γὰρ τὸ σκέπειν Ῥωμαῖοι καλοῦσι*); *Mart. Cap. III 233* (a tegendo toga); *Isid. XIX 24, 3; TG. s. v.* (quod corpus tegit) | *Cf. Non. 47, 20* (cingillum a cingendo); *TG. s.* cingulum

2 *Cf. Serv. in Aen. III 680* (conus . . . a rotunditate in acumen levatur); *TG. s. v.* ‖ 3 *sq. Cf. Non. 327, 18* (iacere significat emittere; unde et iaculum) | *Cf. Varro ap. Non. 553, 29* (tragulave traiecit) ‖ 5 *Cf. gloss. de Prudent. p. 32, 19 ed. Burnam* (gladius a clade) ‖ 7 *Cf. schol. in Verg. Aen. XI 679* (lorica est tegimen de corio tamquam de loro factum); *Isid. XVIII 13, 1* (quod loris careat) ‖ 9 *Cf. Serv. in Aen. V 313* (balteus . . . quo cingimur) = *Isid. XIX 33, 2; Lyd. de mag. II 13 = 69, 19 W.* (*βάλτεον τὸν ζωστῆρα λέγουσι*); *GL. I 77, 8 ibique Varro; TG. s. v.* ‖ 10 *Cf. Lyd. de mag. I 46 = 48, 5 W.* (*ὀκρεᾶτοι . . . τὰς κνήμας περιπεφραγμένοι*) ‖ 11 *Cf. Fest. 352ª, 23 ibique Mue* ‖ 17 *sq. Cf. § 121; Fest. Pauli 43, 9* (cillibae mensae rotundae) *et 77, 11* (escariae mensae quadratae vocantur . . .) ‖ 19 *GL. I 58, 17:* mensam sine n littera dictam Varro ait, quod media poneretur: sed auctores cum n littera protulerunt, Vergilius saepe. sed et mensam cum n posse dici idem Varro ait, quod et mensa [*βρωτά*] edulia in ea [escolenta] ponerentur; *cf. Plut. Sympos. VIII 6, 726 F* (*μῆνσαν μὲν τὴν τράπεζαν ἀπὸ τῆς ἐν μέσῳ θέσεως*) ‖ 20 *Cf. Pseudacro in Hor. sat. II 3, 144*

---

3 soll& ‖ 4 *add Laet* | aminute *ex* aminutj | c̄sectũ: *corr Aug* ‖ 5 ℊladius: *corr Sp.* | ℊ · ln · ℭ · ‖ 7 q hostem | ferir&: *corr Aug* ‖ 8 gallj e: *corr Mue* ‖ 9 ferreã tunica˜ (˜ *in fine v. longius distante*): *corr Turn* ‖ 14 uacilla ‖ 18 rutunda facta *ex* rutundę factę ‖ 19 agrecis mesa· m̃sa | dici potest: *corr Mue* ‖ 21 troula: *corr Klotz* | hinc: *corr Sp.* | TRVLLAN; *an τρυηλίδα duce Scal? cf. Hesych. et Lucian. Lexiph. 7*

trua[e] qu⟨a⟩ e culina in lavatrinam aquam fundunt; trua, quod travolat
ea aqua. ab eodem est appellatum truleum: simile enim figura, nisi
quod latius est, quod concipit aquam, et quod manubrium cavum non
est nisi in vinario truleo. accessit matellio a matula dictus [et dictus], 119
qui, posteaquam longius a figura matulae discessit, et ab aqua aqualis
dictus. vas aquarium vocant futim, quod in triclinio allatam aquam
infundebant; quo postea accessit na[g]nus cum graeco nomine et cum
latino nomine graeca figura barbatus. pelvis pede⟨l⟩uis a pedum la-
vatione. candelabrum a candela: ex his enim funiculi ardentes fige-
bantur. lucerna post inventa, quae dicta a luce aut quod id vocant
*λύχνον* Graeci. vasa in mensa escaria: ubi pultem aut iurulenti quid 120
ponebant, a capiendo catinum nominarunt, nisi quod Siculi dicunt
*κάτινον* ubi assa ponebant; magidam aut langulam alterum a magni-
tudine alterum a latitudine finxerunt. patenas a patulo dixerunt, ut
pusillas, quod his libarent cenam, patellas. tryblia et canistra quod
putant *(Funai. p. 117)* esse latina, sunt graeca: *τρύβλιον* enim et *κανοῦν*
d⟨i⟩c⟨untur⟩ graece. reliqua quod aperta sunt unde sint relinquo.

26. mensa vinaria rotunda nominabatur cilibantum, ut etiam nunc 121
in castris. id videtur declinatum a graeco †ciliceo, a poculo cylice

---

4 *Cf. Fest. Pauli 126, 3* (matellio deminutivum a matula) || 5 *Cf. GL. I 118, 30* (aquales . . . huius autem principale nomen est aqua) || 6 *Cf. Fest. Pauli 89, 4; Serv. in Aen. XI 339 = Lact. Plac. in Theb. VIII 297; Don. in Andr. III 5, 3. Phorm. V 1, 19; Pseudacr. in A. P. 231; Isid. X 110; TG. s.* futis *et* effutire || 7 *sq. Cf. Fest. 177*$^b$*, 5 = Paul. 176, 5* (*ubi* barbatum *et* nani)*; TG. s.* bardatus || 8 *Cf. Fest. Pauli 247, 1; TG. s. v.* (quod pedes ibi lavantur)*; schol. in Iuv. III 277* (in quibus pedes lavant . . . *ποδάνιπτρα*)*; Isid. XX 6, 8* || 9 *Cf. Fest. Pauli 46, 7* (quod in eo candelae figantur)*; Serv. in Aen. I 727* (quae in capitibus uncinos haberent quibus affigi solebant vel candelae vel funes) *et Varro rer. hum. apud Servium Dan. II 225* (ut in quo figunt candelam, candelabrum appellant) = *Macr. III 4, 2; Isid. XX 10, 2 sq. et 5; Plin. XXXIV 11* || 10 *Cf. Serv. in Aen. I 726* (a lychno autem lucerna dicta est . . . si enim a luce diceretur, non staret versus) = *Lact. Plac. in Theb. I 521; Isid. XX 10, 2* || 12 *Cf. TG. s.* catinus || 14 *Cf. Isid. XX 4, 10. 8, 2* (oris patentioribus) || 15 *Cf. Fest. Pauli 45, 19* (cana dicunt Graeci, nos canistra *e. q. s.*)*; TG. s.* canistrum || 18 *Cf. § 118* || 19 *Cf. Macr. V 21, 19* (*κύλικος*, quod poculi genus nos una littera immutata calicem dicimus)

---

1 truę que culina: *corr Mue* | *post* aquã fundunt *usque ad VI 61* finit *cum deficiat F, quae de quaternione nunc deperdito adhibitis et apographis melioribus et* $F^v$ *i. e. lectionibus editioni principi a Petro Victorio et Iacobo Diacetio adscriptis [(*$F^v$*) ubi e silentio testandum] cum probabilitate effici possunt adnotavimus: ac saepius inter plures scripturas optio relinquenda erat* || 3 concipiat ($F^v$) *vel* concipit || 4 uinaria trulla: *corr Christ* | matiolio: *corr Ald* | *secl Turn* || 7 magnus*: corr Turn* || 8 *add Scal duce Ald* || 11 licnon | pultes $F^v$ || 13 catinon | autem *vel* aut*; an* ac*?* || 15 triplia || 16 triplion | canunun: *corr Sp.* || 17 de: *correximus* | gręca: *corr Canal* || 18 *an:* cilliba ante*?* || 19 *κυλικείῳ Turn, cui* id *add Mue*

†qui illa. capid⟨es⟩ et minores capulae a capiendo, quod ansatae ut prehendi possent, id est capi. harum figuras in vasis sacris ligneas
122 ac fictiles antiquas etiam nunc videmus. praeterea in poculis erant paterae, ab eo quod †latini ita dicunt dictae. hisce etiam nunc in publico convivio antiquitatis retinendae causa, cum magistri fiunt, potio circumfertur, et in sacrificando deis hoc poculo magistratus dat deo vinum. pocula a potione, unde potatio et etiam posca. haec possunt a poto, quod πότος potio graece. origo potionis aqua, quod ⟨a⟩equa
123 summa. fons unde funditur e terra aqua viva, ut fistula a qua fusus aquae. vas vinarium grandius sinum ab sinu, quod sinum maiorem cav⟨a⟩tionem quam pocula habebant; item dictae lepestae, quae etiam nunc in diebus sacris Sabinis vasa vinaria in mensa deorum sunt posita; apud antiquos scriptores graecos inveni appellari poculi genus δεπέσταν: quare vel inde radices in agrum Sabinum et Romanum sunt
124 profectae. qui vinum dabant ut minutatim funderent, a guttis guttum appellarunt; qui sumebant minutatim, a sumendo simpuium nominarunt. in huiusce locum in conviviis e Graecia successit epichysis et cyathus;
125 in sacruficiis remansit guttus et simpuium. altera vasaria mensa erat lapidea quadrata oblonga una columella; vocabatur cartibulum. haec in aedibus ad compluvium apud multos me puero ponebatur et in ea et ⟨cir⟩cum ea⟨m⟩ aenea vasa: a gerendo cartibulum potest dictum.

---

1 *Cf. Fest. Pauli 48, 9* (capis poculi genus, dictum a capiendo); *Non. 547, 12* (etiamnunc pocula quae vocant capulas et capides); *TG. s.* capedo; *GL. II 251, 12* ‖ 4 *Cf. Macr. V 21, 4* (patera enim ut et ipsum nomen indicio est planum ac patens est); *Isid. XX 5, 2; TG. s. v.* (a patendo) ‖ 7 *sq. Cf. VI 84; Isid. XX 5, 1* (poculum a potando nominatum). *3, 1* (potio a graeca derivatione vocatur: hanc enim illi πότον dicunt); *TG. s.* potio (πότος ποτόν) ‖ 8 *sq. Cf. Fest. Pauli 84, 16* (a fundendo dictus | *Cf. Lyd. d. mens. IV 46 = 101, 25 W.* (ἄκουαν αὐτὴν Ῥωμαίοις ἔθος καλεῖν ἀπὸ τῆς ἰσότητος); *Isid. XX 3, 1* (quod superficies eius aequalis sit) ‖ 10 *Cf. IX 21; Non. 547, 15* (sinum et galeola vasa sinuosa); *GL. II 262, 23* (dicitur tamen hoc sinum i producto et significat vas); *schol. Veron. et Serv. in Buc. VII 33 (ibique Varro d. v. p. R.); GL. IV 259, 34; TG. s.* sinum *et* lepista ‖ 11 *Cf. Fest. Pauli 115, 6* (lepista genus vasis aquarii); *Non. 547, 20 ex Varrone d. v. p. R.* (lepistae etiamnunc Sabinorum fanis pauperioribus plerisque aut fictiles sunt aut aeneae) ‖ 15 *Cf. schol. Iuv. in III 263* (ab eo quia guttam mittit); *Fest. Pauli 98, 13* (gutturnium . . . ab eo quod propter oris angustias guttatim fluat); *TG. s.* gutus ‖ 16 *Cf. Fest. Pauli 337, 10* (vas parvulum non dissimile cyatho); *schol. Iuv. in VI 343* (simpuvium); *TG. s.* simpulum (κύαθος); *v. Kretzer de Rom. vocab. pontif. 66* ‖ 19 *Cf. TG. s.* cartibulum (mensa quadrata quae in atriis ponitur)

---

1 qui ⟨in⟩ illa (*scil.* erat) *Mue* | capit: *corr Sp.* (capis *Turn*) ‖ 2 prȩhendi $F^v$ ‖ 4 dicunt *secl v; an:* Latini ⟨patere aper⟩ta dicunt*?* ‖ 7 postea hȩc: *corr Turn* ‖ 8 πότῳ *Mue* | potos | grȩce origo potionis· Aqua $F^v$ ‖ 11 *add Ald* | dicta flepeste: *corr Mue duce Sciop* ‖ 12 sabinis *vel* sauinis ‖ 14 depestã ‖ 16 simpulum: *corr Brinkmann* (*item* 18) ‖ 18 uasaria '*quamvis ab alio* uinaria *repositum fuerat*' $F^v$ ‖ 19 columella (*non* columbella) $F^v$ ‖ 20 ad *vel* a ‖ 21 *suppl Christ* | cartibulum potest *vel* cartibum post

27. praeterea erat tertium genus mensae et quadratae vasorum; 126
voca⟨ba⟩tur urnarium, quod urnas cum aqua positas ibi potissimum
habebant in culina. ab eo etiam nunc ante balineum locus ubi poni
solebat urnarium vocatur. urnae dictae, quod urinant in aqua haurienda
ut urinator. urinare est mergi in aquam. †impurro fictum ab urvo, 127
quod ita flexum ut redeat sursum versus ut in aratro quod est urvum.
calix a caldo, quod in eo calda puls apponebatur et caldum eo bibebant. vas ubi coquebant cibum, ab eo caccabum appellarunt. veru a versando.

28. ab sedendo appellatae sedes, sedile, solium, sellae, siliquastrum; 128
deinde ab his subsellium: ut subsipere quod non plane sapit, sic quod non plane erat sella, subsellium. ubi in eiusmodi duo, bisellium dictum. arca, quod arcebantur fures ab ea clausa. armarium et armamentarium ab eadem origine, sed declinata aliter.

29. mundus muliebris dictus a munditia. ornatus quasi ab ore 129
natus: hinc enim maxime sumitur quod eam deceat. itaque id paratur speculum. calamistrum, quod his calfactis in cinere capillus ornatur. qui ea ministrabat, a cinere cinerarius est appellatus. discerniculum, quo discernitur capillus. pecten, quod per eum explicatur capillus.

---

5 *Cf. ad 41, 13* ‖ 7 *Cf. Fest. Pauli 47, 1* (quod in eo calidum bibitur)*; aliter GL. II 167, 1* (*ἀπὸ τοῦ κύλιξ*)*; Macr. V 21, 18 al.* ‖ 8 *Cf. TG. s.* caccabus (*πανθέψης*) ‖ 10 *sq. Cf. Fest. $340^b$, 10* (seliquastra sedilia antiqui generis appellantur D littera in L conversa, ut etiam in sella factum est et subsellio et solio, quae non minus a sedendo dicta sunt) *et $298^b$, 14* (solla [*i.* solia] appellantur sedilia *e. q. s.*)*; Lyd. d. mag. I 7 = 13, 20 W.* (*τὸν δὲ θρόνον σόλιον ἐπιχωρίως ὠνόμαζον ἀντὶ τοῦ σέλλιον κατ' ἀντίστοιχον, ὥς φησιν ὁ Ῥωμαῖος Ἄσπρος*)*; Serv. in Buc. I 2* (sella pro sedda dicitur a sedendo)*; GL. VII 13, 14. 26, 17* (seddam sellam)*; VI 26, 3* (sellam a sede)*; II 118, 2* (sedeo sedile)*; Serv. in Aen. VII 169* (solium . . . secundum Asprum per antist⟨o⟩ichon . . . quasi sodium a sedendo)*; Isid. XX 11, 9 sq. et 16, 4 (cf. diff. 524); TG. s.* siliquastrum *et* subsellium ‖ 12 *Cf. TG. s.* biclinium ‖ 13 *Cf. Fest. Pauli 16, 5* (arca in qua quae clausa sunt tuto manent)*; Serv. in Aen. I 262; Non. 32, 5; Isid. XI 1, 73. XV 14, 5* (ab arcendo)*. XX 9, 2 (diff. 9)* | *Cf. § 115; TG. s.* armaria (arca maiora)*; GL. II 75, 7. 12; III 462, 32; VII 265, 1. 296, 24; Isid. XV 5, 4* ‖ 15 *Cf. Fest. $142^a$, 16 = Paul. 143, 1* (mundus etiam dicitur ornatus mulieris . . . mundus quoque appellatur lautus et purus)*; Liv. XXXIV 7, 9; Varro Menipp. frgm. 420 Buech.* ‖ 17 *sq. Cf. Dig. XXXIV 2, 19 § 8* (speculum . . . quod mulier mundi causa habuit) ‖ 18 *Cf. Pseudacr. in Hor. sat. I 2, 98* (cinerarii . . . ab officio calamistrorum i. e. veruum in cinere calefaciendorum, quibus matronae capillos crispabant)*; Non. 546, 13; Serv. in Aen. XII 100* (acus maior quae calefacta . . . intorquet capillos) *= Isid. X 57. XX 13, 4; TG. s.* calamistratus ‖ 18 *Cf. Non. 35, 29* (acus quae capillos . . . dividit, dicta a discernendo)*. 282, 21* ‖ 19 *Cf. GL. II 126, 13* (a pectendo pecten)

---

1 *an:* it⟨em⟩*?* ‖ 2 vocatum *Sp., fortasse recte* ‖ 5 orinator orinare: *corr Bent* | imburum *v*, imburvom *Mue* | urbo: *corr Mue* ‖ 6 uersus est in: *corr Ald* | aruum ‖ 7 plus: *corr Laet* ‖ 8 uera: *corr Ald* ‖ 10 souum: *corr Aug c. al.* ‖ 15 *an:* mundus ⟨ornatus⟩*? v. test.* ‖ 16 ⟨ob⟩ id *Laet* (*quod significat* id)

130 speculum a speciendo, quod ibi ⟨s⟩e spectant. vestis a vellis vel[a]
ab eo quod vellus lana tonsa universa ovis. id dictum, quod vellebant.
lan⟨e⟩a ex lana facta. quod capillum contineret, dictum a rete reticu-
lum; rete ab raritudine; item texta fasciola, qua capillum in capite
alligarent, dictum capital a capite, quod sacerdotulae in capite etiam
nunc solent habere. sic rica ab ritu, quod Romano ritu sacrificium
feminae cum faciunt, capita velant. mitra et reliqua fere in capite
postea addita cum vocabulis graecis.

131 30. prius †de ind[e]utui, tum amictui quae sunt tangam. capi-
tium ab eo quod capit pectus, id est, ut antiqui dicebant, comprehendit.
indutui alterum quod subtus, a quo subucula; alterum quod supra, a
quo supparus, nisi id quod item dicunt osce. alterius generis item
duo, unum quod foris ac palam, palla; alterum quod intus, a quo in-
tusium, id quod Plautus dicit *(Epid. 231)*: 'intusiatam patagiatam cal-
tulam ac crocotulam.' multa post luxuria attulit, quorum vocabula
132 apparet esse graeca, ut asbest⟨in⟩on. amictui dictum quod amiectum est,
id est circumiectum, a quo etiam quo[d] vestitas se involvunt, circum-
iectui appellant, et quod amictui habet purpuram circum, vocant cir-
cumtextum. antiquissimi amictui ricinium; id, quod eo utebantur du-

1 *Cf. VI 82; GL. II 125, 9* (a simplici quoque quod in usu non est specio species speculum pro speciculum per syncopam ci euphoniae causa)*; Serv. in Aen. I 180* (in quo nos intuemur) | *Cf. V 54; d. r. r. II 11, 9; additam. ad Serv. in Georg. III 306* (vellera autem a vellendo dicta)*; Isid. XIX 27, 1; TG. s. v.* ‖ 3 *sq. Cf. Non. 542, 8* (tegmen capitis muliebre)*; Isid. XIX 31, 7* ‖ 5 *Cf. Fest. Pauli 57, 6; TG. s.* capitalis (προσκεφάλαιον) ‖ 6 *Cf. Gran⟨ius⟩ apud Fest.* $277^{a}$*, 6* (muliebre cingulum capitis quo pro vitta flaminica redimiatur) *et* $289^{b}$*, 21* (pro palliolo mitrave)*; Non. 539, 17; Serv. Dan. in Aen. IV 137; TG. s. v.* ‖ 7 *Cf. Serv. in Aen. IV 216. IX 613; Isid. XIX 31, 4 sq.; TG. s.* mitra ‖ 9 *Cf. Non. 542, 23* (capitum tegmina) ‖ 11 *sq. Cf. Varro d. v. p. R. apud Non. 542, 20* (posteaquam binas tunicas habere coeperunt, instituerunt vocare subuculam et indusium) *et 540, 9* (supparum . . . dictum quod subtus appareat)*; TG. s.* subucula *et* suppara*; GL. II 169, 17* (supparus περιώμιον et hoc supparum)*; Fest.* $309^{a}$*, 25* (subuculam . . . de tunicae genere) *et* $310^{a}$*, 10 cum Paulo 311, 4* ‖ 13 *Aliter Varro apud Serv. in Aen. I 648; cf. Non. 537, 32* (palla est honestae mulieris vestimentum, hoc est tunicopallium)*; Serv. in Aen. XI 576; Isid. XIX 25, 2; TG. s. v.* (vestis superior) ‖ 13 *sq. Cf. Non. 539, 35* (indusium est vestimentum quod corpori intra plurimas vestes adhaeret quasi intusium: Plautus in Epidico)*; v. ad 11 (Varro ap. Non.)* ‖ 15 *Cf. Plin. XIX 20* (vocatur autem a Graecis ἀσβέστινον ex argumento naturae suae) ‖ 17 *Cf. Fest. Pauli 17, 8. 28, 14* (a circumiectu dictum)*; TG. s. v.* (περιβολή, περιβόλαιον) ‖ 17 *sq. Cf. TG. s.* circumtextum (indumentum quod graece κυκλάς dicitur)*; Serv. in Aen. I 649; Isid. XIX 24, 10* ‖ 19 *Cf. Fest.* $274^{b}$*, 32* (rec.)*; Non. 542, 1* (ric.)*; Serv. in Aen. I 282* (quod post tergum reicitur)*; Isid. XIX 25, 4* (quod dimidia eius pars retro reicitur)*; TG. s.* ricinus

1 spiciendo: *corr Laet* | ibi espectant | *del Laet* ‖ 2 uellabant: *corr Laet c. al.* ‖ 3 *add Turn* ‖ 9 prius deinde utuitum: e *del Laet; an:* prius d⟨i⟩c⟨am⟩? (prius quae *We*) ‖ 13 *sqq. an:* ⟨indusium ut⟩ intusium *et mox* indusiatam? *v. test.* | indusiatam *Plaut. et Non.* | caltulum: *corr Laet ex Plauto et Nonio* ‖ 16 *addidimus: v. test.* | abiectum est ‖ 17 circumlectum | *del Aug c. al.*

plici, ab eo quod dimidiam partem retrorsum iaciebant, ab reiciendo ricinium dictum. hinc quod facta duo simplicia paria, parilia primo 133
dicta, R exclusum propter levitatem. parape[c]chia, clamides, sic multa, graeca. l⟨a⟩ena, quod de lana multa, duarum etiam togarum instar; ut antiquissimum mulierum ricinium, sic hoc duplex virorum.

31. instrumenta rustica quae serendi aut colendi fructus causa 134
facta. sarculum ab serendo ac sariendo. ligo, quod eo propter latitudinem quod sub terra facilius legitur. pala a pangendo, G L quod fuit. rutrum ruitrum a ruendo. aratrum, quod †aruit terram. eius 135
ferrum vomer, quod vomit eo plus terra[m]. dens, quod eo mordetur terra; supra id regula quae stat, stiva ab stando, et in ea transversa regula manicula, quod manu bubulci tenetur. qui quasi temo est inter boves, bura a bubus; alii hoc a curvo [c]urvum appellant. sub iugo medio cavum, quod bura extrema addita oppilatur, vocatur coum a cavo. iugum et iumentum ab iunctu. irpices regula compluribus den- 136
tibus, quam item ut plaustrum boves trahunt, ut eruant quae in terra

---

2 *Cf. TG. s.* pallium (ἁπλοΐδιον) ‖ 4 *Cf. Fest. Pauli 117, 10* (vestimenti genus habitu duplicis); *Sueton. p. 267 Reiff.; Non. 541, 4* (vestimentum militare, quod supra omnia vestimenta sumitur); *Serv. in Aen. IV 262* (genus vestis. est autem proprie toga duplex); *Strabo IV 196* (ἡ δὲ ἐρέα τραχεῖα μὲν ἀκρόμαλλος δέ, ἀφ' ἧς τοὺς δασεῖς σάγους ἐξυφαίνουσιν οὓς λαίνας καλοῦσιν); *Pollux X 123; schol. in Iuv. III 283* (antiqui amphimallum laenam appellabant); *TG. s. v.* (amictus rotundus duplex, ut Iulius Suavis *inter alia*) ‖ 9 *Cf. Fest. 262*[b]*, 21* (rutrum tenentis iuvenis est effigies . . . harenam ruentis); *Non. 18, 17* (a radendo [?]) | *Cf. Isid. XX 14, 2* (ab arando terram . . . quasi araterrium) ‖ 10 *Cf. Isid. XX 14, 1* (seu ab evomendo terram) | *Cf. Non. 462, 3* ‖ 11 *Cf. TG. s.* stiva (quod . . . aratrum sistit); *Serv. in Georg. I 174* ‖ 13 *Cf. § 127. 143; Fest. 375*[a]*, 30* (urvat . . . circumdat, ab eo sulco qui fit in urbe condenda urvo aratri, quae fit forma simillima uncini curvatione buris et dentis, cui praefigitur vomer); *Non. 80, 16* (bura dicitur pars aratri posterior decurvata); *Serv. in Georg. I 170 cum additamento* (buris est curvamentum aratri dictum quasi βοὸς οὐρά, quod sit in similitudinem caudae bovis. alii burim curvaturam temonis quae supra est et quod est infra urvum dicunt. buris enim ut curvetur ante igni domatur, id est amburitur: unde et quae naturaliter inveniuntur curvae ita dicuntur. Varro ait †totum burim indici ab urbe: *ubi* temonem burim dici a bubus *Thilo,* urvum burim dici a curvo *Schoell*); *schol. apud Thil. III 2, 232; Isid. XX 14, 2; GL. VII 544, 23; TG. s.* buris (curvamentum aratri) *et* in burim (pars curva quae aratro iungitur) ‖ 14 *Cf. § 19; Fest. Pauli 39, 4* ‖ 15 *Cf. Varro d. r. r. I 10, 1* (iugum vocant quod iuncti boves uno die exarare possunt); *Non. 54, 25* (iumentum a iungendo veteres dictum putant, g littera in eo nomine adtrita); *Gell. XX 1, 28* (iumentum . . . vectabulum etiam, quod a iunctis pecoribus trahebatur, veteres nostri iumentum a iungendo dixerunt); *TG. s. v.* | *Cf. Fest. Pauli 105, 16* (genus rastrorum ferreorum, quod plures habet dentes ad exstirpandas herbas in agris); *additam. ad Serv. in Verg. Georg. I 95* (crates quam rustici irpicem vocant); *TG. s.* hirpices

---

1 faciebant: *corr Laet* ‖ 3 reclusum *vel* Resculum (*sic F*[v]): *corr Turn* (*sed* ex- *pro* es- *Mue*) | leuitatem (*vix* breuitatem) | Parapecchia *F*[v] ‖ 4 *add Ald* ‖ 7 sarcendo: *corr Ald* ‖ 9 ar⟨a⟩uit *Laet* ‖ 10 *del Madvig* ‖ 13 *del Turn c. al.* ‖ 14 coum (*vix* cous, *ut F*[v]) ‖ 15 couo: *corr Rhol* | iumentum *vel* iumenta | ab *vel* a

ser⟨p⟩unt; sirpices, postea S detrito, a quibusdam dicti. rastelli ut irpices serrae leves; itaque homo in pratis per fenisecia eo festucas corradit, quo ab rasu rastelli dicti. rastri, quibus dentatis penitus era-
137 dunt terram atque eruunt, a quo rutu rastri dicti. falces a farre littera commutata; hae in Campania seculae a secando; a quadam similitudine harum aliae, ut quod apertum unde, falces fenariae et arboriae et, quod non apertum unde, falces lumaria⟨e⟩ et sirpiculae. lumariae sunt quibus secant lumecta, id est cum in agris serpunt spinae; quas quod ab terra agricolae solvunt, id est luunt, lumecta; falces sirpiculae vocatae ab sirpando, id est ab alligando; sic sirpata dolia quassa, cum alligata his, dicta. utuntur in vinea alligando fasces, incisos fustes,
138 faculas. has phanclas †Chermonesioe dicunt. pilum, quod eo far pisunt, a quo ubi id fit dictum pistrinum (L et S inter se saepe locum commutant), inde post in urbe Lucili (*cf. 521 et 1250 M.*) pistrina et pistrix. trapetes molae oleariae; vocant trapetes a terendo, nisi graecum est; ac molae a mol⟨l⟩iendo: harum enim motu eo coniecta mol⟨l⟩iuntur. vallum a volatu, quod cum id iactant volant inde levia.
139 ventilabrum, quod ventilatur in aere frumentum. quibus comporta[n]tur fructus ac necessariae res, de his fiscina a ferendo dicta. corbes ab eo quod eo spicas aliudve quid corruebant; hinc minores corbulae dictae. de his quae iumenta ducunt, tragula, quod ab eo trahitur per terram. sirpea, quae virgis sirpatur, id est colligando implicatur, in
140 qua stercus aliudve quid vehitur. vehiculum, in quo faba aliudve quid vehitur, quod e[st] viminibus vietur aut eo vehitur. †brevi est vehi-

3 *Cf. Serv. in Verg. Georg. I 94* (quia terram radunt)*; Isid. XX 14, 6* (a radendo terram)*; TG. s.* raster ‖ 6 *Cf. TG. s.* falx fenaria ‖ 8 *Cf. Fest. Pauli 120, 15* ‖ 12 *Cf. TG. s.* pilum (pistillum) ‖ 13 *Cf. Varro d. r. r. I 63* (ut in pistrino pisetur)*; Isid. XV 6, 4* (quasi pilistrinum, quia pilo antea tundebant granum)*; TG. s. v.* ‖ 15 *Cf. Serv. in Georg. II 519* (trapetis autem molis olivaribus) *et Prob. ibidem; Isid. XX 14, 12; TG. s. v.* ‖ 16 *Cf. GL. V 477, 22* (a molo molis verbo primitivo . . . nomen derivatur mola) ‖ 17 *Cf. Serv. in Georg. I 166* (vannus . . . legimus tamen et vallus secundum Varronem . . . *de quibus verbis cf. TG. s. v.* vannus *et Buecheler ad sat. Menipp. p. 225*$^4$ *et Keil d. r. r. I 22, 1 et 23, 5 p. 68. 72*) ‖ 18 *Cf. TG. s. v.* (quo palea ventilatur)*; Isid. XX 14, 10* ‖ 19 *sq. Cf. Non. 197, 24* (corbes. corbulas Varro d. r r.) ‖ 21 *Cf. Fest. Pauli 367, 16* (quod scuto infixa trahatur)*; TG. s. v.* (a tractu tragula dicta)*; addit. ad Serv. in Georg. I 142 et 164* ‖ 24 *Cf. Gell. XX 1, 29* (arcera autem vocabatur plaustrum rusticum tectum undique et munitum quasi arca quaedam magna *e. q. s.*) = *Non. 55, 3; TG. s. v.* (vehiculum in arcae modum *e. q. s.*)*; Serv. Dan. in Aen. I 744*

1 *add Turn* | s (*vel* est) detrito (*vix* quę detrita) ‖ 2 ita qua | fenisecta ‖ 3 qua *vel* quo | dentalis: *corr Turn* ‖ 4 *sq.* ruturbatri: *corr Scal duce Turn* | litera $F^v$ (*ut saepe*) | hęc *vel* hae ‖ 7 lumaria *vel* lumariae ‖ 10 sirpita ‖ 12 phanclas *vel* fanclas | Chermonesioe *vel* chermosioe (Chersonesioe *Mue*) ‖ 13 R et S ‖ 14 lucili *vel* lucilli ‖ 15 vocant⟨ur⟩ *Bent c. al.* | trapetas $F^v$ ‖ 16 *sq. add Scal* ‖ 18 *del Laet c. al.* ‖ 24 *delevimus* (e = ẽ; ex *Laet*) | utetur: *corr Turn* | breui ẽ $F^v$; *an lacunosa haec? cf. mox* vel *et v. adn.*

culum dictum est aliis vel arcera, quae etiam in duodecim tabulis (*I 3 Sch.*) appellatur; quod ex tabulis vehiculum erat factum ut arca[r], arcera dictum. plaustrum ab eo quod non ut in his quae supra dixi, sed ex omni parte palam est, quae in eo vehuntur, quod perlucet, ut lapides, asseres, tignum.

32. aedificia nominata a parte ut multa. ab aedibus et faciendo 141
maxime aedificium. et oppidum ab opi dictum, quod munitur opis causa ubi sint et quod opus est ad vitam gerendam ubi habeant tuto. oppida quod operi muniebant, moenia. quo moenitius esset quod exaggerabant, aggeres dicti, et qui aggerem contineret, moerus. quod muniendi causa portabatur, munus, quod sepiebant oppidum eo moenere, moerus. eius summa pinnae ab his quas insigniti milites in 142
galeis habere solent et in gladiatoribus Samnites. turres a torvis, quod eae proiciunt ante alios. qua viam relinquebant in muro, qua in oppidum portarent, portas. oppida condebant in Latio Etrusco ritu 143
multi, id est iunctis bobus, tauro et vacca, interiore aratro circumagebant sulcum (hoc faciebant religionis causa die auspicato), ut fossa et muro essent muniti. terram unde exculpserant, fossam vocabant et introrsum iactam murum. post ea qui fiebat orbis, urbis principium; qui quod erat post murum, postmoerium dictum, †eiusque auspicia

---

3 *Cf. TG. s.* plaustrum || 7 *Cf. Cic. ap. Fest.* $202^b$*, 24* (quod opem darent)*; Pauli 184, 5* (quod ibi homines opes suas conferunt)*; Serv. Dan. in Aen. IX 605* (vel quod opes illo munitionis gratia congestae sunt)*; Isid. XV 2, 5 sq.; Pompon. Dig. L 16, 239 § 7* (ab ope dicitur, quod eius rei causa moenia sint constituta) || 9 *Cf. Serv. in Aen. XI 567* (proprie moenia sunt tantum muri, dicta quasi munia a munitione civitatis)*; Isid. XV 2, 17. 18* || 10 *Cf. Varro de r. r. I 14, 3* (aggeres faciunt sine fossa: eos quidam vocant muros)*; Serv. in Aen. V 273* (coaggeratis lapidibus = *Isid. XV 16, 7*) *et in IX 564* (= *Isid. XV 9, 3*)*; GL. V 481, 18* || 13 *Cf. Serv. in Aen. IV 88. VII 159; TG. s.* pinna *et* pinnirapi*; schol. in Iuv. III 158* (pinnis pavonum ornari solent gladiatores . . . aut ideo pinnirapos, quia pinnas in galeis habebant) || 15 *Cf. Serv. in Aen. I 83* (porta . . . qua potest vel inportari vel exportari aliquid)*; TG. s.* porta Laurenti (quia per ipsam corpus eius portatum est)*; Isid. XV 2, 22* || 16 *Cf. Varro d. r. r. II 1, 10* (et quod urbs, cum condita est, tauro et vacca qua essent muri et portae definitum . . .)*; Cato ap. Serv. in Aen. V 755* (= *Isid. XV 2, 3*)*; Serv. in Aen. IV 212; Plut. Qu. Rom. 27; Fest. l. ad 41, 13 scr.; Don. in Ad. IV 2, 44; TG. s.* urbatio || 18 *Cf. Serv. in Aen. VII 157* || 19 *Cf. Augustin. princ. dial. 11, 4 Crec.* (per id quo continetur, ut urbem ab orbe appellatam volunt, quod auspicato locus aratro circumduci solet)*: cf. ad 44, 3* || 20 *Cf. Fest.* $249^b$*, 28 cum Paulo 248, 14 et* $250^a$*, 20* (veluti post moe⟨rium⟩ *e. q. s.*)*; GL. III 475, 9* (quasi post muros)*; Gell. XIII 14, 1* (locus . . . pone muros . . . qui facit finem urbani auspicii)*;*

---

2 *del Laet* || 7 et *suspectum (del Sciop)* || 8 habeant *[sic* ($F^v$)*] vel* habitent | tuto *vel* tuta *[sic* ($F^v$)*]* || 9 Moenia quo moenitius esset $F^v$ || 10 Moerum $F^v$ (murus *v*) || 11 *sqq.* manus: *corr Laet* (moenus *et antea* moeniendi *Mue, v. 9* moeniebant *Canal*) | eȩ omoenere: *corr Turn* | murus: *corr Sciop* | habere in galeis ($F^v$) || 16 bacca *vel* uacca (*sic* $F^v$) || 17 *dist Canal* || 19 factam *(sic etiam* $F^v$*)*: *corr Mue* | postea: *corr Mue* || 20 eo usque *Mommsen*

urbana finiuntur. cippi pomeri stant et circum Ariciam et circ[o]um Romam. quare et oppida quae prius erant circumducta aratro ab orbe et urvo urb[s]es[t]; ideo coloniae nostrae omnes in litteris antiquis scribuntur urbis, quod item conditae ut Roma, et ideo coloniae et
144 urbes conduntur, quod intra pomerium ponuntur. oppidum quod primum conditum in Latio stirpis Romanae, Lavinium: nam ibi dii penates nostri. hoc a Latini filia, quae coniuncta Aeneae, Lavinia, appellatu⟨m⟩. hinc post triginta annos oppidum alterum conditur, Alba; id ab sue alba nominatum. haec e navi Aeneae cum fu⟨g⟩isset Lavinium, triginta parit porcos; ex hoc prodigio post Lavinium conditum annis triginta haec urbs facta, propter colorem suis et loci naturam Alba Longa dicta. hinc mater Romuli Rhea, ex hac Romulus, hinc Roma.
145 in oppido vici a via, quod [d]ex ⟨u⟩traque parte viae sunt aedificia. fundu[l]la[e] a fundo, quod exitum non habe⟨n⟩t ac pervium non est. angiportum, si id angustum, ab agendo et portu. quo conferrent suas controversias et quae venderentur vellent quo ferrent, forum appellarunt.
146 ubi quid generatim, additum ab eo cognomen, ut forum bovarium, forum olitorium: hoc erat antiquum macellum, ubi olerum copia; ea loca etiam nunc Lacedaemonii vocant macellum, sed Iones [h]ostia ⟨h⟩ortorum †macellotas ⟨h⟩ortorum et castelli †macelli. secundum

---

*Liv. I 44, 4; Granius Licin. p. 8, 7 Fl.; Plut. Rom. 11* (κατὰ συγκοπὴν πωμήριον οἷον ὄπισθεν τείχους ἢ μετὰ τεῖχος); *schol. in Luc. I 594; in Iuv. IX 11* (intra muros hoc est pone muros); *TG. s. v.* (locus proximus muris *et* iuxta murum *inter alia*); *Serv. Dan. in Aen. I 305* (augurium ei in finibus pomerii ostensum est) 3 *Cf. ad 44, 19 sqq.; Fest. l. ad 44, 20 c.; Serv. in Aen. I 12* (dicta ab orbe, quod antiquae civitates in orbem fiebant vel ab urvo parte aratri) = *Isid. XV 2, 3; Dig. L 16, 239, 6* (ab urvo appellata . . . et Varus ait urbum appellari curvaturam aratri, quod in urbe condenda adhiberi solet) ‖ 9 *Cf. Dionys. Hal. I 56; Strabo V 231; Steph. Byz. p. 405 Mein.* ‖ 11 *Cf. Varro d. r. r. II 4, 18* (itaque quod portenderit factum, post tricesimum annum ut Lavinienses condiderint oppidum Albam); *Serv. in Aen. I 270* (ab omine albae porcae repertae vel situ civitatis). *III 390. 393. V 596 sq. VI 766. VIII 43; Isid. XV 1, 53; Liv. 1 3; Aurel. Vict. d. orig. g. R. 17* ‖ 13 *Cf. Fest. 371ª, 16* (⟨vici appellari in⟩cipiunt . . . tertio cum id genus aedificiorum definitur, quae in oppido prive id est [priui *cod.*] in suo quisque loco proprio ita aedificat, ut in eo aedificio pervium sit); *Isid. XV 2, 12* (quod vias habeat tantum sine muris); *TG. s. v.* (ἄμφοδος) ‖ 15 *Cf. VI 41; Fest. Pauli 17, 10* (eo quod sit angustus portus [*cf. Fest. 233ª, 28*]); *Don. in Eun. V 2, 6 (ibid. schol. Bemb.) et Ad. IV 2, 39* (quod inter portus sit locus angustus, hoc est inter domos: *cf. ibid. Eugraph.*); *Pseudacro in c. I 25, 10* | *Cf. Fest. Pauli 84, 9* ‖ 16 *Cf. Non. 428, 24. 447, 27* (loca sunt quibus ius dicitur); *TG. s. v.* ‖ 17 *sq. Cf. Fest. Pauli 30, 5* (quod ibi boves venderentur); *TG. s.* forum boarium *et* holitorium ‖ 20 *Cf. Plut. Qu. Rom. 54; Hesych. s.* μάκελος *et* μακέλα

---

1 ars clamet: *corr Sciop* ‖ 2 urbe: *corr Laet* ‖ 3 urbs est (urbes et *Ald*) ‖ 4 urbis *vel* urbes ‖ 7 appellata: *corr Stanleius* ‖ 13 dextra qui ‖ 14 *sq.* e *del Scal* | non est angiportum si id $F^v$ ‖ 16 uendere uellent *GM;* [uellent] *Sp.* (*cf. test. ad 44, 17 sq. et 45, 2 sqq.*) ‖ 17 boarium *Laet* ‖ 20 macella *Scal* (macela *Sp.: v. test.*)

Tiberim ad †Iunium forum piscarium vocant: ideo ait Plautus
*(Curc. 474)* ‘apud piscarium’. ubi variae res ad corneta forum cuppe-
dinis a fastidio, quod multi forum cu[p]pidinis a cupiditate *(Funai.*
*p. 115).* haec omnia posteaquam contracta in unum locum quae ad 147
victum pertinebant et aedificatus locus, appellatum macellum, ut qui-
dam scribunt *(Funai. p. 116)*, quod ibi fuerit ⟨h⟩ortus, alii quod ibi
domus fuerit, cui cognomen fuit Macellus, quae ibi publice sit diruta,
e qua aedificatum hoc quod vocetur ab eo macellum. in foro lacum 148
Curtium a Curtio dictum constat, et de eo triceps historia: nam et
Procilius non idem prodidit quod Piso nec quod is Cornelius †Stilo
secutus. a Procilio *(hist. R. fr. p. 198 Peter)* relatum in eo loco de-
hisse terram et id ex s. c. ad aruspices relatum esse; responsum deum
†Manio postilionem postulare, id est civem fortissimum eo dem[m]itti.
tum quendam Curtium virum fortem armatum ascendisse in equum et
a Concordia versum cum equo †eum praecipitatum; eo facto locum
coisse atque eius corpus divinitus humasse ac reliquisse genti suae
monumentum. Piso in annalibus *(hist. R. fr. p. 79 Peter)* scribit sa- 149
bino bello, quod fuit Romulo et Tatio, virum fortissimum Mettium
Curtium Sabinum, cum Romulus cum suis ex superiore parte im-
pressionem fecisset, [Curtium] in locum palustrem, qui tum fuit in
foro antequam cloacae sunt factae, secessisse atque ad suos in Capi-
tolium recepisse; ab eo lacum invenisse nomen. Cornelius et Lu[c]tatius 150
*(hist. R. fr. p. 126 Peter, Funai. p. 105)* scribunt eum locum esse fulguri-
tum et ex s. c. septum esse: id quod factum est a Curtio consule, cui

---

2 *sqq. Cf. Fest. Pauli 48, 15* (cuppes et cupedia antiqui lautiores cibos nominabant; inde et macellum forum cupedinis appellabant. cupedia autem a cupiditate sunt dicta vel, sicut Varro vult, quod ibi fuerit Cupedinis equitis domus, qui fuerat ob latrocinium damnatus) *et 125, 7* (macellum dictum a Macello quodam, qui exercebat in urbe latrocinium: quo damnato censores . . . statuerunt ut in domo eius obsonia venderentur)*; Don. in Eun. II 2, 25* (Varro humanarum rerum: ‘Numerius Equitius Cuppes’ inquit ‘et Manius Macellus singulari latrocinio multa loca habuerunt infesta. his in exsilium actis bona publicata sunt, aedes ubi habitabant dirutae . . . ubi habitabant locus ubi venirent ea quae vescendi causa in urbem erant allata: itaque ab altero Macellum, ab altero forum Cuppedinis appellatum . . . a rebus cupidinis ob alimentum cupedinarii appellantur)*; Eugr. ad h. v.; Non. 85, 10* (cuppedia cupiditas)*; TG. s.* cuppedinarius*; v. Kriegshammer l. s. s. 86 sq.* || 9 *Cf. Fest. Pauli 49, 8* (*alios locos magis minusve huc spectantes congessit Huelsen in encyclop. reali s.* Curtius lacus) || 13 *Cf. TG. s.* postilio (postulatio) || 18 *Cf. Prop. III 11, 61* (Curtius expletis statuit monimenta lacunis)*: v. Vahlen Opusc. ac. I 350 sq.*

---

1 ⟨Por⟩tunium *Iordan* || 3 a cupedio *v; an:* a ⟨cuppedio id est a⟩ fastidio*?* | quem multi: *corr Laet* | cuppedinis || 7 domus fu[e]ris *coll. Festo* (*v. test.*) *Stowasser* || 8 macellum in foro· lacum $F^v$ || 13 Manium *Laet* | eodem mitti: *corr Turn* || 15 ⟨in⟩ eum *Ald* (eo *al.*) || 18 *sq.* Metiũ Curcium $F^v$ || 20 *secl Popma (cf. 22)* | lacum: *corr Laet* || 22 *an:* lacum ⟨Curtium⟩*? cf. 20* || 24 es⟨se⟩t *Mue*

151 M. Genucius fuit collega, Curtium appellatum. arx ab arcendo, quod
is locus munitissimus urbis, a quo facillime possit hostis prohiberi.
carcer a coercendo, quod exire prohibentur. in hoc pars quae sub
terra Tullianum, ideo quod additum a Tullio rege. quod Syracusis,
ubi de causa custodiuntur, vocantur latomiae, †et de lautumia transla-
152 tum, quod hic quoque in eo loco lapidicinae fuerunt. [in eo] lau-
retum ab eo quod ibi sepultus est Tatius rex, qui ab Laurentibus
interfectus est, ⟨aut⟩ ab silva laurea, quod ea ibi excisa et aedifica-
tus vicus, ut inter sacram viam et macellum editum corneta, quae
abscisae loco reliquerunt nomen, ut esculetum ab esculo dictum et
153 fagutal a fago, unde etiam Iovis fagutalis, quod ibi sacellum. armi-
lustrium ab ambitu lustri: locus idem * * * circus Mecinus dictus, quod
circum spectaculis aedificatus ubi ludi fiunt, et quod ibi circum metas
fertur pompa et equi currunt. itaque dictum in Cornicula *(Plauti
Corn. fr. 1)* militis adventu, quem circumeunt ludentes: 'quid cessamus
ludos facere? circus noster ecce adest'. in circo primum unde mit-
tuntur equi, nunc dicuntur carceres, Naevius oppidum appellat. carceres
dicti, quod coercuntur equi, ne inde exeant antequam magistratus

---

1 *Cf. GL. II 140, 21* (arceo arx); *Serv. Dan. in Aen. I 20* (arces ab eo quod est arceo dictae, quia inde hostes arcentur, id est prohibentur) = *GL. III 498, 33; Serv. in Aen. III 134; Isid. XV 2, 32 et XVIII 9, 5; diff. 9; TG. s. v.* (quod altitudine sua hostes prohibeat; ab arcendis hostibus dicta) ‖ 3 *Cf. 17 sq.; GL. VII 104, 19* (in quo homines coercentur) = *269, 12; I 32, 16* (a coercendo); *Serv. in Aen. I 54* (undecumque prohibemur exire, dictus quasi arcer ab arcendo) = *Isid. XV 2, 46. V 27, 13. XVIII 32; Serv. in Aen. V 145* (carceres . . . ostia quibus equi arcentur: unde et carceres quasi arceres secundum Varronem) *et in Georg. III 104; TG. s. v.* ‖ 4 *Cf. Fest. $356^b$, 16* (. . . Ser. Tullium aedificasse aiunt); *Serv. in Aen. VI 573* ‖ 5 *Cf. Fest. Pauli 117, 11* (ex Graeco et maxime a Syracusanis qui λατομίας et appellant et habent ad instar carceris; ex quibus locis excisi sunt lapides ad exstruendam urbem); *Isid. V 27, 23; TG. s. v.* (carceres apud Syracusas, mons est excavatus, ex graeco tractum est); *GL. I 549, 17* (hae lautumiae λατόμια) ‖ 6 *sq. Cf. Fest. $360^b$, 31; Dionys. Hal. III 43; Plin. XV 138; Varro rer. hum. lib. II apud Macr. III 12, 3; GL. III 498, 7* ‖ 9 *Cf. TG. s.* corneta ‖ 10 *sq. Cf. TG. s.* aesculetum (φηγών); *Fest. Pauli 87, 6* (sacellum Iovis in quo fuit fagus); *Plin. XVI 37* (ubi lucus fageus fuit) ‖ 11 *sq. Cf. VI 22 ibique test.; Serv. Dan. in Aen. I 283* (unde Romae ambilustrum); *TG. s. v.* (quod armis locus lustretur); *Plut. Rom. 23* (*τὸ μὲν σῶμα τοῦ Τατίου κομίσας ἐντίμως ἔθαψε καὶ κεῖται περὶ τὸ καλούμενον Ἀρμιλούστριον ἐν Αὐεντίνῳ*) ‖ 13 *Cf. Isid. XV 2, 33* (a circuitu equorum, eo quod ibi circum metas equi currunt) = *XVIII 28, 2* ‖ 17 *sq. Cf. test. ad 3* | *Cf. Fest. Pauli 184, 5* (oppidum dicitur et locus in circo, unde quadrigae emittuntur); *TG. s.* iuxta oppidum (prope carceres: *cf. Loewe GL. N. 100*)

---

1 genutius | ·Curtium appellatum· $F^v$ ‖ 4 Tullo *v* ‖ 5 de⟨licti⟩ causa *Bergmann,* ⟨i⟩de⟨m⟩ c⟨l⟩ausi *Canal* | [et] ⟨in⟩de *Mue duce Turn* ‖ 6 *secl Sp.* ‖ 8 *suppl Sciop* (⟨vel⟩ *Mue*) ‖ 9 [e]di⟨c⟩tum *Sp.* ‖ 10 ab escula: *corr Laet* ‖ 11 *sq.* iobis | armilustrum ($F^v$) | *lac sign Huelsen* | Mecinus (*sic* $F^v$) *suspectum;* maximus *Laet* ‖ 13 ibi ludi ‖ 15 milites: *corr Turn* ‖ 17 *an:* carceres ⟨ut arceres⟩*? v. test.*

signum misit. quod a⟨d⟩ muri speciem pinnis turribusque carceres olim fuerunt, scripsit poeta *(Naev. inc. fab. II)*: 'dictator ubi currum insidit, pervehitur usque ad oppidum'. intumus circus ad Murciae 154
vocatur, ut Procilius *(l. s. s. fr. 3)* aiebat, ab urceis, quod is locus esset inter figulos; alii *(Funai. p. 116)* dicunt a murteto declinatum, quod ibi id fuerit; cuius vestigium manet, quod ibi est sacellum etiam nunc Murteae Veneris. item simili de causa circus Flaminius dicitur, qui circum aedificatus est Flaminium campum, et quod ibi quoque ludis Tauriis equi circum metas currunt. comitium ab eo quod coibant eo 155
comitiis curiatis et litium causa[e]. curiae duorum generum: nam et ubi curarent sacerdotes res divinas, ut curiae veteres, et ubi senatus humanas, ut curia Hostilia, quod primus aedificavit Hostilius rex. ante hanc rostra; cuius id vocabulum, ex hostibus capta fixa sunt rostra; sub dextra huius a comitio locus substructus, ubi nationum subsisterent legati qui ad senatum essent missi; is graecostasis appellatus a parte, ut multa. senaculum supra graecostasim, ubi aedis 156
Concordiae et basilica Opimia; senaculum vocatum, ubi senatus aut ubi seniores consisterent, dictum ut γερουσία apud Graecos. lautolae ab lavando, quod ibi ad Ianum geminum aquae caldae fuerunt. ab his

---

3 *sqq. Cf. Fest.* $149^{a}$*, 33 cum Paulo 148, 10* (Murtiae deae sacellum)*; Tertull. d. spect. 8; Serv. Dan. in Aen. VIII 636* (vallis ubi circenses editi sunt, ideo Murcia dicta est . . . quod fanum Veneris Verticordiae ibi fuerit, circa quod nemus e murtetis fuisset, immutata littera Murtiam appellatam)*; Augustin. d. c. d. IV 16 et alios locos quos congessit Becker 'Handbuch d. Alterth.' I 467 adn. 72* || 7 *Cf. Fest. Pauli 89, 9; Plut. Qu. Rom. 66* || 8 *Cf. Val. Max. I 7, 4* || 9 *sq. Cf. Fest. Pauli 38, 12* (a coeundo, id est insimul veniendo)*; Plut. Rom. 19* (ὅπου δὲ ταῦτα συνέθεντο [*scil. Romulus et Tatius*] μέχρι νῦν κομίτιον καλεῖται· κομῖρε γὰρ 'Ρωμαῖοι τὸ συνελθεῖν καλοῦσι) || 11 *sq. Cf. VI 46; Varro d. v. p. R. apud Non. 57, 1* (propter curam . . . curia appellatur)*; Fest.* $174^{b}$*, 6* (novae curiae . . . ut in is ea sacra curarent . . .)*; Fest. Pauli 49, 1; GL. III 480, 10* (derivativum a verbo curo . . . curia)*; Isid. XV 2, 28* (quod ibi cura per senatum de cunctis administretur) = *schol. Bern. in Lucan. V 32; Pompon. Dig. I 2, 2, 2; Cass. Dio fr. V 8* || 12 *Cf. Varro apud Gell. XIV 7, 7; Liv. I 30, 2; Cic. de rep. II 17, 31* || 13 *sq. Cf. Liv. VIII 14, 12; Isid. XV 2, 27* (quod ex bello Punico captis navibus Carthaginiensium rostra ablata sunt et in foro Romano praefixa, ut esset huius insigne victoriae) = *XVIII 15, 1* || 14 *sq. Cf. Plin. XXXIII 19* (in graecostasi quae tunc supra comitium erat) || 17 *sq. Cf. Fest. Pauli 337, 12* (locus senatorum)*; Fest.* $347^{a}$*, 22 ex Nicostrato de senatu habendo* (unum, ubi nunc est aedes Concordiae inter Capitolium et forum)*; Val. Max. II 2, 6; TG. s.* senaculum (γερουσία)*; Fest. Pauli 94, 13* (gerusia curia ab aetatis vocabulo dicta)*; Vitruv. II 8, 10; TG. s.* gerusia (quod [*scil.* dicta quod] seneces conveniunt publice) || 18 *sq. Cf. Fest. Pauli 118, 5* (quo loco quia aqua fluebat lavandi usum exercebant)*; Serv. Dan. in Aen. VIII 361* (quia calida aqua lavandis vulneribus apta fuit, locus lautulus appellatus est)

---

1 a muris partem: *corr Mue* | pennis: *corr Laet* | turribus qui || 2 curru *Ribbeck* || 3 insidet *Fleckeisen* | murcim (*sic* $F^{v}$) *vel* mucim: *corr Sp.* (Murciam *Salm*) || 4 uocatū ($F^{v}$) || 10 causę $F^{v}$ || 18 ierusia

palus fuit in minore Velabro, a quo, quod ibi vehebantur lintribus,
157 velabrum, ut illud maius de quo supra *(§ 43 sq.)* dictum est. Aequimelium, quod a⟨e⟩quata Meli domus publice, quod regnum occupare voluit is. locus ad busta Gallica, quod Roma recuperata Gallorum ossa qui possederunt urbem ibi coacervata ac consepta. locus qui vocatur doliola ad cluacam maxumam, ubi non licet despuere, a doliolis sub terra. eorum duae traditae historiae, quod alii inesse aiunt ossa cadaverum, alii Numae Pompilii religiosa quaedam post mortem eius infossa. argiletum sunt qui scripserunt *(Funai. p. 115)* ab †Argola seu quod is huc venerit ibique sit sepultus, alii ab argilla, quod ibi
158 id genus terrae sit. clivos Public⟨i⟩us ab aedilibus plebei Publicis qui eum publice aedificarunt. simili de causa Pullius et Cosconius, quod ab his viocuris dicuntur aedificati. clivus proximus a Flora susus versus Capitolium vetus, quod ibi sacellum Iovis Iunonis Mi-
159 nervae, et id antiquius quam aedis quae in Capitolio facta. Esquiliis vicus Africus, quod ibi obsides ex Africa bello Punico dicuntur custoditi. vicus Ciprius a cipro, quod ibi Sabini cives additi consederunt, qui a bono omine id appellarunt: nam ciprum sabine bonum. prope hunc vicus sceleratus, dictus a Tullia Tarquini Superbi uxore, quod

---

1 *Cf. 15, 1 sqq.* ‖ 2 *sq. Cf. Liv. IV 16, 1 sq.; Cic. d. dom. 101* (Sp. Maeli regnum adpetentis domus est complanata et quia illud 'aequum' accidisse p. R. 'Maelio' iudicavit, nomine ipso 'Aequimaeli' iustitia poenae comprobata est)*; Val. Max. VI 3, 1; Dionys. Hal. XII 4* (*αἶκον γὰρ . . . τὸ μηδεμίαν ἔχον ἐξοχὴν καλεῖται· τόπον οὖν τινα Μήλιον ἐξ ἀρχῆς κληθέντα, ὕστερον . . . Αἰκυμήλιον ἐκάλεσαν*) ‖ 4 *Cf. Liv. V 48, 3* (bustorumque inde Gallicorum nomine insignem locum fecere)*: cf. Huelsen in encycl. reali III 1077* ‖ 6 *Cf. Fest. Pauli 69, 8* (locus in urbe sic vocatus, quia invadentibus Gallis Senonibus urbem sacra in eodem loco doliolis reposita fuerunt: qua de causa in eodem loco ne despuere alicui licebat)*; Serv. in Aen. VI 238; Liv. V 40, 8; Plut. Cam. XX; TG. s. v.* ‖ 9 *Cf. Quint. I 6, 31* (quae . . . Argiletum appellandi ratio?)*; Serv. in Aen. VIII 345* (quasi argilletum, multi volunt a pingui terra; alii a fabula. nam Euander Argum quendam suscepit hospitio . . . Argum necarunt: cui Euander et sepulturam fecit et locum sacravit . . . ergo Argiletum ab Argo illic sacrato et sepulto)*; adde Serv. Dan.* (*qui inter alia velut ab Argo Danaes filio vel Tusciae filio Romae necato habet:* alii . . . quod ibi Cassius Argillus bello Punico primo sit interfectus)*; Arnob. adv. nat. VI 7 p. 219 Reiff.* ‖ 11 *Cf. Fest. 238ᵇ, 28* (Publicius clivus appellatus, quem duo fratres L. M. Publici Malleoli aediles cur. pecuaris condemnatis ex pecunia quam cepera⟨n⟩t munierunt *e. q. s.*)*; Ovid. Fast. V 281* ‖ 12 *De clivo Pullio cf. Solin. p. 7, 3 Momms.* ‖ 14 *Cf. Serv. in Aen. II 225 et Serv. Dan. ibid. et III 134* ‖ 16 *sqq. Cf. Fest. 371ᵃ, 16 sqq.* ‖ 17 *Cf. Liv. I 48, 6* ‖ 19 *sq. Cf. Liv. I 48, 7; Dionys. Hal. IV 39; Fest. 333ᵇ, 32 sqq. cum Paulo 332, 9* (quod cum Tarquinius Superbus interficiendum curasset Servium Tullium regem, socerum suum, corpus eius iacens filia carpento supervecta sit . . .)*; Ovid. Fast. VI 609*

---

1 lustribus: *corr Laet* ‖ 3 *add Rhol* | publico: *corr Ald* ‖ 9 argeletum: *corr Laet* ‖ 11 terrę sit *vel* terrę [*sic* (*Fᵛ*)] ‖ 12 pullius (*vix* pulius *vel* publius) ‖ 13 *sq.* a floras usus: *corr Vict et Turn* ‖ 15 Exquiliis ‖ 17 sabini [*sic* (*Fᵛ*)] *vel* sauini

ibi cum iaceret pater occisus, supra eum carpentum mulio ut in-
igeret iussit.

33. quoniam vicus constat ex domibus, nunc earum vocabula 160
vide⟨a⟩mus. domus graecum et ideo in aedibus sacris ante cellam, ubi
sedes dei sunt, Graeci dicunt πρόδομον, quod po[te]st, ὀπισθόδομ⟨ον⟩.
aedis ab aditu, quod plano pede adibant. itaque ex aedibus efferri in-
dictivo funere praeco etiam eos dicit qui ex tabernis efferuntur, et
omnes in censu villas [in]dedicamus aedes. cavum aedium dictum qui 161
locus tectus intra parietes relinquebatur patulus, qui esset ad com⟨m⟩u-
nem omnium usum. in hoc locus si nullus relictus erat, sub divo qui
esset, dicebatur testudo ab testudinis similitudine, ut est in praetorio
et castris. si relictum erat in medio ut lucem ca[r]peret, deorsum
quo impluebat, dictum implu⟨v⟩ium, susum qua compluebat, com-
plu⟨v⟩ium: utrumque a pluvia. tuscanicum dictum a Tuscis, postea-
quam illorum cavum aedium simulare coeperunt. atrium appellatum
ab Atriatibus Tuscis: illinc enim exemplum sumptum. circum cavum 162
aedium erat unius cuiusque rei utilitatis causa parietibus dissepta; ubi
quid conditum esse volebant, a celando cellam appellarunt; penariam
ubi penus; ubi cubabant cubiculum; ubi cenabant cenaculum vocita-
bant, ut etiam nunc Lanuvi apud aedem Iunonis et in cetero Latio
ac Faleris et Cordubae dicuntur. posteaquam in superiore parte

---

4 *Cf. Fest. Pauli 67, 11* (a graeco venit δόμος)*; Isid. IX 4, 3. XV 3, 1 (ex Hieron. in Dan. VI); GL. III 505, 32* (a graeco derivatur . . . δόμος) || 6 *Cf. Fest. Pauli 13, 3* (domicilium . . . unius aditus)*; aliter Isid. XV 3, 2* || 8 *Cf. Gell. VI 11, 9 ex P. Africano contra Ti. Asellum* (quanti omne instrumentum fundi Sabini in censum dedicavisti) || 9 *sqq. Serv. Dan. in Aen. I 505:* idem Varro de lingua latina ad Ciceronem: 'in aedibus locus patulus relinquebatur sub divo, qui si non erat relictus et contectus [contentus *C*] erat, appellabatur testudo' || 11 *Cf. Non. 58, 8* (loca in aedificiis camerata ad similitudinem aquatilium testudinum)*; Vitr. VI 3 (de testudine et mox de tuscanico)* || 13 *Cf. Fest. Pauli 108, 14* (inpluvium quo aqua inpluit collecta de tecto; conpluvium quod de diversis tectis aqua pluvialis confluit in eundem locum)*; Serv. in Aen. II 512* (sub divo quod impluvium dicitur)*; schol. in Verrin. 177 Or.* (locus sine tecto in aedibus quo impluere imber in domum possit) || 15 *sq. Cf. Fest. Pauli 13, 10 sqq.* (quia id genus aedificii Atriae primum in Etruria sit institutum . . .)*; Serv. Dan. in Aen. I 726* (alii dicunt Atriam Etruriae civitatem fuisse, quae domos amplis vestibulis habebat: quae cum Romani imitarentur atria appellaverunt) || 18 *Cf. Fest. Pauli 66, 9* (quod ea celentur quae esse volumus occulta)*; Serv. in Aen. I 433* (a celando)*; Don. in Ad. IV 2, 13* (a celandis reponendisque rebus esculentis et poculentis)*; Isid. XV 3, 9* | *Cf. Fest. Pauli 211, 3 s.* penora (locus eorum penarius)*; GL. I 109, 29* (ubi servantur, ut penaria) || 19 *Cf. Isid. XV 3, 9* (quod eo cubemus)*; Fest. Pauli 64, 15 (cf. ad 50, 20)* | *Cf. Isid. XV 3, 7* (a communione vescendi)

---

1 *sq.* iniceret: *corr Urs* || 3 eorum || 4 uideamus *f* || 5 prodomum | *del Vict; an:* po⟨s⟩t est? | opisthodum (*sic F*ᵛ): *corr Vict* || 6 *sq.* abibant *vel* adibant [*sic* (*F*ᵛ)] | inductiuo || 8 inde dicamus: *corr J. F. Gronov* (*v. test.*) || 17 dissepta '*scil.* domus' *Sp.* | *dist Mue* || 20 lanubi *vel* lanuui (*sic F*ᵛ) || 21 faleris *vel* phaleris [*sic* (*F*ᵛ)] | dicuntur posteaquam *F*ᵛ

cenitare coeperunt, superioris domus universa cenacula dicta; postea-
quam ubi cenabant plura facere coeperunt, ut in castris ab hieme
hiberna, hibernum domus vocarunt; contraria ****
163 34. ** ligionem Porcius *(Buettner p. 52)* designat cum de Ennio
scribens dicit eum coluisse Tutilinae loca. sequitur porta Naevia, quod
in nemoribus Naeviis: etenim loca, ubi ea, sic dicta. deinde Rauduscula,
quod aerata fuit. aes raudus dictum; ex eo [in] veteribus in man-
164 cipiis scriptum 'raudusculo libram ferito'. hinc Lavernalis ab ara
Lavernae, quod ibi ara eius. praeterea intra muros video portas dici
in Palatio Mucionis a mugitu, quod ea pecus in bucita ⟨cir⟩cum anti-
quum oppidum exigebant; alteram Romanulam, ab Roma dictam, quae
165 habet gradus in nova via ad Volupiae sacellum. tertia est Ianualis,
dicta ab Iano, et ideo ibi positum Iani signum et ius institutum a
Pompilio, ut scribit in annalibus Piso *(hist. R. fr. p. 79 Peter)*, ut sit
aperta semper, nisi cum bellum sit nusquam. traditum est memoriae
Pompilio rege fuisse opertam et post Tit[i]o Man[i]lio consule bello
Cart⟨h⟩aginiensi primo confecto et eodem anno apertam.
166 35. super lectulis origines quas adverti, hae: lectica, quod lege-
bant unde eam facerent stramenta atque herbam, ut etiam nunc fit in
castris; lecticas, ne essent in terra[s], sublimis †in his ponebant, nisi

---

1 *Cf. Fest. Pauli 54, 6* (ad quae scalis ascenditur)*; Liv. XXXIX 14, 2; TG. s. v.* (δειπνιστήριον, ὑπερῷον *et* superiora) *et s.* in aestiuo cenaculo*; Tertull. adv. Val. 7; Dig. XLIII 17, 3, 7* ‖ 3 *Cf. Serv. Dan. in Aen. IV 143* (hibernam utrum quod ibi hiemare soleat an . . .)*; TG. s. v.* (hiberna loca calida propter hiemem facta *et* ut tempora et castra militum ubi hiemant dicimus)*; GL. II 81, 15* (ab hieme . . . hibernus)*; VII 180, 10* ‖ 5 *Cf. Fest. 169ᵇ, 33* ‖ 7 *sq. Cf. Fest. 274ᵃ, 2 sqq. cum Paulo 275, 1* (quia raudo id est aere fuerit vincta) *et 265ᵃ, 4 sqq.* (rodus vel raudus . . . vulgus quidem in usu habuit non modo pro aere imperfecto . . sed etiam pro signato, quia in mancipando cum dicitur 'rudusculo libram ferito' asse tangitur libra)*; Gaius inst. I 119 = Boeth. in Top. p. 322 Or.* (*ubi accedit:* quaecunque igitur res lege duodecim tabularum aliter nisi per hanc solennitatem abalienari non poterat)*; Val. Max. V 6, 3* | *Cf. VI 74* ‖ 9 *Cf. Fest. Pauli 117, 16* ‖ 10 *Cf. Fest. Pauli 144, 18; Varr. de v. p. R. apud Non. 531, 17* ‖ 11 *Cf. VI 24; Fest. 262ᵇ, 2* (porta Romana instituta est a Romulo infimo clivo Victoriae, qui locus gradibus in quadram formatus est. appellata autem Romana a Sabinis praecipue, quod ea proximus aditus erat Romam) *et 269ᵇ, 33* (Romanam portam ante . . . ⟨voci⟩tatam ferunt quae fuerit . . .) ‖ 12 *Cf. Augustin. d. c. d. IV 11; Macr. I 10, 7* (in sacello Volupiae) ‖ 18 *sqq. Cf. Fest. Pauli 115, 3* (lectus . . . a collectis foliis ad cubitandum . . . vel a Graeco λέκτρον)*; Isid. XX 11, 1* (lecticae a lectis herbis)*; TG. s.* lectus (ab electis et mollibus herbis) ‖ 19 *sq. Cf. Plin. VIII 193* (antiquis enim torus e stramento erat, qualiter etiam nunc in castris) ‖ 20 *Cf. Fest. Pauli 64, 15* (cumbam Sabini vocant eam quam militares lecticam)

---

3 hic defecit exemplar foliis duobus· *Fᵛ* ‖ 4 ⟨re⟩ligionem *v*, regionem *Turn* ‖ 6 naeuius: *corr Laet* | et (*non* ea) enim ‖ 7 *del Sp. duce v* ‖ 10 bucitatum: *corr Mue* (bucita tum *Scal*) ‖ 11 ab *vel* a [*sic* (*Fᵛ*)] ‖ 12 noualia: *corr Scal (cf. VI 24)* ‖ 16 apertam: *corr Scal* ‖ 17 ⟨opertam et⟩ apertam *Mue* (*del* et *ante* eodem) *duce Aug, al.* ‖ 18 *an:* ⟨lectus et⟩ lectica *et mox* ea[m]*? v. test.* ‖ 19 unde iam: *corr Vict*

ab eo quod Graeci antiqui dicebant *λέκτρον* lectum potius. qui lecticam involvebant, quod fere stramenta erant e segete, segestria appellarunt, ut etiam nunc in castris, nisi si a Graecis: nam *στέγαστρον*. ubi lectus mortui fitur, dicebant feretrum nostri, Graeci *φέρετρον*.
posteaquam transierunt ad culcitas, quod in eas acus aut tomentum 167
aliudve quid calcabant, ab inculcando culcita dicta. hoc quicquid insternebant ab sternendo stragulum appellabant. pulvinar vel a pluribus vel a pollulis declinarunt. quibus operibantur, operimenta, et pallia opercula dixerunt. in his multa peregrina, ut sagum, reno gallica, gaunac[um]a et amphimallum graeca; contra latinum torale, ante torum, et torus a torto, quod is in promptu. ab hac similitudine torulus in
mulieris capite ornatus. qua simplici scansione scandebant in lectum 168
non altum, scabellum; in altiorem, scamnum. duplicata scansio gradus

---

1 *sqq. Cf. Varro d. v. p. R. apud Non. 11, 14* (lecticam qui involvebant, segestria appellabant)*; Fest. Pauli 70, 7* (pelles nauticas quas nos vocamus segestria)*; TG. s.* segestrum (*στέγαστρον et διφθέρα πλοίον*) ‖ 4 *Cf. Serv. in Aen. VI 222* (feretro graece dixit)*; Serv. Dan. in Aen. XI 64* (feretrum locus ubi mortui feruntur et est graecum nomen)*; Isid. XVIII 9, 1. XX 11, 7; Lact. Plac. in Stat. Theb. VI 55; TG. s. v.* ‖ 5 *Cf. Varro d. v. p. R. et Quinquatr. apud Non. 86, 4; Fest. Pauli 50, 8* (culcita quod tomento inculcatur appellata)*; Isid. XIX 26, 4* (culcitae vocatae quod calcentur id est farciantur pluma sive tomento) ‖ 7 *sq. Cf. TG. s.* instragula (stragula ab sternendo) | *Cf. Serv. in Georg. III 532* (pulvinaria . . . proprie lectuli, qui sterni in templis plerisque consuerunt)*; TG. s.* pulvinus (pulvinar vero ac pulvinaria principum vel regum, id est lectisternia quae sternebantur in templis)*; Isid. XIX 26, 4 = XX 11, 3* (lectus divitum est) ‖ 9 *Isid. XIX 24, 13* (sagum autem gallicum nomen est)*; TG. s. v.; Strabo IV 196* | *Cf. Caesar de b. g. VI 21; Sallust. hist. III fr. 104. 105 Maur.; Serv. in Georg. III 383; Isid. XIX 23, 1. 4* (a Rheno Germaniae flumine) ‖ 10 *Cf. Hesych. s. καυνάκαι; GL. VII 14, 10* (gaunacen alii caunacen)*; TG. s.* gaunaca*; adde Isid. XIX 26, 2* | *Cf. Plin. VIII 193; schol. in Iuv. III 283* (antiqui amphimallum laenam appellabant)*; TG. s.* camasus (amfimallus) *et* dalmatica | *Cf. Varro d. v. p. R. apud Non. 11, 12* (quod frontem lecticae struebant, ex ea herba torta torum appellatum. hoc quod inicitur etiamnunc toral dicitur)*; Serv. in Aen. II 2. V 388* (a tortis herbis) = *Isid. XX 1, 2; Serv. Dan. in Aen. I 708* (quod veteres super herbam tortam sedebant vel discumbebant)*; TG. s.* torus *et* toral*; Isid. XIX 26, 6* ‖ 12 *sq. Cf. Serv. Dan. in Aen. IV 685* (lecti antiquorum alti erant et gradibus ascendebantur) | *Cf. Quint. inst. I 4, 12* (nec miretur cur ex scamno fiat scabillum)*; GL. VII 14, 6; II 111, 1; Isid. XX 11, 8* (scamna sunt quae altioribus lectis apponuntur, dicta a scandendo. hinc et scabelli, qui lectis parvis vel sellis ob ascensum apponuntur. scabellum autem et suppedaneum dicitur) = *GL. VII 289, 23; TG. s.* scabellum, scamellum, scamnum | *Cf. Non. 316, 35* (per quod ad altiora domorum et aedificiorum omnium scanditur)*; TG. s. v.*

---

1 *sq.* lectron lectum potius quam lecticam: *corr Veneta (v. test.)* | segestria *vel* segestriam [*sic* ($F^v$)] ‖ 3 stegastron ‖ 4 *an:* lectum ubi mortui feruntur*? v. test.* | fitur *vel* fertur [*sic* ($F^v$)] | feretron ‖ 5 ea sagus: *corr Turn* ‖ 6 hoc *i. e.* huc ‖ 8 *sq.* operibantur (*sic* $F^v$) *vel* operiebantur | pallia *ante* operimenta *trai Sp., secl A. Sp.; an:* ut pallia op. dixerunt*? (cf. TG. s.* palla [coopertorium]) | gallica *Turn*: galli quid (*fort. ex* gallica ut) ‖ 10 gaunacuma (*sic* $F^v$) *vel* gaunacũma: *correximus* (gaunacum *Scal*) | tore uel (*fort. ex* toraet): *correximus duce Ald* (*qui* torale quod) ‖ 11 toruo: *corr Antonibon* (torso *Canal*)*; v. test.* | toruius: *corr Aug* ‖ 13 alium

dicitur, quod gerit in inferiora superiorem. graeca sunt peristromata et peripetasmata, sic ali⟨a⟩ quae item convivii causa ibi multa.

169 36. pecuniae signatae vocabula sunt aeris et argenti haec: as ab aere; dupondius ab duobus ponderibus, quod unum pondus assipondium dicebatur; id ideo quod as erat libra pondo[s]. deinde ab numero reliquum dictum usque ad centussis, ut as [a] singulari numero, ab
170 tribus assibus tressis et sic proportione usque ad nonussis. in denario numero hoc mutat, quod primum est ab decem assibus decussis, secundum ab duobus decussibus vicessis [quod dici sol⟨it⟩um a duobus bicessis]; reliqua conveniunt, quod est ut tricessis proportione usque ad centussis, quo maius aeris proprium vocabulum non est: nam ducenti⟨s⟩ et sic proportione quae dicuntur non magis asses quam denarii
171 aliaeve quae res significantur. aeris minima pars sextula, quod sexta pars unciae. semuncia, quod dimidia pars unciae: se valet dimidium, ut in selibra et semodio. uncia ab uno. sextans ab eo quod sexta pars assis, ut quadrans quod quarta, et triens quod tertia pars. semis, quod semi⟨a⟩s, id est [ut] dimidium assis, ut supra dictum est. septunx
172 a septem et uncia conclusum. reliqua obscuriora, quod ab deminutione, et ea quae deminuuntur ita sunt, ut extremas syllabas habeant,

---

1 *sq. Cf. TG. s. v.* ‖ 2 *sqq. Verba a* multa *ad* a decima libella (53, 7) *Priscianus adfert GL. III 410: cuius discrepantiam potiorem apparatui addidimus; cf. ibid. 416, 19 sqq.* ‖ 4 *Cf. IX 81; TG. s. v.* (duo pondi vel numi) | *Cf. TG. s.* as*; Fest. Pauli 98, 1* (quia deni asses, singuli pondo libras, efficiebant denarium)*; Dionys. Hal. IX 27* (ἦν δὲ ἀσσάριον τότε χάλκεον νόμισμα βάρος λιτριαῖον) ‖ 6 *sq. Cf. IX 81; Mart. Cap. III 305* ‖ 11 *Cf. GL. III 416, 19* (centussis, post quem numerum teste Varrone non componuntur cum asse numeri) ‖ 13 *sqq. Cf. Anthol. lat. 486, 22 R.* (sextula quae fertur: nam sex his uncia constat) | *Cf. Fest.* $293^b$*, 9 cum Paulo 292, 7* (semis semodius semuncia . . . ab eo quod illi dicunt ἥμισυ declinata sunt)*; TG. s. v.* (selibra dimidia libra, *al.*)*; GL. II 32, 20. 455, 6; III 16, 20* (ἥμισυ semis) *et III 57, 15* (se a semis, quod separationem facit)*; Didym. in GL. III 412, 10* (τοῦ μὲν ση τὸ ἥμισυ δηλοῦντος ὡς ἐν τῷ σημόδιουμ) ‖ 15 *Pollux IX 80 ex Aristotele* (παρ᾽ αὐτῷ τις ἂν ἐν τῇ Ἱμεραίων πολιτείᾳ καὶ ἄλλα εὕροι Σικελικῶν νομισμάτων ὀνόματα οἷον οὐγκίαν ὅπερ δύναται χαλκοῦν ἕνα)*; Isid. XVI 25, 19* ‖ 16 *Cf. TG. s.* quadrans (quarta pars nummi)*; Isid. VI 17, 26* | *Cf. TG. s.* triens (tertia *sc.* pars)*; Pseudacr. in Hor. a. p. 328* ‖ 17 *sq. Cf. Pseudacr. in Hor. a. p. 329. 330; v. ad 13 sq.* | *Cf. GL. III 408, 25* (septunx unciae septem)

---

2 *sq.* aliquid item: *corr Sp.* | *dist Sp.* (ibi multa *apogr,* multa *Prisc. [cf. test.] proximis adiungunt*) ‖ 4 a duobus: *corr ex Prisc* ‖ 5 *sq.* pondus (*item Prisc*): *corr Gronov* (libram) | numero usque ad centussem ab tribus (*reliquis om*) *Prisc* | *del Laet* ‖ 7 et supra pretionem (*vel* ptionẽ *vel* proportionẽ) *Prisc* ‖ 9 bicessis: *corr Turn* | *secl Sciop, om Prisc* ‖ 10 bicensis: *corr Laet* | quod est *om Prisc* | tricensis: *corr ex Prisc* ‖ 11 *sq. post* centussis *add Prisc* quod et Persius (*V 191*) ostendit 'et centum Graecos uno centusse licetur' | ducenti et sic *Prisc*: ducenti in (*corr Sp*) ‖ 13 alieuę quę $F^v$: aliaeque *Prisc* ‖ 14 *sq.* unciae est· uncia (*reliquis om*) *Prisc* | sic valet: *corr Bent* | uno ⟨dicta⟩ *Prisc* ‖ 16 ut] est *Prisc* ‖ 17 *add Turn (cf. v. 14)* | ut *om Prisc* ‖ 18 *sq.* collisum *Prisc, fort. recte* | ab diminutione *Prisc*: a deminutione $F^v$ ‖ 19 deminuuntur (*sic* $F^v$) *vel* diminuuntur (*sic Prisc*)

ut deunx dempta uncia [deunx], dextans dempto sextante, dodrans
dempto quadrante, bes, ut olim des, dempto triente. in argento nummi, 173
id ab Siculis. denarii, quod [denarii quod] denos aeris valebant;
quinarii, quod quinos; sestertius, quod semis tertius (dupondius enim
et semis antiquus sestertius est) et veteris consuetudinis, ut retro aere
dicerent, ita ut semis tertius, ⟨semis⟩ quartus, semis ⟨quintus⟩ pro-
nuntiarent. ab semis tertius ⟨sestertius⟩ dictus. nummi denarii decuma 174
libella, quod libram pondo as valebat et erat ex argento parva. sim-
bella, quod libellae dimidium, quod semis assis. terruncius a tribus
unciis, quod libellae ut haec quarta pars, sic quadrans assis.

eadem pecunia vocabulum mutat: nam potest idem dici dos, 175
arrabo, merces, corollarium. dos, si nuptiarum causa data; haec graece
*δωτίνη*: ita enim hoc Siculi; ab eodem donum: nam graece ut †isse-
donion et ut alii *δόμα* et ut Attici *δόσιν*. arrabo sic data, ut reli-
quum reddatur: hoc verbum item a graeco *ἀρραβών*. reliquum, quod
ex eo quod debitum reliquum. damnum a demptione, cum minus re 176

---

1 *sqq. Cf. Anthol. lat. 486, 45 R.* (uncia si librae desit dixere deuncem)*; ibid. 741, 2* (uncia de libra linquit subtracta deuncem) | *Cf. Fest. Pauli 73, 14* (dextans dicitur quia assi deest sextans quemadmodum ... deunx) | *Cf. Fest. Pauli 33, 1; Fest. 363ᵃ, 32; lib. de asse 2; GL. III 408, 25; Anthol. lat. 486, 49 sq. R.* (dodrantem reliquum vocitant quadrante retracto, cumque triens desit, bessem dixere priores)*; ibid. 741, 4 sq.* (hinc quadrans ... dodrantem, inde triens ... bessem)*; GL. VII 177, 1. 298, 12* (bes ... quod significat octo uncias) | *Cf. Fest. 173ᵇ, 8; Pollux IX 79 sq. ex Aristotele* (*ὁ δὲ νοῦμμος δοκεῖ μὲν εἶναι Ῥωμαίων τοὔνομα τοῦ νομίσματος, ἔστι δὲ Ἑλληνικὸν καὶ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ καὶ Σικελίᾳ Δωριέων ... καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ταραντίνων πόλει καλεῖσθαί φησι νόμισμα παρ' αὐτοῖς νοῦμμον*) ‖ 3 *sq. Cf. GL. I 76, 8 sqq.* (... si sciamus, apud veteres denarium decem asses habuisse ... cuius quarta pars, dipondius semis, sestertius dicitur, quod de tribus assibus semis deficiat)*; Fest. 334ᵇ, 33 et 347ᵇ, 9 et 363ᵃ, 33; Fest. Pauli 98, 1; GL. III 407, 29 (cum testimonio Arruntii) et 412, 10 (ex Didymo); Plin. XXXIII 44* (placuit denarium pro decem libris aeris valere; quinarium pro quinque, sestertium pro dupondio ac semisse)*; TG. s. v.* (semis tertius) ‖ 7 *Cf. Fest. Pauli 116, 14* (libella deminutivum est a libra)*; Volus. Maecianus (script. metrol. ed. Hultsch II) 70, 16* (quasi pusilla libra)*; Plin. XXXIII 42* (libralis — unde etiam nunc libella dicitur et dupondius — adpendebatur assis)*; TG. s. v* ‖ 8 *sq. Cf. X 38* | *Cf. Fest. 173ᵇ, 30 cum Paulo 172, 8; Plin. XXXIII 45* (quadrans ante terruncius vocatus a tribus unciis)*; TG. s.* libella et teruncium ‖ 10 *Cf. Fest. 363ᵇ, 1* ‖ 12 *Cf. Fest. Pauli 69, 7; GL. II 134, 16* (do dos)*; Pseudacr. in Hor. c. III 24, 21; Isid. V 24, 25* ‖ 13 *Cf. Fest. Pauli 69, 4; GL. VII 119, 6* (donum ... a dando) ‖ 14 *sq. Cf. TG. s.* arrabonem*; GL. I 552, 36; VII 262, 10* (arra latine dicitur, arrabon graece) ‖ 16 *Cf. Isid. V 27, 5* (damnum a diminutione rei vocatum) *et diff. 169; Dig. XXXIX 2, 3* (ab ademptione et quasi deminutione)*; TG. s. v.*

---

1 ut de una: una *Prisc* (*corr et mox secl Sp.*) ‖ 3 syculis *Fᵛ* | *om Prisc* ‖ 4 sestertius (*sic Fᵛ*) *vel* sextertius | quod semis tertius: duobus semis *Prisc* ‖ 5 sextertius (*sic etiam Fᵛ*) | aera *Prisc* ‖ 6 semis tertius quartus semis (semis quartus *v*): *correximus duce Prisc* (*ubi* semis quintus semis quartus semis tertius nuntiarent) ‖ 7 *suppl ex Prisc* | ⟨a⟩ decima *Prisc* ‖ 8 *sq.* sembella *Laet* ‖ 11 item [*sic* (*Fᵛ*)] *vel* idem ‖ 13 dotine | *an:* ut ⟨H⟩esiodion *δώς* (*cf. Op. et D. 356, Hesych., Et. m., Suid. s. v.*)*?* ‖ 14 doma | dosin ‖ 15 arrabon

factum quam quanti constat. lucrum ab luendo, si amplius quam ut
exsolveret, quanti esset, ⟨re⟩ceptum. detrimentum a detritu, quod ea
quae trita minoris pretii. †ab eadem mente intertrimentum ab eo,
quod duo quae inter se trita, et deminuta, a quo etiam in⟨ter⟩trigo
177 dicta. multa [a] pecunia quae a magistratu dicta, ut exigi posset ob
peccatum; quod singulae dicuntur, appellatae eae multae, quod olim
†unum dicebant multae: itaque cum ⟨in⟩ dolium aut culleum vinum
addunt rustici, prima urna addita dicunt etiam nunc. poena a poeniendo
aut quod post peccatum sequitur. pretium, quod emptionis aestima-
tionisve causa constituitur, dictum a peritis, quod hi soli facere pos-
178 sunt recte id. si quid datum pro opera aut opere, merces, a merendo.
quod manu factum erat et datum pro eo, manupretium, a manibus et
pretio. corollarium, si additum praeter quam quod debitum; eius vo-
cabulum fictum a corollis, quod eae, cum placuerant actores, in scena
dari solitae. praeda est ab hostibus capta, quod manu parta, ut
parida praeda. praemium a praeda, quod ob recte quid factum con-
179 cessum. si datum quod reddatur, mutuum, quod Siculi moeton: ita-
que scribit Sophron 'moeton †antimo et'. munus quod mutuo animo
qui sunt dant officii causa; alterum munus, quod muniendi causa im-
peratum, a quo etiam municipes, qui una munus fungi debent, dicti.
180 [si is] ea pecunia quae in iudicium venit in litibus, sacramentum a

2 *Cf. Isid. diff. 169* (a terendo); *TG. s. v.* (a deterendo dicitur); *GL. VII 525, 27* (usu tritum) ‖ 3 *sqq. Cf. TG. s.* intertrimentum (si aliqua species in medio teratur) *et* intertrigo | *Cf. Varro ap. Fest. 142[b], 23 (ex quaest. epist. I) et Gell. XI 1, 5 (ex rer. hum. l. XXI) quem exscr. Non. 216, 29; Dig. L 16, 131; TG. s.* multa ‖ 8 *Cf. Isid. V 27, 2* (quod puniat) ‖ 11 *Cf. Non. 345, 8* ‖ 12 *Cf. Isid. XI 1, 66* (manus etiam ars vel artifex: unde et manupretium dicimus); *TG. s. v.* ‖ 15 *Cf. Gell. XIII 25, 3. 26* (in libris rerum verborumque veterum . . . praeda dicitur corpora ipsa rerum quae capta sunt) = *Non. 432, 26* ‖ 18 *sq. Cf. Hesych.* μοιτοὶ ἄντιμοι (*μοῖτον ἀντὶ μοίτον v: etsi mirum si extrema syllaba similiter illic ut hic interciderit*)· παροιμία Σικελικοῖς· ἡ γὰρ χάρις μοι τὸν οἰνόχαριν (*ἡ γὰρ χάρις μοῖτον· οἷον χάριν ⟨ἀντὶ χάριτος⟩ Wilamowitz teste Kaibelio Com. gr. fr. 179* (*ἡ γὰρ χάρις μοίτο⟨ν τιν' ἂ⟩ν τίνοι χάριν Schoell*) | *Cf. Fest. Pauli 140, 12* (munus . . . officium, cum dicitur quis munere fungi, item donum quod officii causa datur); *GL. VII 524, 16* (quod amicus vel cliens vel libertus officii causa mittunt vel munus gladiatorium) *et 119, 6* (a muniendo . . . dictum); *Dig. L 16, 18; TG. s. v.* ‖ 20 *Cf. Gell. XVI 13, 6* (muneris tantum cum populo Romano honorari participes, a quo munere capessendo appellati videntur); *Fest. 142[b], 6; Isid. IX 3, 21. 4, 21* (ab eo quod munia capiat); *diff. 371; Dig. L 1, 1. 16, 18; TG. s. v.* (quod munera fisci idem accipiant) ‖ 21 *sqq. Cf. Fest. 344[b], 33 sqq.* (sacramentum aes significat quod poenae nomine penditur, sive eo quis interrogatur, sive contenditur. id in aliis rebus quinquaginta assium est, in alis rebus quingentorum *e. q. s.*)

2 *add Sp.* (captum *v*) ‖ 3 *an:* ab eodem ⟨retri⟩mentum? *cf. Varro r. r. I 64 et apud Non. 217, 24* ‖ 4 *add Bent duce v* ‖ 5 *del Vertr. c. al.* ‖ 6 *sq.* eae multas: *corr Turn* | *an:* olim ⟨ovem⟩ unum? *cf. Gell. XI 1, 3 sq.* ‖ 7 multa *v, fort. recte;* multam *Goeschen* ‖ 10 *sq.* possunt facere *Laet, ubi* ″ *et* ′ *suprascr. et del* $F^v$ ‖ 17 moeton *vel* meton [*sic* ($F^v$)] ‖ 18 *μοῖτον ἀντὶ μοίτον Lindenbrog in Ter. Eun. III 1, 55: v. test.* ‖ 21 *lac post* si is *sign Ald* | indicium

sacro; qui[s] petebat et qui infitiabatur, de aliis rebus uterque quin-
genos aeris ad pontem deponebant, de aliis rebus item certo alio legi-
timo numero assum; qui iudicio vicerat, suum sacramentum e sacro
auferebat, victi ad aerarium redibat. tributum dictum a tribubus, 181
quod ea pecunia, quae populo imperata erat, tributim a singulis pro
portione census exigeba[n]tur. ab hoc ea quae assignata erat attri-
butum dictum; ab eo quoque quibus attributa erat pecunia, ut militi
reddant, tribuni aerarii dicti; id quod attributum erat, aes militare;
hoc est quod ait Plautus *(Aul. 526)*: 'cedit miles, aes petit'. et hinc
dicuntur milites aerarii ab aere, quod stipendia facerent. hoc ipsum 182
stipendium a stipe dictum, quod aes quoque stipem dicebant: nam
quod asses libras pondo erant, qui acceperant maiorem numerum non
in arca ponebant, sed in aliqua cella stipabant, id est componebant,
quo minus loci occuparet; ab stipando stipem dicere coeperunt. stips
ab στοιβή fortasse, graeco verbo. id apparet, quod ut tum institutum
etiam nunc diis cum thesauris asses dant stipem dicunt, et qui pe-
cuniam alligat, stipulari et restipulari. militis stipendia ideo, quod
eam stipem pendebant; ab eo etiam Ennius scribit *(Ann. 265 $V.^2$)*:
'Poeni stipendia pendunt'. ab eodem aere pendendo dispensator, et in 183
tabulis scribimus expensum et [in] prima pensio et sic secunda aut
quae alia, et dispendium, ideo quod in dispendendo solet minus fieri;

4 *sqq. Cf. ad p. 18, 12. 26, 4; Liv. I 43, 14* (partes eas tribus appellavit, ut ego puto, a tributo; nam eius quoque aequaliter ex censu conferendi ab eodem inita ratio est)*; Serv. in Aen. V 560* (sic autem in tres partes divisum fuisse populum constat, ut etiam qui praeerant singulis partibus tribuni dicerentur: unde etiam sumptus quos dabant populo tributa nominarunt)*; Plut. Rom. 20* (*τρίβους γὰρ ἔτι νῦν τὰς φυλὰς καλοῦσι καὶ τριβούνους τοὺς φυλάρχους*)*; Dionys. Hal. IV 14; Isid. XVI 18, 7* (quod antea per tribus singulas exigebantur)*; TG. s. v.* ‖ 8 *sq. Cf. Fest. Pauli 2, 6* (aerari tribuni a tribuendo aere sunt appellati)*; Plin. XXXIV 1* | *Cf. Cato (immo Varro) epistol. quaest. I apud Gellium VI 10, 2* (aes militare quod aes a tribuno aerario miles accipere debebat) ‖ 10 *sqq. Cf. Gai. IV 27* (dicebatur autem ea pecunia quae stipendii nomine dabatur aes militare)*; Varro d. v. p. R. II apud Non. 532, 5* (stipendium appellabatur quod aes militi semenstre aut annuum dabatur)*; Dig. L 16, 27* | *Cf. Fest. $297^a$, 3* (stipem esse nummum signatum testimonio est et de eo quae datur stipendium militi et cum spondetur pecunia quod stipulari dicitur). *$313^b$, 17; Fest. Pauli 108, 16; Dig. L 16, 27; GL. I 109, 27* (in aeris significatione correpte stips dicitur)*; TG. s. v.* ‖ 14 *Cf. TG. s.* stipo ‖ 17 *sq. Cf. Isid. XVI 18, 8* (stipendium a stipe pendenda)*; v. ad 10 sqq.* ‖ 19 *sqq. Cf. Fest. Pauli 72, 9* (dispensatores dicti qui aes pensantes expendebant . . . hinc deducuntur expensa . . . item compendium, dispendium) *et 208, 4* (aere gravi . . . penso . . . debitum solvebant, unde etiam pensiones dictae)*; Plin. XXXIII 42 sq.* (adpendebatur assis . . . et adhuc expensa in rationibus dicuntur, item impendia et . . . dispensatores)*; Gai. I 122; Isid. X 67. XVI 25, 3*

1 inficiabatur | utrique *Laet,* (*$F^v$*) ‖ 2 pont⟨ific⟩em *Aug* ‖ 6 *del Ald cum $F^v$, ut vid* ‖ 10 *ante* hoc *dist Mue* ‖ 12 librae *Laet (cf. p. 52, 5)* ‖ 14 *sq.* stipa ab ΣΤΟΕΒΕ ‖ 17 milites: *corr Sciop* | stipendii: *corr Sciop;* stipend⟨iar⟩ii (*serv.* milites) *v* ‖ 20 *del Laet; an:* item (*pro* et in)*?*

compendium quod cum compenditur una fit; a quo usura, quod in sorte accedebat, impendium appellatum; quae cum accederet ad sortem usu[m], usura dicta, ut sors quod suum fit sorte. per trutinam solvi solitum: vestigium etiam nunc manet in aede Saturni, quod ea etiam nunc propter pensuram trutinam habet positam. ab aere aerarium appellatum.

184 37. ad vocabula quae pertinere sumus rati ea quae loca et ea quae in locis sunt satis ut arbitror dicta, quod neque parum multa sunt aperta neque, si amplius velimus, volumen patietur. quare in proximo, ut in primo libro *(§ 11 sq.)* dixi, quod sequitur de temporibus dicam.

---

2 *sq. Cf. Isid. V 25, 15* (usura . . . ab usu aeris crediti) | *Cf. VI 65; Fest. 297*$^{b}$*, 8 cum Paulo 296, 7* (sors . . . et quod cuique accidit in sortiendo) || 4 *Cf. Serv. Dan. in Aen. VIII 319. 322* (in aede ipsius Saturni aerarium)*; Serv. in Georg. II 502; Macr. I 8, 3; Plut. Poplic. 12; Qu. Rom. 42* || 5 *Cf. Isid. XV 5, 3. XVI 18, 5*

---

1 compendetur: *corr Laet* || 3 *del Ald* || 4 iam nunc et manet

M. TERENTI VARRONIS

# DE LINGVA LATINA

LIBER V EXPLICIT INCIPIT

## LIBER VI

1. origines verborum qua⟨e⟩ sunt locorum et ea quae in his in 1
priore libro scripsi. in hoc dicam de vocabulis temporum et earum rerum quae in agendo fiunt aut dicuntur cum tempore aliquo ut sedetur, ambulatur, loquontur; atque si qua erunt ex diverso genere adiuncta, potius cognationi verborum quam auditori calumnianti geremus morem. huius rei auctor satis mihi Chrysippus *(154 Arn.)* et 2
Antipater *(17 Arn.)* et illi in quibus, si non tantum acuminis, at plus litterarum, in quo est Aristophanes *(269 N.)* et Apollodorus *(hist. Gr. fragm. I p. 462 M.)*, qui omnes verba ex verbis ita declinari scribunt, ut verba litteras alia assumant, alia mittant, alia commutent, ut fit in turdo [in] turdario et turdelice. sic declinantes Graeci nostra nomina dicunt L[e]uci[en]um *Λεύκι[εν]ον* et Quin[c]tium *Κοΐντιον*, et ⟨nostri illorum⟩ *Ἀρίσταρχον* Aristarchum et *Δίωνα* Dionem; sic, inquam, consuetudo nostra multa declinavit [ut] a vetere ut ab †solu solum, ab loebeso liberum, ab lasibus lares: quae obruta vetustate ut potero eruere conabor.

---

8 *sqq. Cf. Quintil. I 6, 32* (iam illa minora in quibus maxime studiosi eius rei fatigantur, qui verba paulum declinata varie et multipliciter ad veritatem reducunt aut correptis aut porrectis aut adiectis aut detractis aut permutatis litteris syllabisve); *Orus apud Ritschelium Op. I 651 (cf. Heinicke de Quint. Sexti Asclep. arte gr. p. 44. 68)* ‖ 14 *Cf. Quint. I 4, 17* (non E quoque I loco fuit, ut . . . leber?); *Fest. Pauli 121, 1* (loebesum et loebertatem antiqui dicebant liberum et libertatem. Ita Graeci λοιβήν et λείβειν); *Serv. Dan. in Georg. I 7* (Sabini . . . Liberum Loebasium . . . quia Graece λοιβή dicitur res divina) | *Cf. Fest. Pauli 264, 6* (r pro s littera saepe antiqui posuerunt ut . . . lasibus pro . . . laribus); *Quint. I 4, 13* (lases fuerunt); *GL. I 548, 29* (*unde corrigendum 32, 22* sed legimus et las [*pro* lar] laris *confirmante additamento* sic uti mas [mar^s^ *N*] maris); *VII 13, 14* (lares quos lases); *anecd. Helv. 113, 29; TG. s.* lar (las laris) *et* hasenam

---

1 sint: *corr Rhol c. al.* | ea *om Laet c. al.* (eorum *vel* earum rerum *Sp.*) ‖ 5 *sq.* oremus ‖ 11 *seclusimus* [et ($F^v$)] | ·T· *i. e.* et (*ut saepius*) $F^v$ | *an:* turdella*?* (turdellis *Sciop: cf. Fest. 161^a, 13; Isid. XII 7, 71*) ‖ 12 leucienum leucienon: *corr Sp.* ‖ 12 Quintum *Κόιντον Sp.* | quinction | *suppl Sp. praeeunte* nos, illi (*post* Aristarchon) *Laeto* | Aristarchon ‖ 13 Diona ‖ 14 *del Popma* | *an:* ab helus⟨e⟩ olus (*cf. Fest. Pauli p. 100, 1*)*?* | libero: *corr Mue (cf. test.)* | liberam

3 2. dicemus primo de temporibus quam quae per ea fiunt, sed ita ut ante de natura eorum: ea enim dux fuit ad vocabula imponenda homini. tempus esse dicunt in⟨ter⟩vallum mundi [et] motus. id divisum in partes aliquot maxime ab solis et lunae cursu. itaque ab eorum tenore temperato tempus dictum, unde tempestiva; et a motu
4 eorum qui toto caelo coniunctus mundus. duo motus * * * casu venit, quo tempus id ab hoc deo dies appellatur. meridies ab eo quod medius dies. D antiqui, non R in hoc dicebant, ut Praeneste incisum in solario vidi. solarium dictum id, in quo horae in sole inspiciebantur, quod Cornelius in basilica Aemilia et Fulvia inumbravit. diei principium mane, quod tum manat dies ab oriente, nisi potius quod bonum antiqui dicebant manum, ad cuiusmodi religionem Graeci quo-

---

3 *Cf. V 12; Stob. Ecl. I 8, 42 (105, 8 W.) ex Apollodoro* (*χρόνος ἐστὶ τῆς τοῦ κόσμου κινήσεως διάστασις*): *cf. 104, 7. 105, 20. 106, 5 et v. Wilmanns 11, Reitzenstein 31 adn. 2* || 5 *sq. Cf. Fest. Pauli 143, 1* (mundus . . . . quia non alius est quam quod moveri potest); *Isid. XIII 1, 1* (latine a philosophis dicitur, quod in sempiterno motu sit); *aliter Varro sat. Men. frg. 420* (a puritia); *Censorin. d. d. n. 23, 2* || 7 *sq. Cf. Fest. Pauli 74, 7* (dies dictus quod divini sit operis sive ab Iove eius ut putabant rectore, qui graece *Δία* appellatur); *Macr. I 15, 14* (cum Iovem accipiamus lucis auctorem, unde . . . et Cretenses *Δία τὴν ἡμέραν* vocant, ipsi quoque Romani Diespitrem appellant ut diei patrem). *De* Iove *vel* Diespitre *quem commemoratum esse vult Reitzenstein 32, cf. praeterea ad 21, 11* || *Cf. Cic. or. 157* (meridiem cur non medidiem?); *Quint. I 6, 30* (meridiem an medidiem oporteat quaeritur); *Don. in Ad. V 3, 62* (meridiem veteres dixerunt quasi medidiem r pro d posita propter cognationem inter se harum litterarum); *Macr. I 3, 14* (ad meridiem hoc est ad medium diei); *idem in Somn. Scip. II 5, 19* (tamquam quidam medidies una mutata littera meridies nuncupatus est); *Non. 60, 18* (manifeste medius dies). *451, 5; Censorin. d. d. n. 24, 3* (meridies quod est medii diei nomen); *Isid. III 42, 3* (quod ibi sol facit medium diem). *V 30, 15. XIII 1, 6. XVII 7, 2; GL. II 35, 2* (d transit . . . in r . . . meridies). *137, 8* (pro medidies a medio die); *VII 71, 23* (meridiem pro medio die); *Ps. Augustin. Qu. vet. et n. test. 108, 5* (pro medidie meridie dicimus); *TG. s. v.* || 10 *Eodem spectare Plin. VII 215* (tunc Scipio Nasica collega Laenati primus aqua divisit horas aeque noctium ac dierum idque horologium sub tecto dicavit *e. q. s.*) *Canal coniecit. Cf. Censorin. d. d. n. 23, 7* (deinde aliquanto post P. Cornelius Nasica censor ex aqua fecit horarium, quod et ipsum ex consuetudine noscendi a sole horas solarium coeptum vocari) || 11 *sq. Cf. Fest.* $146^b$, *20* (*unde discimus* manos *Stilonem* bonos *interpretatum*) *et* $158^a$, *30 cum Paulo 159, 7* (manare solem antiqui dicebant cum solis orientis radii splendorem iacere coepissent, a quo et dictum putabant mane. alii dictum mane putant ab eo quod manum bonum dicebant); *Fest. Pauli 122, 4. 125, 14. 147, 13; Serv. in Aen. I 139* (= *Isid. V 30, 14. X 140; cf. VIII 11, 100*); *Serv. Dan. in Aen. I 110; Serv. in Aen. II 268. III 63; Macr. I 3, 13* (mane autem dictum aut quod ab inferioribus id est a manibus exordium lucis emergat aut, quod verius mihi videtur, ab omine boni nominis. nam et Lanuvini mane pro bono dicunt); *Non. 66, 8; GL. V 250, 8* (quoniam dies tunc primum per totum effluit, quando nascitur, appellatur mane, quasi quod emanet et effluat). *Cf. Kriegshammer 102*

---

1 prius de *Sp.* || 3 *add Laet* | *del Turn* || 5 motu *vel* motor (*sic* $F^v$) || 6 *lac sign Popma et Sciop, quo duce* ⟨ab ortu ad oc⟩casu⟨m⟩ venit *suppl Reitzenstein* || 11 cum

que cum lumen affertur, solent dicere φῶς ἀγαθόν. suprema summum 5
diei, id ab superrimo. hoc tempus XII tabulae *(I 9 Schoell)* dicunt
occasum esse solis; sed postea lex Plaetoria id quoque tempus esse
iubet supremum quo praetor in comitio supremam pronuntiavit po-
pulo. secundum hoc dicitur crepusculum a crepero: id vocabulum
sumpserunt a Sabinis, unde veniunt Crepusci nominati Amiterno, qui
eo tempore erant nati, ut Luci⟨i⟩ prima luce in Reatino; crepusculum
significat dubium; ab eo res dictae dubiae creperae, quod crepusculum
dies etiam nunc sit an iam nox multis dubium. nox, quod, ut Catulus 6
*(Funai. p. 123; Pacuv. 14 R.)* ait, ʻomnia nisi interveniat sol pruina
obriguerint', quod nocet, nox, nisi quod graece νύξ nox. cum stella
prima exorta (eum Graeci vocant ἕσπερον, nostri vesperuginem ut
Plautus *[Amph. 275]*: ʻneque vesperugo neque vergiliae occidunt') id
tempus dictum a Graecis ἑσπέρα, latine vesper; ut ante solem ortum
quod eadem stella vocatur iubar, quod iubata, Pacui *(347 R.)* dicit

---

1 *sqq. Cf. VII 51; Fest. 305ᵇ, 27 cum Paulo 304, 11; Censorin. d. d. n. 24, 3* (hinc suprema, quamvis plurimi supremam post occasum solis esse existimant, quia est in XII tabulis scriptum sic: ʻsolis occasus suprema tempestas esto'; sed postea M. Plaetorius tribunus plebiscitum tulit, in quo scriptum est: ʻpraetor urbanus qui nunc est quique posthac fuat' *e. q. s. ex Varronis libris antiq. hum., ut videtur: cf. R. Schoell ʻXII tab.' 3 adn. 2*); *Gell. XVII 2, 10; Macr. I 3, 14* (suprema tempestas, hoc est diei novissimum tempus); *Plin. VII 212; Isid. V 30, 16; TG. s.* supremus (quando sol ad occasum suppremitur) ‖ 7 *sq. Cf. IX 60; Fest. Pauli 119, 15* (Lucius praenomen est eius qui primum fuit, quia oriente luce natus est) *et 148, 16; de praen. 5 = p. 590, 1 Kempf* | *Cf. VII 77; Fest. Pauli 52, 18 (locus contractus) et 71, 12; Non. 13, 11* (crepera res proprie dicitur dubia, unde et crepusculum dicitur lux dubia); *Serv. in Aen. II 268* (de crepusculo vero, quod est dubia lux — nam creperum dubium significat . . . quaeritur); *Censorin. d. d. n. 24, 5* (crepusculum sic fortasse appellatum, quod res incertae creperae dicuntur idque tempus noctis sit an diei incertum est *ex Varrone, ut videtur*); *Serv. Dan. in Aen. III 587; Macr. I 3, 12; TG. s.* noctis partes *et* creperae res *et* creperum; *Isid. V 31, 7 et N. R. II 2* ‖ 9 *sqq. Cf. Serv. in Aen. I 89* (nox dicta quod oculis noceat) = *Isid. V 31, 1; GL. I 92, 20* (nox . . . noctis idcirco quia graece νύξ νυκτός declinatur) = *II 280, 3; Suet. p. 159 R.* ‖ 12 *Cf. VII 50; Fest. Pauli 368, 16* (vesperugo vesper stella); *Quint. I 7, 12* (in pulvinari Solis . . . vesperug, quod vesperu[gine]m accipimus [*del Vollmer*]); *Censorin. d. d. n. 24, 4 (ex Varrone, ut vid.); Augustin. d. c. d. XXI 8 (ex Varrone d. g. p. R.); Suet. p. 159 R.; Mart. Cap. VIII 883; GL. VI 344, 650; TG. s.* vesperugo *et* hesperus (stella quae primo sero apparet) ‖ 14 *Cf. Macr. I 3, 15* (vespera, quod a Graecis tractum est: illi enim ἑσπέραν a stella Hespero dicunt); *Serv. in Aen. I 374; Lact. Plac. in Stat. Theb. V 250; Isid. V 31, 5 et N. R. II 3. XXVI 12; TG. s.* vesper *et* noctis partes ‖ 15 *Cf. VII 76; Fest. Pauli 104, 2* (quod splendor eius diffunditur in modum iubae leonis); *Serv. in Aen. IV 130 = Isid. III 71, 18; TG. s. v.* (quod in modum iubarum radii . . . extenduntur)

---

1 ΦΟϹΑΓΑΘΟΝ ‖ 3 prętoria ‖ 4 praeco *Urs (cf. test.)* ‖ 6 sauinis | ⟨in⟩ Amiterno *Sp.* ‖ 7 *add Laet* | in reatione *vel* in creatione [*sic* (*F*ᵛ)]: *corr Mue (proximis adiungens)* ‖ 9 Pacuius *Ribbeck cum Scal* (Pacuvius), *recte ut vid* ‖ 12 hesperon ‖ 14 hespera ‖ 15 pacui *vel* pacuuius (*sic F*ᵛ: Pacuvianus *Vict*)

pastor: 'exorto iubare, noctis decurso itinere'; Enni[us] Aiax *(336 R.)*:
7 'lumen iubarne in caelo cerno?' inter vesperuginem et iubar dicta nox intempesta, ut in Bruto Cassii *(Acc. praet. 41 R.)* quod dicit Lucretia: 'nocte intempesta nostram devenit domum'. intempestam Aelius *(Funai. p. 60)* dicebat cum tempus agendi est nullum, quod alii †inconcubium appellarunt *(Funai. p. 115)*, quod omnes fere tunc cubarent; alii ab eo quod sileretur silentium noctis, quod idem Plautus *(Asin. 685)* tempus conticinium: scribit enim 'uidebimus, factum volo. redito conticinio'.

8 alter motus solis est, [alter caeli] quod movetur a bruma ad solstitium. dicta bruma, quod brevissimus tunc dies est; solstitium, quod sol eo die sistere videbatur aut quod ad nos versum †proximum est solstitium; cum venit in medium spatium inter brumam et solstitium, quod dies aequus fit ac nox, aequinoctium dictum. tempus a

---

4 *Cf VII 72; Fest. Pauli 110, 19; Censorin. d. d. n. 24, 5* (id est multa nox, qua nihil agi tempestivum *ex Varr., ut vid.*)*; Macr. I 3, 15* (quae non habet idoneum tempus rebus gerendis)*; Serv. in Aen. III 587* (inactuosa, carens actibus, per quos tempora dinoscimus *e. q. s.*) = *Isid. V 31, 9 sq. et N. R. II 3; Serv. Dan. in Aen. XII 846; GL. VII 275, 1; TG. s. v.* ‖ 6 *Cf. VII 78; Censorin. d. d. n. 24, 6* (cum itum est cubitum)*; Serv. Dan. in Aen. III 587* (quo nos quieti damus)*; Non. 91, 19* (primi somni)*; TG. s.* concubia (cum omnes cubant) ‖ 7 *Cf. Fest. 348ª, 29; TG. s.* intempesta (vel omnino silentium media nocte) ‖ 8 *Cf. VII 79; Suet. p. 160 R.; Serv. in Aen. II 268 (ex Varrone, sed non ex h. l.) = Isid. V 31, 8 et N. R. II 3; Serv. Dan. in Aen. III 587* (post cantum gallorum silentium)*; Non. 62, 19* (quo omnia quiescendi gratia conticescunt)*; Censorin. d. d. n. 24, 2* (cum conticuerunt *ex Varrone, sed non ex h. l.*)*; Macr. I 3, 12* (conticuum, cum et galli conticescunt et homines etiamtum quiescunt)*; TG. s. v.* ‖ 11 *Cf. Vitr. IX 3, 3* (a brevitate diurna)*; Plin. II 151; Fest. Pauli 31, 14* (a brevitate dierum [*antea* breve a Graeco descendit quod est βραχύ])*; Serv. in Aen. II 472* (quasi βραχὺ ἦμαρ id est brevis dies*: cf. additam. in Georg. I 211*) = *Macr. I 21, 15 et Isid. V 35, 6; Lyd. d. mens. IV 158 = 174, 4 W.* (καὶ βροῦμαν αὐτὴν πατρίως ὠνόμασαν οἱονεὶ βραχὺ ἦμαρ)*; TG. s. v.* ‖ 12 *Cf. IX 25; Isid. V 34, 1* (quasi solis statio, quod tunc sole stante crescant dies vel noctes)*; Serv. in Georg. I 100 = Isid. V 34, 2 (cf. N. R. VIII 2); GL. V 452, 22* (solsto solstitium)*; Macr. in Somn. Scip. II 7, 10* (constat . . . solem neque sursum ultra Cancrum neque ultra Capricornum deorsum meare, sed cum ad tropicorum confinia pervenerit, mox reverti, unde et solstitia vocantur)*; TG. s. v.* (quia dicitur in ipso die uno momento sol quasi stare *vel* sol crescere*, ubi* sistere *fortasse verum est vel* consistere) ‖ 14 *Cf. Mart. Cap. VIII 820* (mensuram noctis lucis aequalitate compensat)*; Isid. V 34, 1* (quod tunc dies et nox horarum spatio aequali consistunt) = *N. R. VIII 2*

---

1 partor *vel* pactor *vel* pastor [*sic* ($F^v$)] | *del Vahlen cum Laet* (Ennii) *vel* Enni⟨an⟩us *corr* ‖ 2 iubarne *vel* iubarue [*sic* ($F^v$)] ‖ 3 Accii *Vict, vix recte (cf. VII 22)* | dicit *vel* dicebat [*sic* ($F^v$)] ‖ 6 in *del Laet; an:* ut ⟨Plautus⟩ *(Trin. 866)? cf. VII 78 et* idem Plautus *quod sequitur* | omnes fere (*sic F*$^v$) *vel* fere omnes ‖ 8 conticinnium *f* | uidebitur *Plautus* ‖ 9 redito huc *Plautus: cf. VII 72* (ad reditum *F*) | conticinnio *f* ‖ 10 *secl Sciop* ‖ 12 *sq.* proximus est ⟨sol⟩, solstitium *Sp.*, proximum est solstitio *Ellis*

bruma ad brumam dum sol redit, vocatur annus, quod ut parvi circuli
anuli, sic magni dicebantur circites ani, unde annus. huius temporis 9
pars prima hiems, quod tum multi imbres; hinc hibernacula, hiber-
num vel, quod tum anima quae flatur omnium apparet, ab hiatu hiems.
tempus secundum ver, quod tum virere incipiunt virgulta ac vertere
se tempus anni; nisi quod Iones dicunt ἦρ ver. tertium ab aestu
aestas; hinc aestivum, nisi forte a graeco αἴθεσθαι. quartum autum- 10
nus * * * ab sole, sic[ut] mensis a lunae motu dictus, dum ab sole
profecta rursus redit ad eum. luna, quod graece olim dicta μήνη,
unde illorum μῆνες, ab eo nostri. a mensibus intermestris dictum,
quod putabant inter prioris mensis senescentis extremum diem et
novam lunam esse diem, quem diligentius Attici ἕνην καὶ νέαν ap-
pellarunt ab eo quod eo die potest videri extrema et prima luna.
lustrum nominatum tempus quinquennale a luendo, id est solvendo, 11
quod quinto quoque anno vectigalia et ultro tributa per censores per-
solvebantur. seclum spatium annorum centum vocarunt, dictum a

---

1 *sq. Cf. Fest. Pauli 6, 15; Serv. in Aen. I 269* (quasi anus, id est anulus, quod in se redeat) *et V 46. 85; Isid. V 36, 1 (v. XIX 32, 1) = N. R. VI 2* (quasi anum dici quidam putant, id est circulum, unde et anuli dicti sunt diminutive)*; Lyd. de mens. III 5 = 39, 1 W.; Macr. I 14, 5* (Ateius Capito annum a circuitu temporis putat dictum, quia veteres an pro circum ponere solebant, ut . . . ambire dicitur pro circumire)*; Augustin. hept. II 132* (anulus vel circulus)*; TG. s. v.* (rotunditas) ‖ 3 *sq. Huc spectat additamentum* sic et Varro *ad Serv. in Aen. I 122* (hiems duas res significat aut tempus aut vim venti) | *Cf. V 61. 162; GL. II 81, 15* (ab hieme quoque vel imbre hibernus fit) = *VII 180, 10* ‖ 5 *sq. Cf. GL. VI 344, 654* (ἦρ enim nativa vox est: ille ver hoc dictitat)*; Isid. V 35, 3* (ver autem dictum, quod viret) ‖ 6 *sq. Cf. Serv. in Aen. II 706* (aestus id est calorem. unde etiam aestas dicitur) = *Isid. V 35, 4; GL. VII 521, 21; TG. s. v.; Serv. in Georg. III 472* (aestiva . . . loca . . . quibus per aestatem pecora vitant solis calorem) = *Isid. XIV 8, 37* ‖ 7 *sq. Cf. Fest. Pauli 23, 11* (quod tunc maxime augeantur hominum opes, coactis agrorum fructibus)*; Isid. V 35, 5* (a tempestate vocatur, quando et folia arborum cadunt et omnia maturescunt) ‖ 8 *sq. Cf. Macr. in Somn. Scip. II 11, 6* (et a luna mensis dicitur, quia Graeco nomine luna μήνη vocatur) = *Isid. V 33, 1* ‖ 10 *sqq. Cf. Varro d. r. r. I 37, 1* (intermenstrium, [e] quo die dicitur luna esse extrema et prima; a quo eum diem Athenis appellant ἕνην καὶ νέαν [cenen cęnean]). *Adde Plut. Sol. XXV; schol. Aristoph. Ach. 172 et Hes. Op. et D. 410, al.* ‖ 14 *sq. Cf. Fest. Pauli 120, 10* (nunc tempus quinquennale)*; Serv. in Aen. I 283* (quod post quinquennium unaquaeque civitas lustrabatur*: cf. in VIII 183*) = *Isid. V 37, 2 et N. R. VI 6; GL. I 554, 18; Lyd. d. mens. III 22 = 61, 10 W.* (εἰς τὸ λεγόμενον αὐτοῖς λοῦστρον τουτέστιν εἰς τὴν πενταετηρίδα)*; TG. s. v.* | *Cf. VI 79. VIII 36; Varro Sat. Menipp. 100 Buech.* (quoniam est luere solvere)*; Serv. in Aen. I 136; TG. s. v., al.* ‖ 15 ultro tributa] *cf. Liv. XXXIX 44, 7. XLIII 16, 2; lex Iul. munic. c. 18* ‖ 16 *sq. Cf. Fest.* $329^b$*, 15 cum Paulo 328, 3* (seculum centum annos extendi existimabant)*; Serv. in Aen. VIII 508 et additam. in Buc. IV 5* (quidam centum annorum definiunt)*; TG. s. v.*

---

3 *sq.* hibern. (*bis*) *vel* (*bis*) ibern. [*sic* ($F^v$)] ‖ 5 uiuere: *corr Ald (cf. test.)* ‖ 6 et: *corr Sp. duce Vict* (ἔαρ)*: cf. test.* ‖ 7 αἴθεσθαι *(sic* $F^v$*) vel* ЄΘЄCTЄ ‖ 8 *lac sign v (cf. test.)* ‖ 9 *post* eum *dist Sp.* | mene: *corr Ald* ‖ 10 menes | dictum *vel* dictus [*sic* ($F^v$)] ‖ 12 menencenean: *corr Vict (cf. test.)*

sene, quod longissimum spatium senescendorum hominum id putarunt. aevum ab aetate omnium annorum (hinc aeviternum, quod factum est aeternum): quod Graeci *αἰῶνα*, id ait Chrysippus *(163 Arn.)* esse ⟨ἀ⟩ε⟨ὶ⟩ *ὄν*. ab eo Plautus *(Truc. 22)* 'non omnis aetas ad perdiscendum est satis', hinc poetae 'aeterna templa caeli [celi]'.

12 3. a⟨d⟩ naturale discrimen civilia vocabula die⟨ru⟩m accesserunt. dicam prius qui deorum causa, tum qui hominum sunt instituti. dies Agonales per quos rex in regia arietem immolat, dicti ab 'agon', eo quod interrogatur a principe civitatis et princeps gregis immolatur.

13 Carmentalia nominantur quod sacra tum et feriae Carmentis. Lupercalia dicta, quod in Lupercali Luperci sacra faciunt. rex cum ferias menstruas nonis februariis edicit, hunc diem februatum appellat; februm Sabini purgamentum, et id in sacris nostris verbum: nam et Lupercalia februatio, ut in antiquitatum libris demonstravi. Quirinalia a Quirino, quod ⟨e⟩i deo feriae et eorum hominum, qui Furnacalibus

---

2 *sq. Cf. Fest. Pauli 13, 3* (aevum . . . quod graece *αἰών* vocatur)*; Augustin. d. c. d. XVI 26; Isid. V 38, 4; TG. s.* aevum *et* aeternus *et* aeviternus*; GL. II 81, 6* (aeternus. antiqui . . . aeviternus dicebant ab aevo) ‖ 4 *Cf. Aristoteles de caelo I 9 = 279, 27* ‖ 7 *sqq. Cf. § 14; Fest. Pauli 10, 5* (agonium dies appellatur quo rex hostiam immolabat . . . Agonium etiam putabant deum dici praesidentem rebus agendis, Agonalia eius festivitatem *e. q. s*). *8, 11* (agonias hostias putabant ab agendo dictas*: haec ex libris de antiqu., ut videtur, quibus et Varro hic usus est*)*; Ovid. Fast. I 317 sq.* (nominis esse potest succinctus causa minister . . . qui . . . semper agatne rogat nec nisi iussus agit *e. q. s. cf. V 721*)*; Seneca contr. II 3 (11), 19* (filius . . . cervicem porrigat, carnifex manum tollat, deinde respiciat ad patrem et dicat 'agon?' quod fieri solet victumis)*; Plut. Symp. VIII 8, 3 p. 729 F* (*ἔρδειν μὲν ἐκάλουν καὶ ῥέζειν, ὥς τι μέγα δρῶντες τὸ θύειν ἔμψυχον· ἄχρι δὲ νῦν παραφυλάττουσιν ἰσχυρῶς τὸ μὴ σφάττειν πρὶν ἐπινεῦσαι κατασπενδόμενον*)*; TG. s.* agonia*; v. Wissowa 'Ges. Abh.' 169 adn.* ‖ 10 *sqq. Cf. Ovid. Fast. I 462 sqq.; GL. I 33, 27. 544, 29. 550, 2; Plut. Rom. 21* | *Cf. § 34; Fest. Pauli 85, 15* (eiusque [*scil.* mensis] feriae erant Lupercalia, quo die mulieres februabantur a lupercis . . . is quoque dies februatus appellabatur. quaecumque denique purgamenti causa in quibusque sacrificiis adhibentur, februa appellantur: id vero quod purgatur, dicitur februatum)*; GL. V 500, 35; Censorin. d. d. n. (ex Varronis libris de antiqu.) 23, 14* (est februum quidquid piat purgatque et februamenta purgamenta)*; Macr. I 13, 3; Varro d. v. p. R. apud Non. 114, 18; Plut. Qu. Rom. 68; Num. 19. Rom. 21; Lyd. d. mens. IV 25 = 83, 11 W.; Serv. in Georg. I 43; Serv. Dan. in Aen. VIII 343; Augustin. contra Faust. 185 = Isid. V 33, 4; Mart. Cap. I 149; Ovid. Fast. II 19 sq. 267 sqq.; TG. s.* Februa, februare, Februarius, Februs, februatum ‖ 14 *sq. Cf. Fest.* $254^b$*, 3* (Quirinalia mense Februario dies quo Quirini fiunt sacra. idem stultorum . . . quod qui d⟨i⟩em suorum fornacalium sacrorum cognominant eo potissimum rem divinam faciunt). $317^b$*, 12 sqq. cum Paulo 316, 7.* $253^a$*, 13 (cf. ad § 25). Paul. 83, 8. 93, 11; Ovid. Fast. II 513 sqq.; Plut. Qu. R. 89*

---

1 putarunt *vel* putant [*sic* ($F^v$)] ‖ 3 *αἰῶνα* (*sic* $F^v$) *vel* ΑΕΟΝΑ ‖ 4 ΕΟΝ: *corr Turn* ‖ 5 sat est *Plautus* | *del Laet* ($F^v$) ‖ 6 a naturali discrimine: *correximus* (ad *cum Sciop*) | *add Sciop* ‖ 7 qui deorum (*sic* $F^v$) *vel* quid eorum | sunt *vel* sint [*sic* ($F^v$)] ‖ 8 diti *vel* dicti [*sic* ($F^v$)] | agoneo *vel* agone [*sic* ($F^v$)]: *corr Ald* ‖ 9 *post* interrogatur *nonnulla deesse videntur (v. adn.)* | 10 sacratum: *corr Laet* ($F^v$) ‖ 13 februum ($F^v$) | non et: *corr Ald* ‖ 15 ideo

suis non fuerunt feriati. Fer[i]alia ab inferis et ferendo, quod ferunt tum epulas ad sepulcrum quibus ius [s]ibi parentare. Terminalia, quod is dies anni extremus constitutus: duodecimus enim mensis fuit Februarius et cum intercalatur inferiores quinque dies duodecimo demuntur mense. Ecurria ab equorum cursu: eo die enim ludis currunt in Martio campo. Liberalia dicta, quod per totum oppidum eo die sedent 14
sacerdotes Liberi anus hedera coronatae cum libis et foculo pro emptore sacrificantes. in libris Saliorum quorum cognomen Agonensium *(frg. inc. 2 p. 351 Maurenbr.)* forsitan hic dies ideo appelletur potius Agonia. Quinquatrus: hic dies unus ab nominis errore observatur proinde ut sint quinque dictus; ut ab Tusculanis post diem sextum idus similiter vocatur sexatrus et post diem septimum septimatrus, sic hic, quod erat post diem quintum idus quinquatrus. dies tubulustrium appellatur, quod eo die in atrio sutorio sacrorum tubae lustrantur. Megalesia dicta a Graecis, quod ex libris Sibyllinis arcessita 15

1 *sq. Cf. Fest. Pauli 85, 11* (dies manibus sacrata festa a ferendis epulis vel a feriendis pecudibus appellata); *Macr. I 4, 14* (Varro Feralium diem ait a ferendis in sepulchra epulis dici. non dixit Feraliorum: *ubi locum parallelum ex libris divinarum rerum, ut videtur, respexit, non hunc locum, ut cum aliis opinabatur Eyssenhardt*); *Ovid. Fast. II 569 sqq.* ‖ 4 *Cf. Macr. I 13, 15* (Romani non confecto Februario, sed post vicesimum et tertium eius diem intercalabant Terminalibus scilicet iam peractis. deinde reliquos Februarii mensis dies qui erant quinque post intercalationem subiungebant *e. q. s.*); *Censorin. d. d. n. 20, 6; Ovid. Fast. II 50. 639 sqq.; TG. s. v.* ‖ 5 *Cf. Fest. Pauli 81, 12* (Equirria ludi quos Romulus Marti instituit per equorum cursum, qui in campo Martio exercebantur). *131, 13* (Martialis campus in Caelio monte dicitur, quod in eo Equirria solebant fieri, si quando aquae Tiberis campum Martium occupassent); *Ovid. Fast. II 859* (Marsque citos iunctis curribus urget equos: ex vero positum permansit Equiria nomen, quae deus in campo prospicit ipse suo) *et III 519; Tertull. d. spect. 5* (Ecurria ab equis Marti Romulus dixit) ‖ 6 *sq. Cf. Fest. Pauli 116, 6 (v. 102, 16); Ovid. Fast. III 761 sqq. 725 sq.* ‖ 8 *sqq. Cf. ad § 12; Dionys. Hal. II 70; Ovid. Fast. V 721 (et I 325)* | *Cf. Masurius Fast. II apud Macr. I 4, 15* (Liberalium dies a pontificibus agonium Martiale appellatur) ‖ 10 *sqq. Cf. § 17; Fest. 254ᵇ, 31* (quinquatrus appellari quidam putant a numero dierum . . . qui scilicet errant . . . forma autem vocabuli . . . quod post diem quintum iduum est is dies festus, ut apud Tusculanos triatrus et sexatrus et septematrus et Faliscos decimatrus); *Ovid. Fast. III 809 sq.* (una dies . . . nominaque a iunctis quinque diebus habent); *GL. I 81, 20; Gell. II 21, 7; Porphyr. in Hor. ep. II 2, 197; schol. in Iuv. X 115; TG. s.* quinquatria ‖ 13 *sq. Cf. Fest. 352ᵃ, 21* (⟨tubilustria⟩ quibus diebus adscriptum in ⟨fastis est in atr⟩io sutorio agna tubae ⟨lustrabantur, quos⟩ tubos appellant); *fast. Praen. CIL. I² 234 (cf. 313)* (hic dies appellatur ita quod in atrio sutorio tubi lustrantur quibus in sacris utuntur); *Ovid. Fast. III 849. V 725 sq.* (lustrantur purae quas facit ille tubae) ‖ 15 *sq. Cf. Fest. Pauli 125, 1 et Fest. 262ᵃ, 25; fast. Praen. CIL. I² 235 (cf. 314)* (Megalesia vocantur quod ea dea Megale appellatur); *Ovid. Fast. IV 357 sqq.; Liv. XXIX 14; Strabo XII p. 567*

1 *del Ald* ‖ 5 equiria *Laet (v. test. et adn.)* | ludis *om* ($F^v$) ‖ 6 *sq. an:* sedent ⟨ut⟩ sacerdotes Liberi anus*? cf. Ov. fast. III 763 sqq.* ‖ 9 appelletur (*sic* $F^v$) *vel* appellatur ‖ 12 *sq.* septematruus sit: *corr Laet* ‖ 13 *sq.* tubilustrum *v* ‖ 14 tubi *fast. Praen. (cf. V 117 et test.)* ‖ 15 arcessita *vel* accersita [*sic* ($F^v$)]

ab Attalo rege Pergama; ibi prope murum Megalesion, id est templum eius deae, unde advecta Romam. Fordicidia a fordis bubus; bos forda quae fert in ventre; quod eo die publice immolantur boves praegnantes in curiis compluris, a fordis caedendis Fordicidia dicta. Palilia
16 dicta a Pale, quod ei feriae, ut Cerialia a Cerere. Vinalia a vino; hic dies Iovis, non Veneris. huius rei cura non levis in Latio: nam aliquot locis vindemiae primum ab sacerdotibus publice fiebant, ut Romae etiam nunc: nam flamen Dialis auspicatur vindemiam et ut iussit vinum legere, agna Iovi facit, inter cuius exta caesa et proiecta flamen †porus vinum legit. in Tusculanis hortis est scriptum: 'vinum novum ne vehatur in urbem ante quam Vinalia kalentur'. Robigalia dicta ab Robigo; secundum segetes huic deo sacrificatur, ne robigo occupet
17 segetes. dies Vestalia ut virgines Vestales a[ut] Vesta. Quinquatrus minusculae dictae Iuniae idus ab similitudine maiorum, quod tibicines tum feriati vagantur per urbem et conveniunt ad aedem Minervae. dies Fortis Fortunae appellatus ab Servio Tullio rege, quod is fanum Fortis Fortunae secundum Tiberim extra urbem Romam dedicavit Iunio
18 mense. dies Poplifugia videtur nominatus, quod eo die tumultu repente fugerit populus: non multo enim post hic dies quam decessus Gallorum ex urbe, et qui tum sub urbe populi, ut Ficuleates ac Fidenates et finitimi alii, contra nos coniurarunt. aliquot huius d⟨i⟩ei vestigia fugae

---

2 *sq. Cf. Fest. Pauli 83, 13* (boves fordae id est gravidae immolabantur, dictae a fetu). *102, 15 (= d. r. r. II 5, 6); Ovid. Fast. IV 629 sqq.; Serv. Dan. in Aen. II 140; TG. s.* forda ‖ 4 *sq. Cf. Fest. Pauli 222, 12; Fest.* $237^b$*, 22 cum Paulo 236, 5.* $245^b$*, 34; Ovid. Fast. IV 721 sqq.; GL. I 58, 21; VI 25, 23; Serv. et Prob. in Georg. III 1; schol. Pers. I 72; Polem. Silv. CIL.* $I^2$ *315* ‖ 5 *sq. Cf. Dionys. Hal. VI 17; TG. s.* Cerealis*; GL. I 33, 28* | *Cf. § 20; Fest. Pauli 374, 12. 65, 13; Plin. XVIII 287; Ovid. Fast. IV 863 sqq.; Macr. I 4, 6 (ex Masurio fastorum II:* Vinaliorum dies . . . Iovi sacer est, non ut quidam putant Veneri)*; fast. Praen. CIL.* $I^2$ *316* ‖ 9 *Cf. § 31; Macr. III 2, 3* ‖ 11 *Cf. Varro d. r. r. I 1, 6; Fest. Pauli 267, 1; Ovid. Fast. IV 907 sqq.; Plin. XVIII 285; fast. Praen. CIL.* $I^2$ *316; Gell. V 12, 14; Tertull. d. spect. 5; Serv. in Georg. I 151 (cum additam.); Colum. X 342 sq.* ‖ 13 *sq. Cf. Ovid. Fast. VI 249 sqq.; additam. ad Serv. in Buc. VIII 82; TG. s. v.* | *Cf. Fest.* $149^a$*, 22* (minusculae quinquatrus appellantur idus Iun., quod is dies festus est tibicinum, qui colunt Minervam)*; Censorin. d. d. n. 12, 2* (Quinquatribus minusculis . . urbem vestitu quo vellent personatis temulentisque pervagari)*; Ovid. Fast. VI 651 sqq.; Valer. Max. II 5, 4* ‖ 16 *Cf. Dionys. Hal. IV 24, 7; Ovid. Fast. VI 773 sqq.* ‖ 18 *Cf. Macr. I 11, 36 sq. et III 2, 14; Dionys. Hal. II 56; Plut. Rom. 29. Cam. 33; Ovid. art. am. II 257*

---

1 in templum: *correximus* (id̄ = id est)*;* [in] *Scal* ‖ 5 et feriae: *corr Vict* ‖ 9 porrecta *v, recte ut vid (cf. Cic. ad Att. V 18, 1): quo spectat fortasse* porus *ut correctura male intellecta* (prius *Ellis.* primus *Mue.* praecinctus *Usener*) ‖ 10 sortis: *corr Sp. (cf. § 20);* portis *Bergk* ‖ 11 calentur | robicalia: *corr Laet* (Rubig.) ‖ 13 *del Sp.; an:* ab Vesta*?* | quinquatrus (*sic* $F^v$) *vel* quinquatriis ‖ 15 cum: *corr Laet* ‖ 16 quod is *vel* quod dis*; an:* quo is*?*

in sacris apparent, de quibus rebus antiquitatum libri plura referunt.
nonae Caprotinae, quod eo die in Latio Iunoni Caprotinae mulieres
sacrificantur et sub caprifico faciunt; e caprifico adhibent virgam.
cur hoc, togata praetexta data eis Apollinaribus ludis docuit populum. 19
Neptunalia a Neptuno: eius enim dei feriae. Furrinalia ⟨a⟩ Furrina[e],
quod ei deae feriae public⟨a⟩e dies is; cuius deae honos apud antiquos: nam ei sacra instituta annua et flamen attributus; nunc vix
nomen notum paucis. Portunalia dicta a Portuno, cui eo die aedes
in portu Tiberino facta et feriae institutae. Vinalia rustica dicuntur 20
ante diem XIV Kalendas Septembres, quod tum Veneri dedicata aedes
et ⟨h⟩orti ei deae dicantur ac tum sunt feriati olitores. Consualia
dicta a Conso, quod tum feriae publicae ei deo et in circo ad aram
eius ab sacerdotibus ludi illi, quibus virgines Sabinae raptae. Volcanalia a Volcano, quod ei tum feriae et quod eo die populus pro se
in ignem animalia mittit. Opeconsiva dies ab dea Opeconsiva, cuius 21
in regia sacrarium quod ideo †actum, ut eo praeter virgines Vestales
et sacerdotem publicum introeat nemo. ʻis cum eat, suffibulum [a]ut
habeat' scriptum. (id diciturne ab suffiendo subligaculum?) Volturnalia
a deo Volturno, cuius feriae tum. Octobri mense Meditrinalia dies

2 *sq. Cf. Macr. I 11, 36 sqq.; Plut. Cam. 33; Rom. 29; Polyaen. VIII 30; Auson. d. fer. 9* || 5 *sqq. Cf. TG. s.* Neptun. | *Cf. V 84. VII 45; Cic. d. n. d. III 46; Fest. Pauli 88, 16* (Furnalia sacra Furinae quam deam dicebant)*; Mart. Cap. II 164* (Fura Furinaque) || 8 *sq. Cf. Cic. d. n. d. II 66* (Portunus a portu)*; Fest. 242*[a]*, 1 cum Paulo 243, 1 et 56, 5; Serv. in Aen. V 241 et schol. Veron.* (Portunus, ut Varro ait, deus por⟨tuum porta⟩rumque praeses: quare huius dies festus Portunalia e. q. s.)*; Ovid. Fast. VI 547* || 9 *sq. Cf. § 16; d. r. r. I 1, 6 et Non 8, 1 = sat. Men.* Vinalia *περὶ Ἀφροδισίων; Fest. 265*[a]*, 28 cum Paulo 264, 5* (rustica Vinalia appellantur mense Augusto XIV Kal. Sept. . . . eodem autem die Veneri templa sunt consecrata . . . quia in eius deae tutela sunt horti). *289*[b]*, 10; Plin. XVIII 289* (Vinalia altera quae aguntur a. d. XIV Kal. Sept.) *et XVIIII 50* (hortos tutelae Veneris adsignante Plauto)*; Plut. Qu. R. 45; Ovid. Fast. IV 863. 877* || 11 *sq. Cf. Cic. d. rep. II 12; Dionys. Hal. II 31; Plut. Rom. 14; Fest. Pauli 41, 15; Ovid. Fast. III 199 sqq.; Liv. I 9; Serv. in Aen. VIII 636; Tertull. d. spect. 5; ad nat. II 11; Pseudascon. p. 142, 22 sqq. Or.; Augustin. d. civ. d. IV 11; Arnob. p. 127, 12; TG. s.* Consus || 13 *sq. Cf. TG. s.* Vulcanalia || 15 *sq. Cf. Fest. 186*[b]*, 25. 249*[b]*, 14; Macr. III 9, 4* || 17 *Cf. Fest. 348*[a]*, 25 cum Paulo 349, 8* || 18 *sq. Cf. Fest. Pauli 379, 2* (Volturnalia Volturno suo deo sacra faciebant) || 19 *sqq. Cf. Fest. Pauli 123, 15* (mos erat . . . dicere ominis gratia: vetus novum vinum bibo, veteri novo morbo medeor. a quibus verbis etiam Meditrinae deae nomen conceptum eiusque sacra Meditrinalia dicta sunt)*; adde Plut. Symp. II 7, 1 (655 E) de Atheniensibus* (*καὶ πάλαι γ' ὡς ἔοικεν εὔχοντο, τοῦ οἴνου πρὶν ἢ πιεῖν ἀποσπένδοντες, ἀβλαβῆ καὶ σωτήριον αὐτοῖς τοῦ φαρμάκου τὴν χρῆσιν γενέσθαι*)

3 sacrificant *Laet* (*F*[v]) || 4 *an:* Togata (*cf. adn. ad V 25*)*?* || 5 die: *corr Vict* || 6 *add Ald c. al.* || 10 XII: *corr Aug (v. test)* || 11 dicuntur: *corr Mue c. al.* || 15 ab ea *fM* | Opic. (*non* Opec.) *calendaria.* Opem consiviam (dixerunt) *Macr.* | cuius [*sic* (*F*[v])] *vel* quoius || 16 quod ideo artum *Canal.* quo de sanctum *Huschke; an:* quod adeo artum*?* || 17 *del Sp.* (haut *Laet c. al.*) || 18 *sq. quaestionem seiunxit Vahlen* | suffigendo *Sk.* | uortunalia *et* uorturno (*v. test. et adn.*) | Octobri mense *ante* Meditrin. *suspecta*

dictus a medendo, quod Flaccus flamen Martialis dicebat hoc die soli-
tum vinum ⟨novum⟩ et vetus libari et degustari medicamenti causa;
quod facere solent etiam nunc multi cum dicunt: novum vetus vinum
22 bibo, novo veteri [vino] morbo medeor. Fontanalia a Fonte, quod is
dies feriae eius; ab eo tum et in fontes coronas iaciunt et puteos
coronant. Armilustrium ab eo quod in armilustrio armati sacra faciunt,
nisi locus potius dictus ab his; sed quod de his prius *(V 153)*, id ab
lu⟨d⟩endo aut lustro, id est quod circumibant ludentes ancilibus armati.
Saturnalia dicta ab Saturno, quod eo die feriae eius, ut post diem
23 tertium Opalia Opis. Angeronalia ab Angerona, cui sacrificium fit in
curia Acculeia et cuius feriae publicae is dies. Larentinae, quem diem
quidam in scribendo Larentalia appellant, ab Acca Larentia nomina-
tus, cui sacerdotes nostri publice parentant[e] †sexto die, qui atra
24 dicitur diem tarentum accas tarentinas. hoc sacrificium fit in Velabro,
qu[i]a in novam viam exitur, ut aiunt quidam ad sepulcrum Accae,
ut quod ibi; prope faciunt diis Manibus servilibus sacerdotes; qui
uterque locus extra urbem antiquam fuit non longe a porta Romanula,
de qua in priore libro *(V 164)* dixi. dies Septimontium nominatus ab
his septem montibus, in quis sita urbs est; feriae non populi, sed
25 montanorum modo, ut †paganalibus, qui sunt alicuius pagi. de sta-

4 *Cf. Fest. Pauli 85, 3* (Fontinalia fontium sacra) ‖ 6 *sqq. Cf. V 153; Fest. Pauli 19, 6* (res divinas armati faciebant)*; Lyd. d. mens. IV 34 = 92, 21 W.* (*ἀρμιλούστριον οἱονεὶ καθαρμὸν ὅπλων μὴ χείματος μὴ ἑτέρας τινὸς περιστάσεως εἰργούσης τὴν κίνησιν τῶν ὅπλων ἐπὶ τῷ τοῦ Ἄρεος πεδίῳ*)*; Plut. Rom. 23; TG. s. v.* ‖ 9 *Cf. Fest. 325ª, 6; Serv. Dan. in Aen. VIII 319; Macr. I 8, 1 (ex l. VI antiquitatum); Liv. II 21* ‖ 10 *Cf. Fest. 185ª, 33; Macr. I 10, 18 sq. (ex Macro hist. I)* | *Cf. Fest. Pauli 17, 11; Plin. III 65 (unde pendet Solinus c. 1); Macr. I 10, 7* (duodecimo vero [*scil.* Kal. Ian.] feriae sunt divae Angeroniae, cui pontifices in sacello Volupiae sacrum faciunt *e. q. s.*). *III 9, 4; fast. Praen. CIL. $I^2$ 337ᵇ; TG. s.* Angeronia ‖ 11 *sqq. Cf. Cic. ad Brut. I 15, 8* (Larentiae . . . cui vos pontifices ad aram in Velabro facere soletis)*; Fest. Pauli 119, 1; Macr. I 10, 11 sqq.* (Larentinalia)*; fast. Praen. CIL. $I^2$ 338ª; Ovid. Fast. III 57; Lact. inst. I 20, 4* ‖ 18 *sq. Cf. V 41; Fest. 340ª, 7 et 348ᵇ, 24* (Septimontio, ut ait Antistius Labeo, hisce montibus feriae: Palatio . . . Veliae . . . Fagutali Suburae Cermalo Oppio [Caelio monti] Cispio monti) *cum Paulo 341, 2; Plut. Qu. R. 69; schol. Veron. in Georg. II 535* (septem montes, unde etiam dies sacer Septimontii constitutus est)*; Lyd. d. mens. IV 155 = 172, 23 W.* (*Σεπτιμούνδιος ἑορτὴ . . . ⟨ὅτι ἐπὶ ἑπτὰ λ⟩όφους τὰ τείχη τῆς Ῥώμης ἐκτέταται*)*; Tertull. ad nat. II 15; TG. s. v.* ‖ 20 *Cf. Dionys. Hal. IV 15, 3; Macr. I 16, 6* ‖ 20 *sq. Macr. I 16, 6* (sunt stativae universi populi communes certis et constitutis diebus ac mensibus et in fastis statis observationibus adnotatae . . . conceptivae sunt quae quotannis a magistratibus vel sacerdotibus concipiuntur in dies vel certos vel etiam incertos)*; Fest. Pauli 62, 15 et*

2 *suppl Laet* ‖ 3 dicant: *corr Sp* ‖ 4 uino morbo *vel* morbo (*v. test. ad 65, 19)* ‖ 8 *add Vertr* ‖ 10 cui *vel* quoi ‖ 11 *sq.* larent. *(ter) vel* laurent. *(ter, sic $F^v$)* ‖ 13 parent ante | *talia exspectat Mommsen:* stato die qui ab ea dicitur dies parentalium Accas Larentinas ‖ 15 *del Laet* | sepulcrum *vel* sepulchrum (*sic $F^v$*) ‖ 16 *post* ibi *dist A. Sp.* (*ubi fortasse aliquid intercidit*) ‖ 20 paganali⟨a (*sic Ald*) omni⟩bus *Sp.*, ⟨faciunt⟩ paganalibus *Wi*

tutis diebus dixi; de annalibus nec d⟨i⟩e statutis dicam. Compitalia
dies attributus Laribus vialibus: ideo ubi viae competunt tum in com-
petis sacrificatur. quotannis is dies concipitur. similiter Latinae
feriae dies conceptivus dictus a Latinis populis, quibus ex Albano
monte ex sacris carnem petere fuit ius cum Romanis, a quibus La-
tinis Latinae dictae. Sementivae feriae dies is, qui a pontificibus dic- 26
tus, appellatus a semente, quod sationis causa suscepta⟨e⟩. Paganicae
eiusdem agriculturae causa susceptae, ut haberent in agris omnes
†pagus, unde paganicae dictae. sunt praeterea feriae conceptivae quae
non sunt annales, ut hae quae dicuntur sine proprio vocabulo aut
cum perspicuo, ut Novendialis sunt.

4. de his diebus nunc iam, qui hominum causa constituti, vi- 27
deamus. primi dies mensium nominati kalendae, quod his diebus

---

92, 14 (feriae statae appellabantur, quod certo statutoque die observarentur); Fest. 344$^b$, 3 (stata sacrificia sunt quae certis diebus fieri debent) et 253$^a$, 13 (popularia sacra sunt, ut ait Labeo, quae omnes cives faciunt nec certis familiis adtributa sunt: Fornacalia, Parilia, Laralia [cf. 245$^a$, 28])

1 sq. Cf. Fest. Pauli 40, 3 (festa quae in compitis peragebant) et 62, 15. 121, 17. 239, 1; Dionys. Hal. IV 14; Plin. XXXVI 204; Sueton. Aug. 31; schol. Pers. IV 28; Gell. X 24, 3; Macr. I 7, 34; Serv. in Georg. II 382 (quod multae viae in unum confluant . . . unde ludi compitalicii) = schol. Bern.; Isid. XV 2, 15; TG. s. compitalia et compitum (multae viae quae ad unum locum competunt vel ducunt); GL. I 544, 29. 550, 2; CIL. XI 3079 ‖ 3 sq. Cf. Macr. I 16, 16 (cum . . . Latinarum sollemne concipitur); Cic. pro Planc. 23 (quibus e municipiis vix iam qui carnem Latinis petant reperiuntur) cum schol. Bob. p. 129,6 sqq. Hild.; Dionys. Hal. IV 49; Plut. Camill. 42; Plin. III 69 (carnem in monte Albano soliti accipere populi); Serv. in Aen. I 211 (in Albano Latinis visceratio dabatur, id est caro) ‖ 6 sq. Cf. d. r. r. I 2, 1; Fest. Pauli 337, 9 (et 62, 15); Ovid. Fast. I 658 sqq. (Sementina . . . dies . . . non stata sacra); Macr. I 16, 6; Lyd. d. mens. III 9 = 42, 9 W. (αἱ τοῦ σπόρου ἑορταὶ αἱ λεγόμεναι παρὰ Ῥωμαίοις σημαντῖβαι, τουτέστι σπόριμοι, οὐκ ἔλαχον ὡρισμένην ἡμέραν e. q. s.); Prob. in Georg. II 385 (feriis sementinis) ‖ 8 sq. Cf. ad 66, 20 et adde Fest. Pauli 221, 6 (pagi dicti a fontibus . . . aquae enim lingua Dorica παγαί appellantur); Serv. in Georg. II 382 (ἀπὸ τῶν πηγῶν . . . unde et pagani dicti sunt quasi ex uno fonte potantes) = schol. Bern. et schol. in Pers. prol. 6; TG. s. pagus (loca iuxta fortes = fontes) ‖ 11 Cf. Fest. 177$^b$, 27 cum Paulo 176, 10; Liv. I 31, 4; Serv. in Aen. V 64, al. ‖ 13 sqq. Cf. Varro d. v. p. R. apud Non. 23, 27 (calendis calabantur id est vocabantur: et ab eo calendae appellatae, quod est tractum a Graecis, qui καλεῖν vocare dixerunt); Cal. Praenest. ad cal. Ian. (calendae appellantur quia ⟨eorum pri⟩mus is dies est quos pontifex minor quo⟨vis anni⟩ mense ad nonas sin⟨gulas currere edicit in Capi⟩tolio in curia Calab⟨ra ann⟩us no⟨vus incipit⟩); Fest. Pauli 225, 8. 38, 13. 107, 17. 114, 2. 14; Gell. XV 27, 2. 3; Serv. Dan. in Aen. VIII 654; Macr. I 15, 10 sq. (cf. ad 68, 1); Plut. Qu. R. 24 (ex Iuba); Lyd. d. mens. III 10 = 47, 3. 16 W.; TG. s. calendae et calo

---

1 add Mommsen ‖ 2 laribus ut alibi: corr Bongars ‖ 4 conseptiuus: corr Laet ‖ 5 carmen: corr Vict (v. test.) ‖ 6 sementinę: corr Vertr c. f (v. test.) | de errore qui est in his monet Wi. ‖ 7 add Ald ‖ 9 an: παγάς? v. test. | post dictae dist A. Sp. ‖ 11 perspicio ‖ 13 calendę | quod vel ab eo quod [sic ($F^v$)]

calantur eius mensis nonae a pontificibus, quintanae an septimanae sint futurae, in Capitolio in curia Calabra sic dicto quinquies ‘kalo Iuno
28 Covella’, septies dicto ‘kalo Iuno Covella’. nonae appellatae aut quod ante diem nonum idus semper, aut quod, ut novus annus kalendae Ianuariae ab novo sole appellatae, novus mensis ⟨ab⟩ nova luna nonae; eodem die [enim] in urbe⟨m⟩ ⟨qui⟩ in agris ad regem conveniebat populus. harum rerum vestigia apparent in sacris nonalibus in arce, quod tunc ferias primas menstruas, quae futurae sint eo mense, rex edicit populo. idus ab eo quod Tusci itus, vel potius
29 quod Sabini idus dicunt. dies postridie kalendas, nonas, idus appellati atri, quod per eos dies ⟨nihil⟩ novi inciperent. dies fasti, per quos prae-

1 *sqq. Cf. Macr. I 15, 10* (itaque sacrificio a rege et minore pontifice celebrato idem pontifex calata, id est vocata, in Capitolium plebe iuxta curiam Calabram, quae casae Romuli proxima est, quot numero dies a kalendis ad nonas superessent pronuntiabat et quintanas quidem dicto quinquies verbo καλῶ, septimanas repetito septies praedicabat verbum autem καλῶ graecum est, id est voco, et hunc diem, qui ex his diebus qui calarentur primus esset, placuit kalendas vocari. hinc et ipsi curiae ad quam vocabantur Calabrae nomen datum est, et classi, quod omnis in eam populus vocaretur) ‖ 3 *sqq. Cf. Fest. p. 173*$^{a}$*, 26* (nonas quidam a nova luna, quod in eas concurreret principium lunae; alii quod semper ante diem iduum nonum essent, scribique ideo debere primam appellationis eius syllabam adiecta u littera)*; Macr. I 15, 12 sq.* (ideo autem minor pontifex numerum dierum qui ad nonas superessent calando prodebat, quod post novam lunam oportebat nonarum die populares qui in agris essent confluere in urbem . . . unde quidam hinc nonas aestimant dictas, quasi novae initium observationis vel quod ab eo die semper ad idus novem dies putentur *e. q. s.*)*; Plut. Qu. R. 24 (cf. ibid. 19, al.); Lyd. de mens. III 10 = 46, 8 W.; Isid. V 33, 14* (a nundinis vocatae) ‖ 7 *Cf. § 13* ‖ 9 *Cf. Macr. I 15, 14* (iduum porro nomen a Tuscis, apud quos is dies ‘itis’ vocatur sumptum est *e. q. s.*)*; Plut. et Lyd. l. s. s. (3)* ‖ 10 *sq. Cf. Fest. 278*$^{b}$*, 12* (dies autem religiosi quibus nisi quod necesse est nefas habetur facere, quales sunt sex et triginta atri qui appellantur) *et 178*$^{a}$*, 6 cum Paulo 179, 2 et Gellio V 17, 1 ex Verrio Flacco de verb. sign. IV* (dies qui sunt postridie kalendas, nonas, idus, quos vulgus imperite nefastos dicit, propter hanc causam dictos habitosque atros esse *e. q. s.*)*; Macr. I 15, 22* (omnes autem postriduani dies seu post kalendas sive post nonas Idusve ex aequo atri sunt) *et I 16, 21 sqq.; Ovid. Fast. I 57 sq.; Non 73, 30. 379, 1; Liv. VI 1, 12; Suet. p. 155 R.; Plut. Qu. R. 25; CIL. I*$^{2}$ *p. 231; Isid. N. R. I 4* ‖ 11 *sq. Cf. § 53; Fest. Pauli 93, 18* (fastis diebus †iucunda [III verba?] fari licebat, nefastis quaedam non licebat fari)*; Macr. I 16, 14* (fasti sunt quibus licet fari praetori tria verba sollemnia ‘do dico addico’. his contrarii sunt nefasti)*; fast. Praen. CIL. I*$^{2}$ *231* (quod iis licet fari *e. q. s.*)*; Ovid. Fast. I 47 sq.* (ille nefastus erit per quem tria verba silentur: fastus erit per quem lege licebit agi)*; Liv. I 19, 7* (idem nefastos dies fastosque fecit, quia aliquando nihil cum populo agi utile futurum erat)*; Gai. IV 29* (quod nefasto quoque die, id est quo non licebat lege agere pignus capi poterat)*; GL. III 486, 20; VII 312, 22; Isid. VI 18, 1 et N. R. I 4; TG. s.* fastus dies

1 menses ‖ 2 *sq.* dictae quinque calo *et* septem dictae calo: *corr Turn (v. test.)* ‖ 4 calendę (cal. *item v. 10)* ‖ 5 a *add Sciop* ‖ 6 nonis: *corr Sciop* | *secl Mue* | m *add Laet* | qui *suppl Sp. (v. test.)* ‖ 9 itus] *v. test.* (itis) ‖ 10 sabini [*sic* (F$^{v}$)] *vel* sauini ‖ 11 *suppl Turn*

toribus omnia verba sine piaculo licet fari; comitiales dicti, quod tum ut
†esset populus constitutum est ad suffragium ferundum, nisi si quae
feriae conceptae essent, propter quas non liceret, ⟨ut⟩ Compitalia et
Latinae. contrarii horum vocantur dies nefasti, per quos dies nefas 30
fari praetorem 'do dico addico'; itaque non potest agi: necesse est
aliquo uti verbo, cum lege qui⟨d⟩ peragitur. quod si tum imprudens
id verbum emisit ac quem manumisit, ille nihilo minus est liber, sed
vitio, ut magistratus vitio creatus nihilo setius magistratus. praetor
qui tum fa[c]tus est, si imprudens fecit, piaculari hostia facta piatur;
si prudens dixit, Quintus Mucius a[b]i[g]ebat *(Bremer I p. 57)* eum
expiari ut impium non posse. interci[n]si dies sunt per quos mane 31
et vesperi est nefas, medio tempore inter hostiam caesam et exta
proiecta fas; a quo quod fas tum intercedit aut eo[s] intercisum nefas,
intercisi[m]. dies qui vocatur sic 'quando rex comitiavit fas', [s]is
dictus ab eo quod eo die rex sacrific[i]ulus †dicat ad comitium, ad
quod tempus est nefas, ab eo fas: itaque post id tempus lege actum
saepe. dies qui vocatur 'quando stercum delatum fas', ab eo appella- 32
tus, quod eo die ex aede Vestae stercus everritur et per Capitolinum
clivum in locum defertur certum. dies Alliensis ab Allia fluvio dic-
tus: nam ibi exercitu nostro fugato Galli obsederunt Romam.

---

1 *sq. Cf. Fest. Pauli 38, 12* (comitiales dies appellabant cum in comitio conveniebant)*; Macr. I 16, 14* (comitiales sunt quibus cum populo agi licet; et fastis quidem lege agi potest, cum populo non potest, comitialibus utrumque potest)*; Fast. Praen. CIL.* $I^2$ *231; Ovid. Fast. I 53; Dio XXXVIII 6* ‖ 4 *sq. Cf. § 53 et ad 68, 11; Fest.* $165^b$*, 14* ‖ 9 *sq. Cf. VI 53; Macr. I 16, 10* (qui talibus diebus imprudens aliquid egisset, porco piaculum dare debere, prudentem expiare non posse Scaevola pontifex adseverabat) ‖ 11 *sq. Cf. § 53; Fast. Praen. CIL.* $I^2$ *231; Ovid. Fast. I 49 sqq.; Macr. I 16, 3* (intercisi in se, non in alia dividuntur. illorum enim diebus quibusdam horis fas est, quibusdam fas non est ius dicere: nam cum hostia caeditur, fari nefas est, inter caesa et porrecta fari licet, rursus cum adoletur, non licet) ‖ 14 *Cf. Fest.* $258^a$*, 16 cum Paulo 259, 4* (quando rex sacrificulus divinis rebus perfectis in comitium venit) *et* $278^a$*, 14 = 279, 3; Fast. Praen. ad IX kal. Apr. CIL.* $I^2$ *234; Ovid. Fast. V 727 sq. VI 225 sqq.; Plut. Qu. R. 63* ‖ 17 *Cf. Fest.* $258^a$*, 25 (cum Paulo 259, 6) et* $344^b$*, 13* (stercus ex aede Vestae XVII kal. Iul. defertur in angiportum medium fere clivi Capitolini . . . tantae sanctitatis maiores nostri iudicaverunt)*; Ovid. Fast. VI 711* ‖ 19 *sq. Cf. Fest. Pauli 7, 3* (dies . . . obscenissimi ominis, ab Allia fluvio scilicet, ubi Romanus fusus a Gallis exercitus est)*; Fest.* $278^b$*, 14 (ubi inter dies religiosos est* †alii senes = Alliensis)*; Verr. Flacc. apud Gell. V 17, 2; Cic. ad Att. IX 5, 2 = Gell. IV 9, 6; Liv. VI 1, 11* (Alliensem appellarunt insignemque rei nullius publice privatimque agendae fecerunt)*; Ovid. Ib. 217, al.*

---

1 *sq.* ut ⟨in comitio⟩ esset *Bergk,* ut coiret *Mue dubitanter,* ut ⟨ad⟩esset *Sp.* | ferundum [*sic* (*F*$^v$)] *vel* ferendum ‖ 3 *add Laet* ‖ 5 est ⟨enim⟩ *Vertr,* e⟨ni⟩m *Mue* | *add Laet* ‖ 8 sed ius: *corr Vict* (secius) ‖ 9 *del Turn* ‖ 10 *del Sp.* (ambigebat *Laet. c. al.*) ‖ 11 intercensi: *corr Laet* ‖ 13 porrecta *v (v. test.)* | *del Sp. duce Mue* (eost) | nefas intercisum: *corr A. Sp.* ‖ 14 *sq.* fassis: *corr Vict* (fas sic *c. Urs. Mommsen*) | sacrificiolus (*sic F*$^v$) *vel* sacrificio ius: *corr Laet (v. test.)* | itat *Urs,* it *Mommsen (recte ut vid: v. test.),* litat *Hirschfeld* ‖ 19 allio: *corr Laet*

33 quod ad singulorum dierum vocabula pertinet dixi. mensium no-
mina fere sunt aperta, si a Martio, ut antiqui constituerunt, numeres:
nam primus a Marte. secundus, ut Fulvius scribit et Iunius *(Funai.*
*p. 121)*, a Venere, quod ea sit Aphrodite; cuius nomen ego antiquis
litteris quod nusquam inveni, magis puto dictum, quod ver omnia
aperit, Aprilem. tertius a maioribus Maius, quartus a iunioribus dic-
34 tus Iunius *(Funai. p. 121)*. dehinc quintus Quintilis et sic deinceps
usque ad Decembrem a numero. ad hos qui additi, prior a principe

---

3 *Cf. Varro qu. epistol. in additam. ad Serv. in Georg. I 43; Fest.* $150^b$, *16; Fast. Praen. CIL.* $I^2$ $286^a$; *Ovid. Fast. III 75 sqq.; Plut. Qu. R. 19; Num. 19; Serv. in Georg. I 217. III 304; Censorin. d. d. n. 22, 11; Macr. I 12, 5; Isid. V 33, 5 et N. R. IV 2; Auson. de mens. monost. 3, dist. 5; Anthol. lat. 395, 10. 665, 5 sq. R.; TG. s.* Ianuarius *et* menses ‖ 4 *Cf. Plut. Num. 19* (*τινὲς δὲ οὐ διὰ τὴν Ἀφροδίτην τὸν Ἀπρίλλιόν φασιν . . . ἀλλ' ὥσπερ ἔχει τοὔνομα ψιλὸν Ἀπρίλλιον κεκλῆσθαι τὸν μῆνα τῆς ἐαρίνης ὥρας ἀκμαζούσης ἀνοίγοντα καὶ ἀνακαλύπτοντα τοὺς βλαστοὺς τῶν φυτῶν*); *Fast. Praen. CIL.* $I^2$ $286^b$ (quia fruges flores animaliaque ac maria et terrae aperiuntur); *Ovid. Fast. IV 89 sq.* (Aprilem memorant ab aperto tempore dictum, quem Venus iniecta vindicat alma manu *e. q. s.*); *Censorin. d. d. n. 22, 11* (ab aperiendo, quod tunc . . . nascendi claustra aperiat natura); *Serv. in Georg. I 43* (quasi terras tepore aperiens) *et 217; Macr. I 12, 12 sqq.* (Cingius in eo libro quem de fastis reliquit ait imperite quosdam opinari Aprilem mensem antiquos a Venere dixisse . . . Cingio etiam Varro consentit . . . sed cum . . . omnia verno id est hoc mense aperiantur . . . Aprilem dici merito credendum est, quasi Aperilem sicut apud Athenienses *ἀνθεσθηριὼν* idem mensis vocatur ab eo quod hoc tempore cuncta florescant) *et I 21, 6; Augustin. c. Faust. XVIII 5; Lyd. d. mens. IV 64 = 118, 5 W.* (*οἱονεὶ ἀφροδίσιον . . . ὡσανεὶ Ἀπερίλιον ἀντὶ τοῦ ἀνοικτικόν*); *Isid. V 33, 7 et N. R. IV 2* (quasi Aperilem); *Ovid. Fast. IV 129; Auson. dist. d. mens. 7 sq.; Anthol. lat. 395, 13. 665, 7; Carm. d. mens. P. L. M. I p. 207, 310; TG. s.* Ianuarius *et* menses, *al.* ‖ 6 *sq. Cf. Fest.* $134^b$, *27* (utrum a maioribus ut Iunius a iunioribus dictus sit an a Maia); *Ovid. Fast. I 41* (tertius a senibus, iuvenum de nomine quartus) *et V 1. 73. 78. 427; VI 26. 88; Censorin. d. d. n. 22, 12* (non a maioribus, sed a Maia); *Fulvius Nobilior apud Macr. I 12, 16 sqq.* (Romulum postquam populum in maiores iunioresque divisit . . . hunc Maium, sequentem Iunium vocasse *e. q. s.*); *Plut. Qu. R. 86; Num. 19* (*ἀπὸ Μαίας . . . ἀπὸ τῆς Ἥρας. εἰσὶ δέ τινες οἱ τούτους ἡλικίας ἐπωνύμους εἶναι λέγοντες πρεσβυτέρας καὶ νεωτέρας· μαιώρεις γὰρ οἱ πρεσβύτεροι παρ' αὐτοῖς, ἰουνιώρεις δὲ οἱ νεώτεροι καλοῦνται*); *Serv. in Georg. I 43* (Maius a Maia, Iunius a Iunone: quamquam alii a maioribus et iunioribus *e. q. s.*); *Isid. V 33, 8 et N. R. IV 3; Polem. Silv. (CIL.* $I^2$ *287); Auson. monost. 5, dist. 8; TG. s.* Ianuarius *et* menses *et* Maium | *Cf. Fest. Pauli 103, 14* (a Iunone: *v. supra*); *Censorin. d. d. n. 22, 12* (a Iunone potius quam iunioribus); *Macr. I 12, 30 sqq.; Isid. V 33, 9 et N. R. IV 3; Polem. Silv. CIL.* $I^2$ *287; Auson. monost. 6, dist. 10 sq.; TG. s.* Ianuarius *et* menses ‖ 7 *sq. Cf. Censorin. d. d. n. 22, 13* (Quintilem, quod loco iam apud Latinos fuerit quinto, item Sextilem ac deinceps ad Decembrem a numeris appellatos); *Ovid. Fast. III 149; Plut. Num. 19; Qu. R. 19; Macr. I 12, 34—37; Isid. N. R. IV 4; TG. s.* Quintilis *et* menses ‖ 8 *sq. Cf. Plut. l. s. s. et Qu. R. 68; Rom. 21; Censorin. d. d. n. 22, 13* (ceterum Ianuarium et Februarium postea quidem additos, sed nominibus iam ex Latio sumptis, et Ianuarium ab Iano cui adtributus est nomen traxisse, Februarium a februo. est februum quidquid piat purgatque *e. q. s.*); *Lyd. d. mens. IV 1 sqq. = 63 sq. W. et IV 25 = 83, 5 sqq.* (*φεβρουᾶρε τὸ καθᾶραι τὰ ποντιφικάλια βιβλία καλεῖ, Φέβρον τὸν Πλούτωνα*); *Serv. in Aen.*

---

2 a martio ut (*sic* $F^v$) *vel* ut a martio ‖ 4 si *vel* sit [*sic* ($F^v$)] | afrodite ‖ 6 *an:* ut aperilem*? v. test.*

deo Ianuarius appellatus; posterior, ut idem dicunt scriptores *(Funai. p. 16)*, ab diis inferis Februarius appellatus, quod tum his paren⟨te⟩tur; ego magis arbitror Februarium a die februato, quod tum februatur populus, id est lupercis nudis lustratur antiquum oppidum Palatinum gregibus humanis cinctum.

5. quod ad temporum vocabula latina attinet, hactenus sit satis 35
dictum; nunc quod ad eas res attinet quae in tempore aliquo fieri animadverterentur, dicam, ut haec sunt: legisti, cur⟨su⟩rus, ludens; de quis duo praedicere volo, quanta sit multitudo eorum et qui sint obscuriora quam alia. cum verborum declinat[i]uum genera sint 36
quattuor, unum quod tempora adsignificat neque habet casus, ut ab lego leges, lege, alterum quod casus habet neque tempora adsignificat, ut ab lego lectio et lector, tertium quod habet utrunque et tempora et casus, ut ab lego legens, lecturus, quartum quod neutrum habet, ut ab lego lecte ac lectissime, horum verborum si primigenia sunt ad mille, ut Cosconius *(Funai. p. 109)* scribit, ex eorum declinationibus verborum discrimina quingenta milia esse possunt ideo, quia ⟨a⟩ singulis verbis primigenii⟨s⟩ circiter quingentae species declinationibus fiunt. primigenia dicuntur verba ut lego, scribo, stō, sedeo et cetera, 37
quae non sunt ab aliquo verbo, sed suas habent radices. contra verba declinata sunt, quae ab aliquo oriuntur, ut ab lego legis, legit, legam et sic [in] indidem hinc permulta. quare si quis primigeniorum verborum origines ostenderit, si ea mille sunt, quingentum milium simplicium verborum causas aperuerit una; sin nullius, tamen qui ab his reliqua orta ostenderit, satis dixerit de originibus verborum, cum unde nata sint, principia erunt pauca, quae inde nata sint, innumerabilia. a 38
quibus iisdem principiis antepositis praeverbiis paucis immanis verborum accedit numerus, quod praeverbiis ⟨in⟩mutatis additis atque commutatis aliud atque aliud fit: ut enim ⟨pro⟩cessit et recessit, sic

---

*VII 607; in Georg. I 43. III 304; Macr. I 7, 23 sq. 13, 2 sqq.; Auson. monost. 1, dist. 1; Anthol. lat. 395, 1; Isid. V 33, 3 sq. et N. R. IV 4; TG. s.* Ianuarius *et* menses, *ut alia mittamus*

2 *Cf. Auson. monost. 2, dist. 3 sq.; Anthol. lat. 395, 8* ‖ 10 *sq. Cf. ad VIII 44. IX 31. X 17* ‖ 15 *Cf. frgm. 99 W. = GL. V 202, 2* (dico tibi: ego dixi quia non sunt primigenia, quae dicit Varro, sed deductiva) ‖ 28 *Cf. frgm. 101 W.; GL. I 194, 15* (Suetonius etenim Tranquillus [*frgm. 206 p. 353 Reiff.*] praeverbium putat dici debere, quod ante . . . verbum, appellationem etiam nomenque ponatur)*; Annianus apud Gell. VI 7, 5* (addebat etiam quod 'ad' praeverbium tum ferme acueretur, cum significaret ἐπίτασιν)*; GL. VII 525, 23*

---

8 *add Sp.* ‖ 9 quę (*sic* $F^{v}$) *vel* qui ‖ 12 leges lego (*sic* $F^{v}$) *vel* leges lege ‖ 15 *sq.* ac (*sic* $F^{v}$) *vel* et | admitte: *corr Vict* ‖ 17 *add. Sp.* (*vel* quod a *pro* quia) ‖ 21 alio *Aug c. al.* ‖ 24 unas in: *corr Turn* ‖ 28 *addidimus* (*secl Laet c. al.*) ‖ 29 *suppl Fritzsche*

accessit et abscessit; item incessit et excessit, sic successit et decessit,
⟨discessit⟩ et concessit. quod si haec decem sola praeverbia essent,
quoniam ab uno verbo declinationum quingenta discrimina fierent, his
decemplicatis coniuncto praeverbio ex uno quinque milia numero effi-
cerent, ex mille ad quinquagies centum milia discrimina fieri possunt.
39 Democritus, E⟨pi⟩curus *(p. 201, 33 Us.)*, item alii qui infinita principia
dixerunt, quae unde sint non dicunt, sed cuiusmodi sint, tamen faciunt
magnum: quae ex [h]is constant in mundo, ostendunt. quare si ety-
mologus principia verborum postulet mille, de quibus ratio ab se non
poscatur, et reliqua ostendat, quod non postulat, tamen immanem
40 verborum expediat numerum. de multitudine quoniam quod satis
esset admonui[t], de obscuritate pauca dicam. verborum quae tem-
pora adsignificant ideo locu[tu]s difficillimus ἔτυμα, quod neque his
fere societas cum graeca lingua, neque vernacula ea quorum in par-
tu[m] memoria adfuerit nostra; e quibus, ut dixi[t] *(V 10)*, quae
poterimus.
41 6. incipiam hinc primum quod dicitur ago. actio ab agitatu
facta. hinc dicimus 'agit gestum tragoedus' et 'agitantur quadrigae';
hinc 'agitur pecus pastum'; * * * qu[i]a vix agi potest; hinc angi-
portum, qua nil potest agi; hinc angulus, quod in eo locus angustissi-
42 mus, cuius loci is angulus. actionum trium primus agitatus mentis,
quod primum ea quae sumus acturi cogitare debemus, deinde tum
dicere ac facere. de his tribus minime putat volgus esse actionem
cogitationem; tertium, in quo quid facimus, id maximum. sed et cum
co[a]gitamus quid et eam rem agitamus in mente, agimus, et cum
pronuntiamus, agimus. itaque ab eo orator agere dicitur causam et

---

8 *Cf. Ioh. Euchait. v. 54 sqq. (Reitzenstein 6 et 29)* ‖ 18 *sq. Cf. Fest. Pauli 23, 4* (agere modo significat ante se pellere, id est minare. Virgilius 'et potum pastas age' . . . si accessit gestus et vultus quidam decor, ut cum scenici agere dicuntur) *et 17, 14* (actus significant . . . modo motum corporis, ut histrionum)*; Serv. in Buc. I 13* (ago proprie: nam agi dicuntur pecora)*; Serv. Dan. in Aen. IV 245* ‖ 19 *sq. Cf. ad 44, 15* | *Cf. Fest. Pauli 11, 7* ‖ 25 *sq. Cf. Fest. Pauli 66, 7* (cogitatio dicta velut coagitatio, id est longa eiusdem rei agitatio in eadem mora consilii explicandi) ‖ 26 *sq. Cf. Fest. Pauli 23, 5* (agere . . . modo verbis iudicare, ut cum dicimus 'causam ago')*; Non. 243, 15* (agere loqui)*; Isid. diff. 64; TG. s.* causas ago (δικαιολογῶ)

---

2 *supplevimus duce Vertr* (*qui* et concessit ⟨et discessit⟩) ‖ 4 *sq.* efficerent⟨ur⟩ *Ald* ‖ 6 securus *vel* secutus (*sic* $F^v$): *corr Turn* ‖ 8 *sq. del Usener* | ethimologos (*sic* $F^v$) *vel* etymologus (etymologos *corr Vict*) ‖ 12 *del Laet* ‖ 13 *del f* | est TYMꝺ ‖ 14 *sq.* in partum (*sic* $F^v$) *vel* impartum: *corr Rhol* | nostrę quibus | *del Laet c. al.* ‖ 17 primus: *corr Laet* ($F^v$) ‖ 18 tragędus $F^v$ ‖ 19 *lac sign Madvig: v. adn.* | *del Ald* ‖ 22 deinde [*sic* ($F^v$)] *vel* dein ‖ 24 *sq.* cum hos (*sic* $F^v$ *vel* os) agitamus: *corr Sciop; an:* cum animis (ā̄īs) agitamus? | rem cogitamus: *corr Sp.* | *post* in mente *dist Mue*

augures *(Regell p. 16)* augurium agere dicuntur, quom in eo plura
dicant quam faciant. cogitare a cogendo dictum: mens plura in unum 43
cogit, unde eligere possit. (sic e lacte coacto caseus nominatus, sic
ex hominibus contio dicta, sic coemptio, sic compitum nominatum.)
a cogitatione concilium (inde consilium), quod ut vestimentum apud
fullonem cum cogitur, conciliari dictum. sic reminisci, cum ea quae 44
tenuit mens ac memoria, cogitando repetuntur. hinc etiam comminisci
dictum, a con et mente, cum finguntur in mente quae non sunt; et
ab hoc illud quod dicitur †reminisci, cum commentum pronuntiatur.
ab eadem mente meminisse dictum et amens, qui a mente sua disce[n]dit.
hinc etiam metuo mentem quodammodo motam vel †metuisti amovisti; 45
sic, quod frigidus timor, 'tremuisti' timuisti. tremo dictum a simili-
tudine vocis, quae tunc cum valde tremunt apparet, cum etiam in
corpore pili, ut arista in spica ⟨h⟩ordei, horrent. curare a cura dic-
tum. cura, quod cor urat; curiosus, quod hac praeter modum utitur. 46
recordare rursus in cor revocare. curiae, ubi senatus rempublicam
curat, et illa ubi cura sacrorum publica; ab his curiones. volo a 47
voluntate dictum et a volatu, quod animus ita est, ut puncto temporis

---

1 *Cf. Serv. Dan. in Aen. III 20* (augurium agere nisi in patriis sedibus non licet) ‖ 2 *Cf. GL. II 431, 4* (cogo cogito) ‖ 3 *sq. Cf. ad 34, 1; Fest. Pauli 38, 4. 66, 6* (contio conventus)*; Gell. XVIII 7, 5 sq. (ex Verrio Flacco, ut putat)* ‖ 5 *Cf. Fest. Pauli 38, 2. 41, 11; TG. s.* concilium *et* consilium*; Isid. VI 16, 12* ‖ 9 *Cf. TG. s.* eminiscitur ‖ 10 *Cf. Fest. Pauli 23, 15* (amens qui mentem suam non habet)*; Fest. 158ᵃ, 25 cum Paulo 159, 4* (amens quod a mente abierit)*; Isid. X 79* (id est sine mente). *XI 1, 11. 12. 13; TG. s. v.* ‖ 11 *Cf. infra ad 74, 3; Gell. XIX 1, 17* (cum sonus aliquis formidabilis . . . vel quid aliud est eiusmodi factum, sapientis quoque animum paulisper moveri et contrahi et pallescere necessum est . . . quibusdam motibus . . . officium mentis atque rationis praevertentibus)*; GL. VII 524, 28* (metus motus est animi)*; Isid. diff. 214* (metus est motus interior animi subitus) ‖ 12 *Cf. Serv. in Aen. I 92* (nam et timor pro frigore et frigus pro timore ponitur)*; TG. s.* frigus *et* mens it *[sic enim scribendum]* (timet, formidat) ‖ 14 *Cf. Non. 422, 25* (horridum plerumque exstans . . . et erectum) ‖ 15 *Cf. Fest. Pauli 50, 1* (quasi cor edat vel quia cor urat*: v. Reitzenstein l. s. s. 35, qui Etym. gen. hanc glossam adfert: μελεδῶναι αἱ τὰ μέλη ἔδουσαι φροντίδες e. q. s.*)*; Serv. in Aen. I 208* (quod cor urat) = *Isid. diff. 88; GL. III 480, 11* (cura . . . videtur ergo esse derivativum verbale a verbo curo curas . . . nomina derivata ex eo: curiosus . . . curia curialis . . . quidam putant ab eo curam dici quod cor agitat) | *Cf. Gell. IV 9, 2. 12* (ut ait Nigidius omnia istius modi inclinamenta nimium ac praeter modum significant . . . ut vinosus *e. q. s.*)*; GL. II 138, 19* (o productam habent ante sus et significant plenum esse aliquem eius quod significatur ut . . . curiae curiosus) ‖ 16 *Cf. V 155; Isid. XV 2, 28* (quod ibi cura per senatum de cunctis administretur) ‖ 17 *Cf. TG. s.* curio (qui curam gerit) ‖ 17 *sq. Cf. GL. V 486, 20* (volo volas et volo vis intellectus causa diversas coniugationes meruerunt)

---

3 elicere: *corr Rhol c. al.* ‖ 6 consiliari: *corr Aug* ‖ 9 eminisci *Heusinger; an:* ementiri*?* ‖ 10 descendit (*v. test.*) ‖ 11 metuo ⟨a⟩ mente q. m. mota *Canal* (*an:* metus ⟨a⟩ m. q. m. m.*?*) | *de* 'metuisti' amovisti *cf. adn.* ‖ 14 horrent (*sic Fᵛ*) *vel* orrent ‖ 16 recordari *v* | curia *Laet*

pervolet quo volt. lubere ab labendo dictum, quod lubrica mens ac prolabitur, ut dicebant olim. ab lubendo libido, libidinosus ac Venus
48 Libentina et Libitina, sic alia. metuere a quodam motu animi, cum id quod malum casurum putat refugit mens. cum vehementius in movendo ut ab se abeat foras fertur, formido; cum pavet †et; ab eo
49 (45) pavor. meminisse a memoria, cum id quod remansit in mente †in id quod rursus movetur; quae a manendo ut mani[o]moria potest esse dicta. itaque Salii *(fr. 8 p. 339 Maurenbr.)* quod cantant ‘mamuri veturi’, significant memoriam veterem; ab eodem monere[m], quod is qui monet, proinde sit ac memoria; sic monimenta quae in sepulcris, et ideo secundum viam, quo praetereuntis admoneant et se fuisse et illos esse mortalis. ab eo cetera quae scripta ac facta memoriae
50 causa monimenta dicta. maerere a marcere, quod †etiam corpus marcescere; hinc etiam macri dicti. laetari ab eo quod latius gaudium propter magni boni opinionem diffusum. itaque Iuventius *(v. 2 sqq. R.)*

---

1 *sq. Cf. fragm. IV 5 (7 W.) male a quibusdam huc relatum; Serv. Dan. in Aen. I 720* (Lubentina quae lubentiam mentibus novam praestat, quamvis alii hanc Lubiam dicant, quod eo numine consilia in medullas labantur)*; Augustin. d. c. d. IV 8* (Libentinae cui nomen a libidine)*; Non. 453, 17* (ut sit libido omne quod libuerit)*; GL. II 122, 13* (libet libido)*; Serv. in Aen. II 474* (lubricum dicitur et quod labitur . . . et locus in quo labimur). *V 84 = Isid. X 159. XIV 8, 36; TG. s.* libentia, libido, Libitina ‖ 3 *Cf. 73, 11* ‖ 5 *sq. Cf. GL. VII 524, 29* (formido fert interdum rationem, pavor puerilis est)*; Isid. XV 8, 10 = XIX 10, 25* (paviantur id est caedantur, unde et pavor quia caedit cor) *et X 230* (pavidus est quem vexat trepidatio mentis — habet enim cordis pulsationem, cordis motum —: nam pavire ferire est) ‖ 6 *sq. Cf. Etym. gen.* Μνεία ἀπὸ τοῦ μένω μενία καὶ καθ' ὑπερβιβασμὸν μνέϊα καὶ κατὰ συναίρεσιν μνεία. Μνήμη· παρὰ τὸ μένω μενήμη καὶ κατὰ συγκοπὴν μνήμη (*attulit Reitzenstein p. 35*) ‖ 8 *sq. Cf. Fest. Pauli 131, 7; Plut. Num. c. 13* (οἱ δὲ οὐ Οὐετούριον Μαμούριον εἶναί φασι τὸν ᾀδόμενον, ἀλλὰ οὐέτερεμ μεμορίαμ, ὅπερ ἐστὶ παλαιὰν μνήμην)*; Ovid. Fast. III 259. 389* ‖ 10 *sq. Cf. Fest. Pauli 139, 6* (monimentum est quod et mortui causa aedificatum est et quicquid ob memoriam alicuius factum est ut . . . scripta et carmina)*; Cic. ad Caesarem apud Non. 32, 17* (quae monumenti ratio sit, nomine ipso admoneor: ad memoriam magis spectare debet posteritatis quam ad praesentis temporis gratiam)*; Serv. Dan. in Aen. III 22* (inscriptum nomen memoriaque ‘monumentum’)*; Serv. in Aen. III 486* (a mentis admonitione sunt dicta) *et VI 102* (quod mentem moneat) *= Isid. XV 11, 1* (monumenta itaque et memoriae pro mentis admonitione)*; diff. 522; TG. s. v.; GL. VII 304, 31* ‖ 14 *Cf. Isid. X 156* (laetus a latitudine) *= GL. VII 304, 26; Serv. in Georg. I 1. Aen. III 220* (laeta pinguia; nam in animalibus . . . laetitiam pingue corpus ostendit)

---

1 libere: *corr Sp.* ‖ 5 et $F^v$: *om apogr; an:* cum pavit ⟨cor pav⟩et*? v. test.* ‖ 6 *sq.* init *Canal* (*qui debuit saltem* in mente⟨m⟩ init)*;* in id quod *secl Sp., fort. recte* ‖ 7 manando: *corr Rhol* ‖ 8 memurij: *corr Turn* ‖ 9 ueterum [*sic* ($F^v$)] *vel* ueteri: *corr Turn* | memoriam metuere (*vel* meminere *vel* monere*;* ‘verbũ quod legi nõ potuit’ $F^v$): *duce v* (veterem memoriam) *corr Maurenbrecher (v. test.)* ‖ 10 ac sit *trai A. Sp.* | sic monimenta [*sic* ($F^v$)] *vel* sit monitio menta*; an:* sic ⟨a⟩ monitio⟨ne mentis moni⟩menta *(v. test.)?* ‖ 11 admoueant $F^v$ ‖ 12 mortalis *vel* mortales [*sic* ($F^v$)] ‖ 13 *sq.* marcesc⟨it maer⟩ore *A. Sp.; videtur potius mutandum ubi* etiam *per se offendit, e. g.* quod ⟨facit (*cf. de r. r. III 5, 3, vel* solet) maest⟩itia[m] c. m.

ait: 'gaudia sua si omnes homines conferant unum in locum, tamen
mea exsuperet laetitia'. sic cum se habent, laeta.
7. narro, cum alterum facio nar[r]um, a quo narratio, per quam 51
cognoscimus rem gestam. quae pars agendi est [ab] a di[a]cendo ac
sunt aut coniuncta cum temporibus aut ab his: eorum hoc genus videntur *ἔτυμα*. fatur is qui primum homo significabilem ore mittit 52
vocem. ab eo, ante quam ita faciant, pueri dicuntur infantes; cum id
faciunt, iam fari; †cum hoc vocabulorum a similitudine vocis pueri
ac fatuus fari id dictum. ab hoc tempora quod tum pueris constituant
Parcae fando, dictum fatum et res fatales. ab ha[e]c ea[n]dem voce[m]
qui facile fantur facundi dicti et qui futura praedivinando soleant fari
fatidici; dicti idem vaticinari, quod vesana mente faciunt: sed de hoc
post erit usurpandum, cum de poetis *(cf. VII 36)* dicemus. hinc fasti 53
dies, quibus verba certa legitima sine piaculo praetoribus licet fari;
ab hoc nefasti, quibus diebus ea fari ius non est et, si fati sunt, pia-

---

3 *Cf. frgm. d. serm. l. II 52 W.; GL. VII 80, 9. 212, 4* (r litteram narrationi tolle superfluam;* a gnaro enim id est scito seu perito venit nominis ista compositio). *305, 34; VI 17, 12; VII 522, 2* (narramus quod ignoratur) || 7 *sq. Cf. Non. 56, 1* (a non fando . . . quod aut dici non debeat aut fari non possit; nam et infantes usque eo appellandi sunt, donec coeperint fari)*; Isid. XI 2, 9* (homo primae aetatis . . . quia adhuc fari nescit id est loqui non potest)*; TG. s. v.* || 9 *Cf. Cornel. Labeo apud Macr. I 12, 22* (Fatuam a fando quod . . . infantes partu editi non prius vocem edunt quam attigerint terram)*; Serv. in Aen. VI 775. VII 47* (a vaticinando id est fando; unde et fatuos dicimus inconsiderate loquentes)*; Serv. Dan. in Aen. VIII 314; Don. in Eun. V 8, 49* (inepta loquens; a fando fatuus dicitur; inde Fauni Fatui et Nymphae Fatuae vocatae sunt . . . Fatui di quoque sunt . . . non stulti, sed multum fantes)*; Mart. Cap. II 167* (Fatui Fatuaeque vel Fantuae vel etiam Fanae, a quibus fana dicta, quod soleant divinare)*; Iustin. XLIII 1, 8; Lact. div. inst. I 22, 9; Isid. X 104; diff. 500; TG. s v.: v. Agahd Varr. ant. rer. div. 193 adn.* || 10 *Cf. Augustin. d. c. d. V 9, 15* (fatum a fando dictum . . . id est a loquendo) = *Isid. VIII 11, 90 et addit. ad Serv. in Ecl. IV 45; GL. III 486, 13* (antiqui etiam passive proferebant fatus pro dictus dicentes. unde fatum dictum et iussum dei)*; II 131, 2* (fatum fati fatalis)*; Serv. in Aen. II 54* (fata modo participium est, hoc est quae dii loquuntur). *VII 51* (fato . . . voluntate: nam dii fantur quod sentiunt) *et X 628; TG. s. v.; adde quae ad VII 36 adscripsimus* || 11 *sq. Cf. Isid. X 96* (quia facile fari potest) | *Cf. TG. s.* fatidicus *et* Faunus (a fando unde et fatidici dicti eo quod futura canebant) || 12 *Cf. VII 36; Plato Phaedr. 244 B. 255 A, Democritus frg. 17 Diels, al.; Serv. Dan. in Aen. III 443* (vates a vi mentis appellatos Varro auctor est) = *Isid. VII 12, 15. VIII 7, 3* (scripta eorum vaticinia dicebantur, quod vi quadam et quasi vesania in scribendo commoverentur) || 13 *sq. Cf. ad 68, 11 sq.* || 15 *Cf. ad 69, 4*

---

3 *del Vict* || 4 gesta· Quę $F^v$ | ab (*sic* $F^v$*: om apogr*) adiacendo: *corr Urs;* ab dicendo *Mue, fort. recte* || 5 earum || 6 ЄΤΥΜⲀ || 7 ita faciunt *Rhol c. al.* || 8 *sq.* vocabulum *v; an:* cum hoc vocabulum, tum a similitudine vocis pueri ⟨fariolus (*cf. Don. in Phorm. IV 4, 27; GL. VII 11, 6. 13, 10; TG. s.* 'furiolus, hariolus')⟩ ac fatuus [fari id] dictum*?* || 9 tempore: *corr Popma* || 10 ad haec: *corr Canal et del* || 11 et qui (*sic* $F^v$) *vel* qui || 13 post erit *vel* postea [*sic* ($F^v$)]

culum faciunt. hinc effata dicuntur, qui augures finem auspiciorum caelestum extra urbem agri⟨s⟩ sunt effati ut esset; hinc effari templa dicuntur: ab auguribus *(cf. Regell p. 19)* effantur qui in his fines sunt.
54 hinc fana nominata, quod pontifices in sacrando fati sint finem; hinc profanum, quod est ante fanum coniunctum fano; hinc profanatum quid in sacrificio †ad quae Herculi decuma appellata ab eo est quod sacrificio quodam fana[n]tur, id est ut fani lege sit. id dicitur pollu⟨c⟩tum, quod a porriciendo est fictum: cum enim ex mercibus libamenta porrecta sunt Herculi in aram, tum pollu⟨c⟩tum est, ut cum profan⟨at⟩um dicitur, id est proinde ut sit fani factum: itaque ibi olim fano consumebatur omne quod profanum erat, ut etiam fit quod praetor urb⟨an⟩us quotannis facit, cum Herculi immolat publice iuvencam.
55 ab eodem verbo fari fabulae, ut tragoediae et comoediae, dictae. hinc fassi ac confessi, qui fati id quod ab [h]is quaesitum. hinc professi; hinc fama et famosi. ab eodem falli, sed et falsum et fallacia,

---

1 *sqq. Cf. Fest. Pauli 80, 10* (effata elocuta). *81, 11* (effari et effata a fando, quod ipsum ex Graeco ὡς φάτο); *Fest. 157$^{a}$, 28* (templum est locus ita effatus); *Gell. XIII 14, 1* (*ex augurum libris de auspiciis:* pomerium est locus intra agrum effatum . . . qui facit finem urbani auspicii); *Serv. Dan. in Aen. II 692* (augurum 'effata' dicuntur). *III 463* (verbo augurali usus est, quia scit loca sacra id est ab auguribus inaugurata 'effata' dici); *Serv. in Aen. VI 197* (= *mythogr. Vatic. III 11, 15:* proprie effata sunt augurum preces, unde ager post pomeria ubi captabantur auguria dicebatur effatus); *adde Serv. Dan. in Aen. I 13; TG. s. v.* ‖ 4 *Cf. VII 36; Fest. Pauli 88, 1* (a Fauno dictum sive a fando, quod dum pontifex dedicat, certa verba fatur). *93, 17* (quod fando consecrantur); *Serv. in Aen. VII 47. Serv. Dan. in Aen. VIII 314; Don. in Eun. V 8, 49; Mart. Cap. cf. ad 75, 9; Isid. XV 4, 8; TG. s.* fanaticus ‖ 5 *Cf. Fest. 229$^{b}$, 7 cum Paulo 228, 15 et 253$^{a}$, 26* (quod fani religione non tenetur). *250$^{b}$, 21; Serv. Dan. in Aen. XII 779; Macr. III 3, 3* (quasi porro a fano: *cf. in Somn. Sc. I 2, 6*); *GL. I 235, 6* (quasi porro a fano positus); *Isid. X 225; diff. 423; TG. s. v.* ‖ 6 *Cf. Fest. 237$^{a}$, 21* (Hercules cum ad aram quae hodieque maxima appellatur decimam bovum . . . profanasset, genus sacrificii edocuit); *Macr. I 12, 28; Masurius Sabinus memorabilium II apud Macr. III 6, 11* (M. Octavius Herrenus . . . decimam Herculi profanavit); *Serv. Dan. in Aen. VIII 363; TG. s.* profano ‖ 7 *sq. Cf. Macr. III 12, 2 = Varro sat. Men. frg. 413 B.* (maiores solitos decimam Herculi vovere nec decem dies intermittere quin pollucerent); *TG. s.* profano (profanant polluunt) ‖ 8 *Cf. Fest. 253$^{a}$, 17* ‖ 13 *Cf. GL. I 490, 22* (latinae fabulae appellantur sive fatibulae; in latinis enim fabulis plura sunt cantica quae canuntur: vel a faciendo; nam et agi fabula, non referri ab actoribus dicitur: *ubi* plura ⟨fantium diverbia quam⟩ cantica *Leo [fr. com. ed. Kaibel I p. 60], vix recte: de* fatis *potius vel de* faciendo *derivat, non* a fando *propter ipsa cantica plura = compluria*); *Macr. in Somn. Sc. I 2, 7* (fabulae quarum nomen indicat falsi professionem); *Isid. I 40, 1* (fabulas poetae a fando nominaverunt) ‖ 15 *Cf. Fest. Pauli 86, 14* (fama a fando dicta: sic apud Graecos φήμη ἀπὸ τῆς φάσεως) = *Isid. V 27, 26; Serv. Dan. in Aen. IV 190* (famae epitheton 'gaudens' . . .

---

2 *add Laet* (F$^{v}$) | ubi *Mue* ‖ 3 *ante (non post)* ab auguribus *dist Canal (v. test.)* ‖ 4 quae: *corr Laet* (F$^{v}$) | sunt *v* ‖ 6 atque *MV;* ad aram (*et* Herculi⟨s⟩) *Wi* | decuma [*sic* (F$^{v}$)] *vel* dicuma ‖ 7 *del Laet c. al.* (F$^{v}$) | fit. id⟨em⟩ *Canal* | *add amicus Aug (item v. 9)* ‖ 9 proiecta ‖ 10 *sqq. add Turn* | ubi: *corr Vertr;* uti (*et mox* nunc *pro* ut) *Mommsen, fort recte* | ⟨in⟩ fano *Vertr* | profan⟨at⟩um *Sp.* | P· R. urbis ‖ 13 tragędię et comędię F$^{v}$

quae propterea, quod fando quem decipit ac contra quam dixit facit. itaque si quis re fallit, in hoc non proprio nomine fallacia, sed tralati⟨ci⟩o, ut a pede nostro pes lecti ac betae. hinc etiam famigerabile et sic composititicia alia item ut declinata multa, in quo et Fatuus et Fatuae.

loqui ab loco dictum, quod qui primo dicitur iam fari[t] voca- 56
bula et reliqua verba dicit ante quam suo quisque loco ea dicere potest. hunc C⟨h⟩rysippus *(143 Arn.)* negat loqui, sed ut loqui: quare ut imago hominis non sit homo, sic in corvis, cornicibus, pueris primitus incipientibus fari verba non esse verba, quod non loqu[eb]antur. igitur is loquitur, qui suo loco quodque verbum sciens ponit, et †istum prolocutum, quom in animo quod habuit extulit loquendo.
hinc dicuntur eloquium ac reloqui in fanis Sabinis, e cella dei qui 57
eloquuntur. hinc dictus loquax, qui nimium loqueretur; hinc eloquens, qui copiose loquitur; hinc colloquium, cum veniunt in unum locum loquendi causa; hinc adlocutum mulieres ire aiunt, cum eunt ad aliquam locutum consolandi causa; hinc quidam loquelam dixerunt verbum quod in loquendo efferimus. concinne loqui dictum a concinere,
ubi inter se conveniunt partes ita ⟨ut⟩ inter se †condeant aliud alii. 58
pronuntiare dictum ⟨a pro⟩ et nuntiare; pro idem valet quod ante, ut in hoc: proludit. ideo actores pronuntiare dicuntur, quod in proscenio enuntiant poeta cogitante, quod maxime tum [id] dicitur proprie, novam fabulam cum agunt. nuntius enim est a ⟨n⟩ovis rebus nominatus, quod a verbo graeco potest declinatum; ab eo itaque Neapolis

---

generale, ut multiplici sermone gaudeat) | *Cf. Non. 305, 23* (fama . . . unde et famosum dictum est infame, famosam infamem)*; Isid. diff. 208 = TG. s. v. Cf. Isid. X 105* (fallax quod fando, id est loquendo, decipiat)

3 *Cf. Non. 461, 26* || 4 *sq. Cf. ad 75, 9* || 14 *Cf. Isid. X 156* (loquax non est eloquens) | *Cf. Isid. X 82* (eloquens profusus eloquio) || 16 *Cf. Serv. Dan. in Aen. X 860* (proprie adloquitur dixit: est enim adloqui consolari) || 18 *Cf. Fest. Pauli 38, 1* (concinnare est apte componere: concinere enim convenire est)*; GL. III 467, 6* (concinnus quoque a canendo compositum est)*; Non. 43, 21* (recte autem concinnare et consentire intellegi potest quasi concinere, ut multis diverse canentibus unus efficitur modus)*; TG. s.* concinno

---

3 *add Sciop* (tranlatio $F^v$*: cf. ad 79, 19*) | famiger habile [fabile *Laet* ($F^v$)] *vel* famigerabile || 4 *sq.* compostititia (*sic* $F^v$) *vel* compositicia | fatuus et fatue [*sic* ($F^v$) *vel* fatuae]*: ubi intellegit = Faunus et Nymphae (v. test. ad 75, 9)* || 6 *sq.* farit uocabula (*sic* $F^v$) *vel* fari u. | quidque *Aug* || 8 crisippus || 12 *an:* is tum (*sic Canal*) pro⟨nuntiat⟩ 'locutu⟨s su⟩m'*?* || 13 *sq.* eloqui *v* | reliqui | qui eloquuntur [*sic* ($F^v$)] *vel* quid e(l)loquuntur || 15 ueniunt *vel* conueniunt [*sic* ($F^v$)] || 17 consulendi || 18 a concinne: *corr Scal* || 19 *add et* concinant *corr Mue* (*an:* ⟨res⟩pondeant*?* ⟨res⟩pondent *Ald*) || 20 *suppl Groth* || 22 *del Laet* || 23 a quis: *corr Turn*

59 illorum Novapolis ab antiquis vocitata nostris. a quo etiam extremum
novissimum quoque dici coeptum volgo, quod mea memoria ut Aelius
*(Mentz p. 37, 21)* sic senes aliquot, nimium novum verbum quod esset,
vitabant; cuius origo, ut a vetere vetust⟨i⟩us ac veterrimum, sic ab
novo declinatum novissimum, quod extremum. sic ab eadem origine
novitas et novicius et novalis in agro et 'sub novis' dicta pars in
foro aedificiorum, quod vocabulum ei pervetustum, ut novae viae, quae
60 via iam diu vetus. ab eo quoque potest dictum nominare, quod res
novae in usum quom[odo] additae erant, quibus ea⟨s⟩ novissent, no-
mina ponebant. ab eo nuncupare, quod tunc ⟨pro⟩ civitate vota nova
suscipiuntur. nuncupare nominare valere apparet in legibus, ubi
'nuncupatae pecuniae' sunt scriptae; item in choro in quo est *(inc.
inc. trag. I R.)*: 'Aenea! quis est qui meum nomen nuncupat?' item in
Med[i]o *(Pac. 239 R.)*: 'quis tu es, mulier, quae me insueto nuncupasti
61 nomine?' dico originem habet graecam, quod Graeci δεικνύω. hinc

---

1 *sqq. Gell. X 21, 2:* et novissimus et novissime . . . qui doctissimus eorum temporum fuerat L. Aelius Stilo ut novo et inprobo verbo uti vitaverat. propterea, quid M. quoque Varro de ista voce existimaverit, verbis ipsius Varronis ex libro de lingua latina ad Ciceronem sexto demonstrandum putavi. quod 'extremum', inquit, dicebatur, dici 'novissimum' coeptum vulgo, quod mea memoria ut Aelius, sic senes ali⟨quot⟩ . . . cuius origo ut a 'vetere' 'vetustius' ac 'veterrimum', sic a 'novo' declinatum 'novius' et 'novissimum'. *Cf. Tiro et Fl. Caper GL. I 207, 30* ‖ 4 *Cf. Serv. et Serv. Dan. in Aen. II 513* (veterrima usurpatum est . . . hoc nomen comparativum non habet, sicut deterior positivum)*; GL. II 97, 5. 264, 16 (ex Capro)* ‖ 5 *Cf. GL. I 156, 34. 324, 37. 536, 36* (aliquando solus superlativus invenitur ut novissimus, supremus)*; II 99, 14* (novissimus videtur a novo factum)*; IV 374, 23; V 154, 19. 342, 13* ‖ 6 *Cf. Gell. VII 5, 1. 4* (Alfenus . . . in libro digestorum XXXIV coniectaneorum autem II . . . inquit . . . ''novum novicium dicimus . . . augere atque intendere volentes novi . . . significationem'' . . . cum sit 'novicium' non quod magis novum sit, sed quod a novo dictum sit inclinatumque) ‖ 6 *Cf. ad 13, 14* ‖ 7 *Cf. Fest.* $174^a$*, 13* ‖ 8 *sq. Cf. Fest.* $173^b$*, 33 cum Paulo 172, 9* (nomen dictum quasi novimen [notamen?] quod notitiam facit)*; addit. ad Serv. in Georg. I 137* (nomina fecit vero notamina)*; GL. I 320, 25* (nomen autem dicitur quod unam quamque rem monstret ac notet, quasi notamen media syllaba per syncopen subtracta) *= 533, 9; II 57, 3; IV 405, 12. 488, 3. 535, 22; V 10, 8. 96, 26; VII 390, 1; Boeth. comm. in Aristot. de interpr. 221; Isid. I 7, 1* ‖ 11 *sq. Cf. Fest.* $173^a$*, 9* (nu⟨n⟩cupata pecunia est, ut ait Cincius in l. II de officio iuris consulti, nomina⟨ta⟩, certa, nominibus propriis pronuntiata . . . At Santra l. II de verborum antiquitate satis multis nuncupata conligit non de recto nominata significare, sed promissa et quasi testificata, circumscripta, recepta, quod etiam in votis nuncupandis esse convenientius [*cf. Funaioli p. 384 et Bremer I 256*])*; Cic. de off. III 65; Gai. inst. II 104* (nuncupare est enim palam nominare) *= Isid. V 24, 12; TG.* s. nuncupo

---

1 illorum *om* (*F*$^v$) ‖ 2 dico: *corr e Gellio* ‖ 3 alii quod *et* uerbum esset *Gellius* ‖ 4 *add e Gellio* | ueterrimus: *corr e Gellio* ‖ 5 ⟨nouius et⟩ nouissimum *Gellius* ‖ 6 nouicius (*sic F*$^v$) *vel* nouitius ‖ 7 peruestustas ‖ 9 *del amicus Aug* (*idem mox* qui[bus]) | *add Vertr* ‖ 10 *suppl. Sp.* ‖ 14 *del Ald* ‖ 15 NIƏIhcε (*sic F*$^v$): *corr Sp. duce Scal* (δείκω) *et Mue* (δεικνύειν)*: ubi* id δεῖξαι *Lachm*, ius δίκη *Canal*

Ennius *(inc. 39 V.²)*: ʻdico qui hunc dicare'; hinc iudicare, quod tunc
ius dicatur; hinc iudex, quod iudicat accepta potestate, id est quibus-
dam verbis dicendo finit: sic enim aedis sacra a magistratu pontifice
prae⟨e⟩unte dicendo dedicatur. hinc, ab dicando, indicium; hinc illa
indicit illum, indixit funus, prodixit diem, addixit iudicium; hinc ap-
pellatum dictum in mi[ni]mo ac dictiosus; hinc in manipulis castrensi-
bus † ducibus; hinc dictata in ludo; hinc dictator magister populi,
quod is a consule debet dici; hinc antiqua illa ⟨ad⟩dici numo et dicis
causa et addictus. si dico quid ⟨ne⟩scienti, quod [d]ei quod ignoravit 62
trado, hinc doceo declinatum vel quod cum docemus [ut] dicimus vel
quod qui docentur inducuntur in id quod docentur. ab eo quod scit
ducere qui est dux aut ductor; ⟨hinc doctor⟩ qui ita inducit, ut do-
ceat. ab † docendo docere disciplina discere litteris commutatis paucis.
ab eodem principio documenta, quae exempla docendi causa dicuntur.
disputatio et computatio e[t] propositione putandi, quod valet purum 63
facere; ideo antiqui purum putum appellarunt; ideo putator, quod
arbores puras facit; ideo ratio putari dicitur, in qua summa fit pura:
sic is sermo in quo pure disponuntur verba, ne sit confusus atque ut
diluceat, dicitur disputare. quod dicimus disserit item translati⟨ci⟩o 64

---

1 *sq. Cf. Fest. 153ᵃ, 17* (dicare ait Ennius)*: quo loco adhibito verba Varronis distinxit Vahlen 236²* | *Cf. Isid. XVIII 15, 2* (vocatum autem iudicium quasi iuris dictio) ‖ 5 *Cf. V 160. VII 42; Fest. Pauli 106, 13* (indictivum funus)*; Fest. 334ᵇ, 17; Cic. d. leg. II 61* ‖ 7 *Cf. Cic. d. leg. III 3, 9* (isque ave sinistra dictus populi magister esto)*; Isid. IX 3, 11* (dicti dictatores quasi principes et praeceptores . . . unde et dicta⟨ta⟩ dicuntur) ‖ 8 *Cf. Gaius II 252* (olim [*cf.* antiqua illa *Varronis*] autem nec heredis loco erat nec legatarii, sed potius emptoris: tunc enim in usu erat ei cui restituebatur hereditas nummo uno eam hereditatem dicis causa venire*: v. adn.*) ‖ 9 *Cf. Fest. Pauli 13, 2* (alias addicere damnare est) ‖ 13 *Cf. Isid. I 1, 1 (ex Augustin. soliloqu. II 11) = X 66* ‖ 14 *Cf. TG. s.* documentum (quod docetur ignorans *et* alterius exemplum) ‖ 15 *sqq. Cf. Fest. Pauli 24, 18* (amputata . . . ab eo quod antiqui putum pro puro dicebant). *108, 20; Fest. 217ᵇ, 16 cum Paulo 216, 8* (putus antiqui dicebant pro puro, unde putatae vites et arbores, quod decisis impedimentis remanerent purae . . . et ratio putata, id est pura facta)*; Gell. VII 5, 1. 5—8* (his igitur assentimus qui ʻputum' esse dicunt a ʻputando' dictum . . . prima syllaba . . . non longa, ut existimasse Alfenus videtur, qui a ʻpuro' id esse factum scripsit. ʻputare' autem veteres dixerunt vacantia . . . excidere . . . sic namque arbores et vites et sic rationes etiam ʻputari' dictum *e. q. s.*)*; Non. 27, 19. 157, 30. 369, 23; Don. in Andr. II 6, 11. Ad. V 3, 10 et schol. Bemb. ibid.; Serv. in Aen. VIII 522; Isid. XVII 5, 32; TG. s.* putatus

---

1 *dist Vahlen (v. test.)* ‖ 3 *a verbis* sic enim *redit F (fol. 9)* ‖ 4 p̄ unce | [ab dicando] *Sp.* ‖ 5 indicit bellum *Turn,* indictivum *Canal duce Scal* ‖ 6 *an:* dictum; ⟨hinc dicterium⟩ in*?* | *del Ald* ‖ 8 dicinumo (*vix* dicimimo): *correximus duce Budaeo et Popma* (*an:* numo I = uno*? v. test.*) ‖ 9 *add Scal* | quod d& quod: *corr Sciop* ‖ 10 *del Laet* ‖ 11 inducant̄: *corr Reiter* ‖ 12 ducare: *corr Laet c. al.* | ⟨doctor⟩ *Sp., cui* hinc *addidimus* ‖ 13 *an:* ab dicendo*?* | ·docere· disciplina ·discere· ‖ 15 *an:* ut amputatio*? (v. test.)* | &p̄positione: *corr Sp. (nisi post* et *quaedam interciderint: cf. v. 19)* ‖ 19 disputatio *Sp. (?)* | trañslatio (tranlatio *F*ᵛ*: cf. 77, 3*)

aeque ex agris verbo: nam ut olitor disserit in areas sui cuiusque generis res, sic in oratione qui facit, disertus. sermo, opinor, est a serie, unde serta; etiam in vestimento sartum, quod comprehensum: sermo enim non potest in uno homine esse solo, sed ubi ⟨o⟩ratio cum altero coniuncta. sic conserere manu dicimur cum hoste; sic 'ex iure manu⟨m⟩ consertum' vocare; hinc adserere manum in libertatem cum prendimus; sic augures dicunt *(Regell 18)* 'si mihi auctor †est
65 verbi nam manum asserere dicit consortes'; hinc etiam, a[d] quo ipsi consortes, sors; hinc etiam sortes, quod in his iuncta tempora cum hominibus ac rebus; ab his sortilegi; ab hoc pecunia quae in faenore
66 sors est, impendium quod inter se iungit. legere dictum, quod leguntur ab oculis litterae; ideo etiam legati, quod ⟨ut⟩ publice mittantur leguntur. item ab legendo leguli, qui oleam aut qui uvas legunt; hinc legumina in frugibus variis; etiam leges, quae lectae et ad populum

---

2 *sq. Cf. Fest. Pauli 72, 15* (disertus a disserendo dictus) = *Isid. X 65* (disposite enim disserit)*; Serv. Dan. in Aen. II 149* (edissere autem ordine cuncta narra, unde qui plana loquuntur dissertores fiunt et diserti vocantur)*; GL. V 250, 19. 22* (sero hoc est sine dubio loquor . . . ab eo quod est sero sertus disertus) | *Cf. Serv. in Aen. IV 277* (sermo est consertio orationis et confabulatio duorum vel plurium) = *Serv. Dan. in IX 654; Serv. in VI 160* (hic proprie dictus est sermo qui inter utrumque seritur) = *Isid. VI 8, 3; diff. 578; TG. s. v.* ‖ 5 *sq. Cf. Cic. de or. I 41* (qui . . . te ex iure manum consertum vocarent)*; ad Att. XV 7* (debuerat autem non ex iure manum consertum)*; pro Mur. 26; Gell. XX 10, 1. 9 sq.* ('ex iure manum consertum' verba sunt ex antiquis actionibus . . . Ennius enim verbis hisce usus est [*Ann. VIII 272 V.*[2]] 'non ex iure manum consertum sed magis ferro' . . . institutum est contra XII tabulas tacito consensu, ut litigantes non in iure apud praetorem manum consererent, sed 'ex iure manum consertum' vocarent, id est alter alterum ex iure ad conserendam manum in rem de qua ageretur vocaret . . . idcirco Ennius significare volens non . . . legitimis actionibus neque ex iure manum consertum *e. q. s.*) ‖ 6 *sq. Cf. Fest. Pauli 25, 10* (adserere manum est admovere: quo ea quoque quae in terram demittuntur seri dicuntur)*; Fest. 340*[b]*, 22* (sertorem quidam putant dictum a prendendo, quia cum cuipiam adserat manum educendi eius gratia ex servitute in libertatem vocetur adsertor . . . ac potius adsertorem a serendo cepisse nomen *e. q. s.*)*; Don. in Ad. II 1, 40; comm. Bern. in Lucan. III 56; TG. s. v.* ‖ 9 *Cf. ad V 183; Isid. X 51* ‖ 10 *Cf. Isid. VIII 9, 28; TG. s. v.* ‖ 11 *sq. Cf. Fest. Pauli 115, 14* (legimus aut scriptum aut oleam glandemve et alia quaedam)*; Non. 331, 32* (legere . . . significat oculis scripta percurrere . . . rursum collegere)*; GL. IV 552, 26* (aliud est lego librum, aliud est lego, id est custodiendum commendo)*; TG. s.* lego ‖ 12 *Cf. V 87* ‖ 13 *Cf. 29, 14. 80, 11* ‖ 14 *Cf. d. r. r. I 23, 2. 32, 2* (legumina alii . . . legarica appellant, utraque dicta a legendo, quod ea non secantur, sed vellendo leguntur)*; Non. 61, 13; Serv. in Georg. I 199. 74* (quod manu legatur nec sectionem requirat) = *Isid. XVII 4, 1; TG. s. v.* | *Cf. Cic. d. leg. I 19* (legem . . . Graeco putant nomine a suum cuique tribuendo appel-

---

1 atq; (aeque *scil. ut 79, 16 sq.*) ‖ 5 manum *apogr (non F)* | dici$\overset{2}{m}$ ‖ 6 *add Sciop (v. test.)* | manu in *v, recte, ut vid (quamquam cf. test.)* ‖ 7 *sq.* sic auctores ⟨iuris⟩ dicunt, si mihi auctor est et tibi una manum asserere, dici consortes *Mommsen* | est uerbi· Nã manũ (manu *v*) | ad q: *corr Sp.;* ad quae *Canal* ‖ 11 iunga (t *in fine v. add m. rec.*): *corr Groth* ‖ 12 *add Ald* ‖ 13 Hinc, H *ex* n *ut vid* ‖ 14 frugib; (gib; *ex* m̃tis *ut vid c. ras.*)

latae quas observet. hinc legitima et collegae, qui una lecti, et qui in eorum locum suppositi, sublecti; additi allecti et collecta, quae ex pluribus locis in unum lecta. ab legendo ligna quoque, quod ea caduca legebantur in agro quibus in focum uterentur. indidem ab legendo legio et diligens et dilectus.

murmuratur (dictum a similitudine sonitus [dictus]) qui ita leviter 67
loquitur, ut magis e sono id facere quam ut intellegatur videatur. hinc etiam poetae 'murmurantia litora'. similiter fremere, gemere, clamare, crepare ab similitudine vocis sonitus dicta. hinc *(trag. inc. inc. XXXIV R.)* illa 'arma sonant, fremor oritur'; hinc *(trag. inc. inc. CXXXV R.)* 'ni[c]hil me increpitando commoves'. vicina horum quiritare, iubilare. quiritare 68
dicitur is qui Quiritum fidem clamans inplorat. Quirites a Curensibus; ab his cum Tatio rege in societatem venerunt civitatis. ut quiritare urbanorum, sic iubilare rusticorum: itaque hos imitans †Aprissius *(com. rel. p. 332 R.³)* ait: 'io bucco! quis me iubilat? — vicinus tuus antiquus.' sic triumphare appellatum, quod cum imperatore milites redeuntes clamitant per urbem in Capitolium eunti '⟨i⟩o triumphe'; id a *θριάμβῳ* ac graeco Liberi cognomento potest

---

latam, ego nostro a legendo: nam ut illi aequitatis sic nos delectus vim in lege ponimus)*; GL. II 140, 13* (lego legis lex)

1 *Cf. GL. II 121, 5* (lego hic collega) ‖ 2 *Cf. Fest. Pauli 7, 5; GL. VII 297, 21; Isid. X 20; TG. s. v.* ‖ 3 *Cf. ad 27, 16* ‖ 5 *Cf. GL. VII 124, 10; Cic. d. n. d. II 72* ‖ 6 *sq. Cf. Quint. I 6, 38* (ex sono . . . 'murmurare') *et VIII 6, 31; Non. 427, 12 [cf. 478, 3]* (mussare et murmurare ita discernuntur, quod mussare hominum sit occulte quid et pressa voce loquentium, quod celatum velint . . . murmur autem maioris soni est proximi ad tumultum)*; Serv. Dan. in Aen. I 55* (sic dixit Pacuvius 'murmur maris', quia ventos murmur sequitur)*; TG. s. v.* (murmurant ursi) ‖ 8 *Cf. Non. 447, 11* (fremere magnum sonare)*; Serv. in Aen. XI 453* (hoc fremebant 'arma arma' et militaris vox est)*; additam. ad Serv. in Georg. I 12* (veteres murmura aquae fremitum dicebant) = *Serv. Dan. in Aen. XI 299; GL. VII 125, 8 = 272, 22. 301, 26* (fremor est murmur hominum, fremitus ferarum)*; TG. s. v.; Serv. in Buc. I 58* (gemere canere, proprie de turture) = *TG. s. v.; Non. 255, 1* (crepare sonare)*; additam. in Serv. Georg. I 85 (et Macr. VI 4, 5); Lact. Plac. in Theb. VI 62; Fest. Pauli 114, 10* (increpitare clamare)*; TG. s. v.* ‖ 11 *GL. I 381, 22:* quirit⟨are⟩ Varro ad Ciceronem de ⟨lingua latina⟩. Fenestella quiritatur. est autem quiritare Quirites ciere (*supplevimus*). *Cf. Non. 21, 19 sq.* (quiritare tractum ab is qui Quirites invocant . . . Nigidius Commentariis grammaticis 'clamat quiritatur')*; Don. in Ad. II 1, 1* (veteres quiritari dicebant quirites conclamare)*; TG. s.* quiritat ‖ 12 *Cf. ad 17, 7. 23, 14; Serv. in Aen. VII 710* (post foedus Titi et Romuli placuit ut quasi unus de duobus fieret populus: unde et Romani Quirites dicti sunt, quod nomen Sabinorum fuerat a civitate Curibus) ‖ 14 *Cf. Fest. Pauli 104, 9* (iubilare est rustica voce inclamare)*; TG. s.* iubilatus (*κραυγὴ ἀγροίκων et ὀλολυγμὸς ἀγροίκων, ex ipso Festo*) ‖ 18 *Cf. Athen. I 30 B* (*τιμᾶται δὲ παρὰ Λαμψακηνοῖς ὁ Πρίηπος ὁ αὐτὸς ὢν τῷ Διονύσῳ, ἐξ ἐπιθέτου καλούμενος οὕτως, ὡς Θρίαμβος καὶ Διθύραμβος*)*; Diod. III 65. IV 5* (*Θρίαμβον*

---

6 murmurat[2]; murmurari [dictum] *Sp., ubi distinximus* | *secl Sciop* | leniter *Hauthal* ‖ 7 sono *ras ex* sonio ‖ 13 ciuitates: *corr Sciop* ‖ 15 Apussius *Buecheler* ‖ 18 *add Laet* | triambo: *corr Ald* | a[c] *Sp. (om apogr aliquot)*

69 dictum. spondere est dicere spondeo, a sponte: nam id valet et a
voluntate. itaque Lucilius *(925 sq. M.)* scribit de Cret⟨a⟩ea, cum ad
se cubitum venerit sua voluntate, sponte ipsam suapte adductam, ut
tunicam et cetera[e] reiceret. eandem voluntatem Terentius *(Ad. I 1, 50)*
significat, cum ait satius esse 'sua sponte recte facere quam alieno
metu'. ab eadem sponte, a qua dictum spondere, declinatum spondit
et respondet et desponsor et sponsa, item sic alia. spondet enim qui
dicit a sua sponte spondeo; †spondit est sponsor; qui ⟨i⟩dem faciat
70 obligatur sponsu[s], consponsus. hoc N⟨a⟩evius *(inc. com. XXVI R.)*
significat cum ait 'consponsi'. spondebatur pecunia aut filia nuptiarum
causa; appellabatur et pecunia et quae desponsa erat sponsa; quae
pecunia inter se contra sponsum rogata erat, dicta sponsio; cui de-
71 sponsa quo erat, sponsus; quo die sponsum erat, sponsalis. qui
spoponderat filiam, despondisse dicebant, quod de sponte eius, id est
de voluntate, exierat: non enim, si volebat, dabat, quod sponsu erat
alligatus: nam ut in com⟨o⟩ediis *(inc. inc. VIII R.)* vides dici: 'spon-
de⟨n⟩ tuam [a]gnatam filio uxorem meo?' quod tum et praetorium
ius ad legem et censorium iudicium ad aequum existimabatur. sic

---

*δὲ αὐτὸν ὀνομασθῆναί φασιν e. q. s.), al.; Plin. VII 191* (idem [*h. e.* Liber] et triumphum invenit)*; Macr. I 19, 4; GL. V 239, 15* (triumpho . . . *ἀπὸ τοῦ θριαμβεύειν* . . . ex causa Liberi patris *e. q. s.*)*; Serv. Dan. in Aen. IV 37; Serv. in Aen. X 775* (triumphum *ἀπὸ τοῦ θριαμβεύειν*)*; GL. II 20, 19* (triumphus pro *θρίαμβος*)*; Isid. XVIII 2, 3; Mart. Cap. III 311* (triumfo quamquam a Graecis veniat)*; TG. s. v.*

1 *sqq. Cf. TG. s.* sponte (voluntate)*; Fest. 329ª, 23* (spondere Verrius putat dictum quod sponte sua, id est voluntate, promittatur) *et 343ª, 34 cum Paulo 342, 3* (spondere antea ponebatur pro dicere, unde et respondere ad⟨huc manet, sed postea⟩ usurpari coeptum est ⟨de promissu ex interrogatio⟩ne alterius)*; Serv. in Aen. X 79* (proprie sponderi puellae est: ergo sponsus non quia promittitur, sed quia spondet et sponsores dat) = *Isid. IX 7, 4; Don. in Andr. I 1, 75* (despondi ex vetere more quo spondebat etiam petitoris pater. unde et sponsus et sponsa dicitur . . . desponsa dicitur quia spondet puellae pater, despondet adolescentis)*; id. in Ad. III 4, 53. IV 7, 17; Lact. Plac. in Theb. III 172* ‖ 7 *Cf. Serv. Sulpicius apud Gell. IV 4, 2* (quae promissa erat, sponsa appellabatur, qui spoponderat ducturum, sponsus)*; Non. 439, 4; Dig. XXIII 1, 2; Arnob. IV 20* ‖ 8 *Cf. Gai. III 115 sq.* (sponsor ita interrogatur: 'idem dari spondes'. *e. q. s.*) ‖ 9 *Cf. VII 107; Fest. Pauli 41, 14* (consposos antiqui dicebant fide mutua conligatos) ‖ 12 *Cf. VII 107* (sponsus contra sponsum rogatus) ‖ 14 *sqq. Cf. ad 1; Don. in Ad. IV 7, 17* (despondet puellam qui petit, spondet a quo petitur; recte ergo socer futurus 'despondi' dixit)*; TG. s. v.* despondeo *et* sponsus*; GL. VII 99, 14* (foedus sancitur religione, at sponsio poena est)

---

1 *dist Mue* (dicere. spondeo *v*) | & a *del Sciop (& c. al.);* et⟨i⟩a⟨m⟩ *Koehm* ‖ 2 *sqq. dist Varges* | gretea cum ‖ 3 secubitum | uoluntate· Sponte ‖ 4 & ceterę ‖ 6 *an:* ⟨de⟩spondet*? cf. § 71 et test.* ‖ 8 ⟨qui⟩ sp⟨op⟩ondit *Sp.* | qdẽ: qui idem ⟨ut⟩ *v* ‖ 9 *del Sp.* ‖ 12 sponsũ: sponsu *Sp., fort. recte* ‖ 13 ⟨a⟩ quo *A. Sp.* quae *Mue* | qui] quo: *corr Laet;* quo⟨m⟩ *Mommsen* ‖ 14 dispondisse: *corr Ald* ‖ 15 sponsuerat ‖ 16 comediis uides· dici· *(prius · lineola del et ' s. alterum · add m. 2 ut vid)* ‖ 17 *add et del Rhol*

despondisse animum quoque dicitur, ut despondisse filiam, quod suae
spontis statuerat finem. a qua sponte †dicere cum spondere quoque 72
dixerunt, cum a⟨d⟩ sponte⟨m⟩ responderent, id est ad voluntatem
rogat[i]oris. itaque qui ad id quod rogatur non dicit, non respondet,
ut non spondet ille statim qui dixit spondeo, si iocandi causa dixit,
neque agi potest cum eo ex sponsu. itaqu⟨e⟩ is qui dicit in tragoedia *(inc. inc. CIII R.)*: 'meministin[e] te despondere mihi [a]gnatam tuam?' quod sine sponte sua dixit, cum eo non potest agi ex
sponsu. etiam spes a sponte potest esse declinata, quod tum sperat, 73
cum quod volt fieri putat: nam quod non volt si putat, metuit, non
sperat. itaque hi[c] quoque qui dicunt in Astraba *(frg. I)* Plauti[ne]:
'sequere adsecue, Polybadisce, meam spem cupio consequi. — sequor
hercle quidem, nam libenter mea⟨m⟩ sperata⟨m⟩ consequor', quod sine
sponte dicunt, vere neque ille sperat qui dicit adolescens neque illa
sperata est. sponsor et pr⟨a⟩es et vas neque idem, neque res a qui- 74
bus hi, sed e re simile. itaque pr⟨a⟩es qui a magistratu interrogatus, in publicum ut praestet; a quo et cum respondet, dicit 'pr⟨a⟩es.'
vas appellatus qui pro altero vadimonium promittebat. consuetudo
erat, cum reus parum esset idoneus inceptis rebus, ut pro se alium
daret; a quo caveri postea lege coeptum est ab his, qui praedia venderent, vadem ne darent; ab eo ascribi coeptum in lege mancipiorum
'vadem ne poscerent nec dabitur'.

---

5 *Cf. Paul. inst. II Dig. XLIV 7, 3, 2* (verborum quoque obligatio constat, si inter contrahentes id agatur; nec enim si per iocum puta vel demonstrandi intellectus causa ego tibi dixero 'spondes?' et tu responderis 'spondeo', nascetur obligatio) ‖ 9 *sq. Cf. Cic. Tusc. IV 37* (si spes est exspectatio boni, mali exspectationem necesse est metum); *Serv. Dan. in Aen. I 218* (spes bonorum, metus malorum); *Serv. in Aen. I 543. IV 419; GL. VI 453, 15* ‖ 13 *sqq. Cf. Non. 174, 33* (speratum id est sponsum) *et 438, 4* (inter speratam et . . . sponsam hoc interest, quod virgo priusquam petatur sperata dicitur . . . dehinc promissa . . . sponsa dici potest) ‖ 16 *sq. Cf. V 40; Fest. Pauli 223, 9* (praes est is qui populo se obligat interrogatusque a magistratu, si praes sit, ille respondet 'praes'); *idem 151, 9* (qui idem praes dicitur, quia tam debet praestare populo quod promisit quam is qui pro eo praes factus est); *TG. s. v.* ‖ 18 *Cf. Fest. Pauli 377, 10; Auson. technopaegn. 12*

---

1 animũ (ni *s. f. v. et* mũ *pallidiore: sed nullo modo* aninum *fuit*) ‖ 2 cũspondere: respondere *Mue; an:* ⟨spondere pro⟩ dicere, un⟨de re⟩spondere*? cf. test. ad 82, 1* ‖ 3 *add Turn* ‖ 4 rogationis: *corr Sp.* ‖ 6 itaqs qui: *corr Sp.* (itaque qui *c. al.*) ‖ 7 Meministine | a *del Rhol* ‖ 10 ·quod cũ uolt ‖ 11 *del Sp.* | plautine (*non* -ea) sequere: *del Laet* ‖ 12 adseque: *corr Lachm* | polyba disce | cupio defec (*vel* desec *potius quam* desee, *litteris his in fine v. in marg [ut saepius] scriptis deletisque*) consequi ‖ 13 ⊢erclẽ (⊢ *fortasse, nullo modo* ˜ *m. 2*) | *add Ritschl* ‖ 14 neq; *om, sed in marg c. signo add* ‖ 15 ideo: *corr Laet* ‖ 19 reos ‖ 20 cauari | cęptũ ‖ 21 uade[s] (*non* uadẽ) | cęptum ‖ 22 nec poscet *Sciop*

75 canere, accanit et succanit ut canto et cantatio ex Camena permutato pro M N. ab eo quod semel, canit, si s⟨a⟩epius, cantat. hinc cantitat, item alia; nec sine canendo tibicines dicti: omnium enim horum † quod a canere; etiam bucinator a vocis similitudine et cantu dictus.

76 oro ab ore et perorat et exorat et oratio et orator et osculum dictum. indidem omen, ornamentum; alterum quod ex ore primum elatum est, osmen dictum; alterum nunc cum † propositione dicitur vulgo ornamentum, quod sicut olim ornamenta[m] scenici plerique dicunt. hinc oscines dicuntur apud augures, quae ore faciunt auspicium.

77 8. tertium gradum agendi esse dicunt, ubi quid faciant; in eo propter similitudinem agendi et faciendi et gerendi quidam error his qui putant esse unum. potest enim aliquid facere et non agere, ut poeta facit fabulam et non agit, contra actor agit et ⟨non⟩ facit, et sic a poeta fabula fit, non agitur, ab actore agitur, non fit. contra imperator quod dicitur res gerere, in eo neque facit neque agit, sed gerit, id est sustinet, tralatum ab his qui [h]onera gerunt, quod hi
78 sustinent. proprio nomine dicitur facere a facie, qui rei quam facit

---

1 *sq. Cf. VII 26 sq.; Fest. Pauli 43, 16* (Camenae . . . quod canunt antiquorum laudes)*; Macr. in Somn. Scip. II 3, 4* (Etrusci . . . Camenas quasi Canenas a canendo dixerunt)*; Serv. in Buc. III 59* (Camenae . . . a cantu nomen est inditum)*; TG. s. v.; GL. II 571, 11* (a canendo . . . accinor). *438, 11* (cano recino . . . canto decanto)*; III 466, 11 sqq.* (cano . . . canto . . . succino . . . canto et cantito . . . et cantatio)*; Isid. diff. 98* ‖ 3 *Cf. VIII 60* | *Cf. V 91; Fest. Pauli 366, 3; Isid. III 21, 4* (tibicen quasi tibiarum cantor)*; TG. s. v.* (qui tibia [cum t., in t.] canunt) ‖ 4 *Cf. Fest. Pauli 32, 9* (a similitudine soni dicunt)*; GL. VII 99, 16 = 265, 8 et TG. s.* bucina*; Isid. XVIII 4, 1* ‖ 6 *Cf. Fest. 198ᵇ, 23. 182ᵃ, 29; Fest. Pauli 19, 5; Serv. in Aen. IV 205* (orasse id est dixisse: hinc et oratores dicimus). *VII 446. X 96 = TG. s.* oro*; Serv. Dan. in Aen. XI 100; Don. in Hec. IV 4, 95; Isid. X 196; GL. III 474, 8* (oro quoque verbum ab ore est)*; TG. s.* oratio (oris ratio) | *Cf. Fest. Pauli 28, 9* (osculari quod est os cum ore conferre)*; Non. 424, 16* (ab ore osculum)*; Serv. Dan. in Aen. I 256* (ora diminutive oscula)*; GL. III 474, 5* (os oris . . . diminutivum . . . osculum) ‖ 7 *sq. Cf. VII 97; Fest. Pauli 195, 4* (omen velut oremen, quod fit ore augurium, quod non avibus aliove modo fit)*; Cic. d. div. I 45; Don. in Andr. I 2, 29* (omen autem est quidquid ore dicitur) ‖ 9 *Cf. V 129* | *Cf. Fest. 297ᵇ, 11 cum Paulo 296, 8* (soracum est quo ornamenta portantur scenicorum) ‖ 10 *Cf. Fest. 197ᵃ, 3. 8* (oscines aves Ap. Claudi[an]us esse ait, quae ore canentes faciant auspicium)*; Serv. in Aen. III 361* (quae ore futura praedicunt)*; Isid. XII 7, 76; TG. s.* oscines ‖ 15 *Cf. ad 72, 18* ‖ 16 *Cf. Dig. L 16, 58; Fest. Pauli 95, 10* (a gerendo quia plurimum posse putabantur) ‖ 18 *sq. Cf. Gell. XIII 30, 2* (quando facies sit forma omnis et modus et factura quaedam corporis totius a faciendo dicta, ut . . . a

---

1 Canerę· | ⟨et⟩ accanit *Mue* | ex camena *oblitteratum, sed certum* ‖ 2 pro ·N·M·: *trai Mue* ‖ 3 tubicines, liticines *aliosque id genus ante* tibicines *suppl Mue* ‖ 4 *an:* ⟨commune⟩ quod a*?* quoddam *Canal* ‖ 6 ore ⟨: inde⟩ et *Krumbiegel* ‖ 8 ⟨omen ut⟩ osmen *Krumbiegel; an:* ⟨olim⟩ osmen*?* | dicitur *ex* dictũ *inter scribendum* ‖ 9 ornamtũ *bis: correximus (v. adn.)* ‖ 11 agend[i]esse ‖ 12 errorhi[s] *in loco raso,* orh (*non* i[s]) *e corr* ‖ 14 auctor

imponit faciem. ut fictor cum dicit fingo, figuram imponit, quom
dicit [in]formo, formam, sic cum dicit facio, faciem imponit; a qua
facie discernitur, ut dici possit aliud esse vestimentum, aliud vas, sic
item quae fiunt apud fabros, fictores item alios alia. qui[c] quid
amministrat, cuius opus non extat quod sub sensu⟨m⟩ veniat, ab agi-
tatu, ut dixi *(§ 41 sq.)*, magis agere quam facere putatur; sed quod
his magis promiscue quam diligenter consuetudo est usa, translaticiis
utimur verbis: nam et qui dicit, facere verba dicimus, et qui aliquid
agit, non esse inficientem. *** qui adlucet dicitur. lucere ab luere, 79
et luce dissolvuntur tenebrae; ab luce Noctiluca, [lucere item ab luce]
quod propter lucem amissam is cultus institutus. acquirere est ad
et qu⟨a⟩erere; ipsum qu⟨a⟩erere ab eo quod quae res ut reciperetur
datur opera; a qu⟨a⟩erendo qu⟨a⟩estio, ab his conqu⟨a⟩estor.

video a vi[su]: qui⟨n⟩que enim sensuum maximus in oculis: nam 80
cum sensus nullus quod abest mille passus sentire possit, oculorum
sensus vis usque pervenit ad stellas. hinc visenda, vigilant, †vigilium,
invident, †et atti cum illud '†oblivio lavet qui incidit invidendum'.
a quo etiam violavit virginem pro vit⟨i⟩avit dicebant; aeque eadem
modestia potius cum muliere fuisse quam concubuisse dicebant.

cerno idem valet: itaque pro video ait Ennius *(336 fr. trag. R.)*: 81
'lumen iubarne in caelo cerno?' Canius: 'sensumque inesse et motum
in membris cerno.' dictum cerno a cereo, id est a creando; dictum
ab eo quod cum quid creatum est, tunc denique videtur. hinc fines

---

fingendo figura) = *Non. 52, 22* = *TG. s.* facies; *Serv. Dan. in Aen. VIII 634* (fingere tamen et formare aliquid et ad integram faciem arte producere significat, inde fictores dicuntur qui imagines vel signa ex aere vel cera faciunt); *Isid. XX 4, 2*

10 *Cf. V 68; ad VI 11; TG. s.* Nocticula || 11 *Cf. Augustin. d. civ. d. XVII 6* || 13 *Cf. V 81* || 14 *sq. Cf. Gell. V 16, 4* (Plato [*Tim. p. 45 B*] existimat genus quoddam ignis lucisque de oculis exire idque coniunctum continuatumque vel cum luce solis vel cum alterius ignis lumine s u a v i et externa nixum efficere, ut quaecumque offenderit inlustraveritque cernamus); *Isid. XI 1, 21* (visus dictus quod vivacior sit ceteris sensibus . . . ampliusque vigeat *e. q. s.*) || 18 *Cf. Augustin. pr. dial. 11, 18 Cr.* (cum dicimus 'vim' sonus verbi . . . quasi validus congruit rei quam significat: iam ex illa vicinitate per id quod efficiunt, hoc est quia violenta sunt, dicta *e. q. s.*) || 20 *Cf. Non. 261, 1* (cernere significat videre); *TG. s. v.* || 21 *Cf. § 6. VII 76* || 22 *Cf. Fest. Pauli 122, 5* (in carmine Saliari Cerus manus intellegitur creator bonus); *Serv. in Georg. I 7* (Ceres a creando dicta) = *TG. s.* Ceres

---

2 *del Sp.* || 4 fictores· Ite *et* alia qcqd: pictores, item a. a. *Sp. (ubi distinctionem delevimus)* || 5 *add Ald* || 8 uerƀ· Nâ (ƀ *nequaquam ex* a) || 9 ᵃgjt *ex* gat | *lac sign Mue: ubi* ⟨et facere lumen⟩ qui adlucet *supplemus, post* dicitur *distinguentes* || 10 noctiluca *in loco raso* | *secl Sp.* || 11 institutus, n *ex* s *inter scribendum* || 14 *secl Pauw (v. test.)* || 16 sensus· uis usq;: *aut* sensus *aut* vis *del A. Sp.* | uisenda (*non* uisunda) | uigiliũ· Inuident· || 17 & attj || cũ: et anticum *Vict* | oculis violavit *Mue* | in invidendum *Sp.* || 21 Iubar ne | cerno ? | *cf. test.* || 22 cerno *in ras m. 2 ut vid* | cero *Canal*

capilli discripti, quod finis videtur, discrimen; et qui id in testamento, ⟨cernito⟩, id est facito videant te esse heredem: itaque in cretione adhibere iubent testes. ab eodem est quod ait Medea *(Enn. 223 R.)*: ‘ter sub armis malim vitam cernere quam semel modo parere.’ quod, ut decernunt de vita eo tempore, multorum videtur vitae finis.

82 spectare dictum ab antiquo, quo etiam Ennius *(Ann. 421 V.$^{2}$)* usus: ‘⟨q⟩uos Epulo postquam spexit’ et quod in auspiciis *(Regell p. 20)* distributum est qui habent spectionem, qui non habeant, et quod in auguriis etiam nunc augures dicunt *(Regell p. 16)* avem specere. consuetudo com⟨m⟩unis quae cum praeverbis coniun⟨c⟩ta fuerunt etiam nunc servat, ut aspicio, conspicio, respicio, suspicio, [di]de[st]spicio, sic alia; in quo etiam expecto quod spectare volo. hinc specula; hinc speculum, quod in eo specimus imaginem. specula, de quo prospicimus. speculator, quem mittimus ante, ut respiciat quae volumus. hinc qui oculos inunguimus quibus specimus, specillum.

83 ab auribus verba videntur dicta audio et ausculto; auris ab ave[t]o,

---

1 *Cf. V 129; Non. 282, 20* (discrimen rursum separatio a discernendo, unde . . . discerniculum dicitur acus quae capillos a media fronte disseparat)*; Serv. in Aen. XI 144* (discriminat dividit: unde et discrimen capitis muliebris dicitur)*; Isid. XIX 31, 8 sq.; TG. s.* discrimen *et* discriminale ‖ 2 *Cf. Gai. II 154 sqq., inprimis 165. 174* (adicere debemus ‘cernitoque . . . quodni ita creveris exheres esto’)*; Ulp. XXII 27 sqq.; Fest. Pauli 53, 8* (crevi modo significat hereditatem adii)*; Non. 261, 26* (cernere rursum succedere: unde et cernere hereditatem filii . . . . sunt dicti)*; TG. s. v.* (cernitoque καὶ ἐγχειρησάτω)*; GL. I 565, 17* (cerno crevi ὁρῶ προσέρχομαι κληρονομίᾳ)*; Isid. V 24, 15* (cretio . . . ut puta ‘ille mihi heres esto’ additurque ‘cernitoque’ *e. q. s.*) | *Cic. ad Att. XIII 46, 3* (ex eo cognovi cretionem . . . testibus praesentibus) ‖ 6 *Cf. Fest. $330^{b}$, 29* (spicit quoque sine praepositione dixerunt antiqui). *$344^{a}$, 29* ‖ 7 *sq. Cf. Fest. $333^{a}$, 9* (spectio in auguralibus ponitur pro aspectione *e. q. s.*) ‖ 10 *sq. Cf. Fest. Pauli 2, 2* (quod nos cum praepositione dicimus aspicio, apud veteres sine praepositione spicio dicebatur)*; GL. II 400, 10* (spicio ex quo aspicio). *435, 5* (spicio . . . aspicio respicio suspicio dispicio). *562, 11* (aspicio inspicio despicio suspicio conspicio a specio). *178, 11* (sunt tamen quaedam quorum simplicia in usu frequenti non sunt, ut . . . respicio aspicio suspicio despicio) ‖ 12 *Cf. V 129; GL. II 125, 9* (a simplici quoque quod in usu non est specio specis speculum pro speciculum per syncopam ci euphoniae causa)*; Non. 434, 13* (specula despicientiam significat . . . speculum quo imago redditur)*; Serv. in Aen. I 180* (scopulum id est speculam. et quando speculationem significamus, generis est feminini . . . speculum autem in quo nos intuemur, generis est neutri) ‖ 14 *Cf. Fest. Pauli 79, 9* (speculator hostilia silentio perspicit) ‖ 15 *Cf. Plin. VII 183* (medicus dum inunguit specillum per oculum trahens)*, al.* ‖ 16 *Cf. Plauti Miles gl. 33; Lact. de opif. 8* (aures, quibus inditum est nomen a vocibus hauriendis . . . aut quia vocem *αὐδὴν* vocant ab auditu, per immutationem litterae aures velut audes sunt nominatae)*; Isid. XI 1, 22 et 46. XVII 7, 2; GL. VII 71, 22* (ab audiendo auriculas dicimus)

---

1 descripti: *corr A. Sp.* ‖ 2 *suppl Turn (v. test.)* ‖ 3 ter, er *in ras. m. 2* ‖ 4 multa: uitam *Nonius 261, 18* ‖ 7 Uos: *corr e Festo* ‖ 9 *post* augures *ras. in f. v.* ‖ 10 c̃iunta ‖ 11 didestspicio· (*prior* d *del m. 2*) ‖ 12 speculo⟨r⟩; hinc *Canal (v. test.)* ‖ 16 aurib; (u *in ras m. 2*) | audio· abaucto: auris *corr Mue,* aueo *Laet*

quod his avemus di⟨s⟩cere semper, quod Ennius videtur *ἔτυμον* ostendere velle in Alexandro *(34 sq. R.)* cum ait: ʽiam dudum ab ludis animus atque aures avent avide expectantes nuntium.ʼ propter hanc aurium aviditatem theatra replentur. ab audiendo etiam auscultare declinatum, quod hi auscultare dicuntur qui auditis parent, a quo dictum poetae: ʽaudio, ⟨h⟩aut ausculto.ʼ littera commutata dicitur odor olor, hinc olet et odorari et odoratus et odora res, †sic ab ore.
edo, sorbeo, bibo, poto. edo a graeco *ἔδω*, hinc esculentum et esca 84
⟨et⟩ edulia; et quod graece *γεύεται*, latine gustat. sorbere, item bibere a vocis sono, ut fervere aquam ab eius rei simili sonitu. ab eadem lingua, quod *πότον*, potio, unde poculum, potatio, repot[at]ia. indidem puteus, quod sic graecum antiquum, non ut nunc *φρέαρ* dictum. a manu man[t]u[r]pr[a]etium; mancipium, quod manu capitur; 85
⟨quod⟩ coniungit plures manus, manipulus; manipularis, manica. manubrium, quod manu tenetur. mantelium, ubi manus terguntur * * * *

9. nunc primum ponam ⟨de⟩ censoriis tabulis: ʽubi noctu in 86
templum censor[a] auspicaverit atque de caelo nuntium erit, praeconi[s] sic imperato ut viros vocet: quod bonum fortunatum felix

---

4 *Cf. Non. 246, 15* (auscultare audire)*; TG. s. v.* ‖ 5 *Cf. Non. 246, 9* (auscultare est obsequi. Pacuvius Chryse [85] ʽmagis audiendum quam auscultandum censeoʼ . . . Caecilius Symbolo [196] ʽaudire . . . soleo, non auscultare)*; TG. s. v.* ‖ 6 *sq. Cf. TG. s.* oleo *et* olor*; Fest. 178ᵃ, 31 cum Paulo 179, 12* (odefacit dicebant antiqui ab odore pro olfacit . . . quae vox ut quibusdam videtur ex Graeca *ὀσμῇ* tracta est)*; GL. VI 26, 3* (communionem enim habuit ⟨l cum d⟩ littera apud antiquos, ut . . . olere ab odore . . . olere *ὀδωδέναι*)*; V 461, 8* (odor odoror odoraris) | *Cf. Serv. in Aen. IV 132* (odorum quod per se olet, odoratum quod aliunde odorem accipit, odorisecum quod odorem sequitur) = *TG. s.* odorus*; Isid. diff. 411* ‖ 8 *sq. Cf. Non. 108, 19* (esculentum et escarium ab escis et ab edendo dictum)*; Isid. XII 1, 13* (ab edendo . . . et edulium vocatur)*; TG. s.* edule *et* edulium ‖ 9 *Cf. GL. III 276, 25; I 552, 28* ‖ 11 *Cf. ad V 122* | *Cf. Fest. 281ᵃ, 3* (repotia . . . quia quasi reficitur potatio)*; Pseudacr. in Hor. Serm. II 2, 60* (dies secundus a nuptiis quo repotant *e. q. s.*) ‖ 12 *Cf. V 25 ibique test.* ‖ 13 *Cf. V 178 ibique test.* | *Cf. Fest. Pauli 128, 11* (manceps dictus quod manu capiatur). *151, 9; Don. in Ad. II 1, 27* (mancipia dicuntur quod manu capta sunt)*; Isid. IX 4, 45. diff. 525; TG. s.* manceps *et* mancipium ‖ 14 *sq. Cf. V 88 ibique test.* | *Cf. Non. 350, 22* (manicae quibus manus vinciuntur)*; Isid. V 27, 10; TG. s. v.* | *Cf. GL. VII 200, 6* (manubrium manuhaberium)*; TG. s. v.* | *Cf. Fest. 133ᵃ, 31* (frequens enim antiquis ad manus tergendas usus fuit mantelorum)*; Serv. in Aen. I 701. Georg. IV 376* (quibus manus tergunt)*; Isid. XIX 26, 6; TG. s. v.* ‖ 18 *Cf. Cic. d. div. I 45, 102* (omnibus rebus agendis ʽʽquod bonum faustum felix fortunatumque esset'' praefabantur)

---

1 Ετγ́μον ‖ 2 abludis ‖ 6 *add quidam apud Aug* | obsculto ‖ 7 odorat (2 supra t): *corr Sp.* ¶ ·Sic (*ex* Sib, *nequaquam* sio *ex* sit) ab ore·; *an:* ⟨odori⟩sec⟨i⟩ *(v. test.).* ab ore ⟨oro, de quo supra *(§ 76)*⟩*?* ‖ 8 *sq.* edon· hinc: *corr Ald* | escędulia: *corr Canal duce Ald* | ·geuete· ‖ 11 potọn· | repotatio: *corr quidam apud Aug* ‖ 12 Phrear ‖ 13 mantp̃tiũ· (2 supra t): *corr Vict* ‖ 15 *lac maiorem sign Aug* ‖ 16 *add Laet;* ⟨e⟩ *Sp.* ‖ 17 templo *Bergk* | censora (ᵛ *m. 2 ut vid*): *corr Ald* ‖ 18 *del Ald* | imperat *Sp.*

salutareque sie[ri]t populo Romano Quiritibus reique publicae populi Romani Quiritium mihique collegaeque meo, fidei magistratuique nostro, omnes Quirites, pedites armatos privatosque, curatores omnium tribuum, si quis pro se sive pro altero rationem dari volet, voca[t] inlicium huc ad me.'

87 'praeco in templo primum vocat, postea de moeris item vocat. ubi lucet, censor scribae magistratus murra unguentisque unguentur. ubi praetores tribunique plebei quique in consilium vocati sunt venerunt, censores inter se sortiuntur, uter lustrum faciat. ubi templum factum est, post tum conventionem habet qui lustrum conditurus est'.

88 in commentariis consularibus scriptum sic inveni: "qui exercitum imperaturus erit, accenso dicit hoc: 'Calpurni, voca inlicium omnes Quirites huc ad me.' accensus dicit sic: 'omnes Quirites, inlicium visite huc ad iudices.' 'C. Calpurni', cos. dicit, 'voca ad conventionem omnes Quirites huc ad me.' accensus dicit sic: 'omnes Quirites, ite ad conventionem huc ad iudices.' dein consul eloquitur ad exercitum: 'impero qua convenit ad comitia centuriata."

89 quare hi[n]c accenso, illic praeconi dicit, haec est causa: in aliquot rebus item ut praeco accensus acci[pi]ebat, a quo accensus quoque dictus. accensum solitum ciere Boeotia ostendit, quam co[m]m⟨o⟩ediam A⟨qui⟩lii esse dicunt, hoc versu *(Plauti fr. II)*: 'ubi primum accensus clamarat meridiem'. hoc idem Cosconius *(Funai. p. 109)* in actionibus [sui]scribit praetorem accensum solitum [tum] esse iubere, ubi ei videbatur horam esse tertiam, inclamare horam tertiam esse, itemque meridiem et horam nonam.

90 circum muros mitti solitus quo modo inliceret populum in eum

---

2 *Cf. Liv. XL 46, 9* (quod in omnibus fere precationibus nuncupabitis verbis 'ut ea res mihi collegaeque meo bene et feliciter eveniat') ‖ 5 *Cf. ad § 94* ‖ 9 *Cf. Liv. XL 45, 8 et 46, 7 sq.* ‖ 15 *Cf. Liv. III 55, 11 sq.* ‖ 18 *sqq. Cf. Varro rer. hum. XX ap. Non. 59, 1* (ut consules ac praetores qui secuntur in castra accensi dicti, quod ad necessarias res saepius acciantur velut accensiti)*; Liv. XLV 29, 2; TG. s.* accensi ‖ 21 *Cf. Plin. VII 212* (adiectus est et meridies accenso consulum id pronuntiante) ‖ 22 *sq. Cf. § 5* ‖ *26 Cf. § 94*

---

1 *sq.* salutare quesierit: *corr Laet* | popło ·R· qritiũ· *et* popłi ·R· qritiũ: *corr Brissonius c. al.* ‖ 4 *sq.* se si uerbo: *corr Sciop* | dare *Gronov* | uocat Inliciũ· Huc ad me p̄co ‖ 6 vocat⟨o⟩ *Bruns-Mommsen* (*item 12. 14 et mox* unguentor — sortiuntor — habeto *et § 88* dicito: C. [*pro* dicit hoc] *et* eloquitor) | post eadẽ eris ‖ 7 licet | censor⟨es⟩ *Sp.* ‖ 9 sortjtjuntur (*prius* tj *lineolis del m. 2 ut vid*) | *post* faciat (*non* factum est) *dist. Mue* ‖ 11 exercitui *Sp.* ‖ 12 *v. ad 6* ‖ 14 ·C· calpurnicos: *corr Sciop, dist Mue duce Gronov* ‖ 18 *del Ald* | *ante (non post)* haec *dist Canal* ‖ 19 idẽ: *corr Bent (v. test.)* | *del Laet* | ad censum: *corr Laet* ‖ 20 *sq.* cõmę‖diã | *add Turn* ‖ 23 suiscribit (sui *lineolis del m. 2 ut vid*) | *secl Vict* ‖ 25 *sq.* horam· nonã circũ auras mitti: moeros *corr Urs* | solitum *v* | quomodo inljcer& (l *ex incohata* c *ut vid inter scribendum, non* lj *ex* u)

⟨locum⟩, unde vocare posset ad contionem, non solum ad consules et censores, sed etiam qu⟨a⟩estores, commentarium indicat vetus anquisitionis M. Sergii, Mani filii, qu⟨a⟩estoris, qui capitis accusavit ⟨T⟩rogum; in [a]quo sic est: 'auspicio †orande sed in templo auspiciis. 91
dum aut ad praetorem aut ad consulem mittas auspicium petitum, †commeatum praetores vocet ad te, et eum de muris vocet praeco; id imperare ⟨o⟩portet. cornic⟨in⟩em ad privati ianuam et in arcem mittas, ubi can[n]at. collegam roges ut comitia edicat de rostris et argentarii tabe⟨r⟩nas occludant. patres censeant exqu⟨a⟩eras et adesse iubeas; magistratus censea⟨n⟩t ex⟨qua⟩era⟨s⟩, consules praetores tribunosque plebis collegasque ⟨t⟩uos [et] in templo adesse iubeas [h]om[i]nes; ac cum mittas, contionem a⟨d⟩voces.'

in eodem commentario anquisitionis ad extremum scriptum caput 92
edicti hoc est: 'item quod attingat qui de censoribus classicum ad comitia centuriata redemptum habent, uti curent eo die quo die comitia erunt, in arce classicus ca[n]nat[um] circumque muros et ante privati huiusce T. Quinti Trogi scelerosi [h]ostium canat, et ut in campo cum primo luci adsi[t]et.'

inter id cum circum muros mittitur et cum contio advocatur, 93
interesse tempus apparet ex his quae interea fieri †illicitum scriptum est; sed ad comitiatum vocatur populus ideo, quod alia de causa hic magistratus non potest exercitum urbanum convocare; censor, consul, dictator, interrex potest, quod censor[em] exercitum centuriato constituit quinquennalem, cum lustrare[t] et in urbem ad vexillum ducere debet; dictator et consul in singulos annos, quod hic exercitui

---

7 *Cf. C. Gracchus apud Plut. III* (*καίτοι πάτριόν ἐστιν ἡμῖν, εἴ τις ἔχων δίκην θανατικὴν μὴ ὑπακούει, τούτου πρὸς τὰς θύρας ἕωθεν ἐλθόντα σαλπιγκτὴν ἀνακαλεῖσθαι τῇ σάλπιγγι καὶ μὴ πρότερον ἐπιφέρειν ψῆφον αὐτῷ τοὺς δικαστάς*); *Tac. ann. II 32* (in P. Marcium consules extra portam Esquilinam, cum classicum canere iussissent, more prisco advertere) ‖ 14 *Cf. Gell. XV 27, 1* (curiata per lictorem . . . centuriata per cornicinem)

---

1 *suppl v ex p. 90, 4* ‖ 2 *sqq.* Inqsitionis: *corr Aug ex § 92* | ·m· sergii mani: M.' *Sp.* | questores | ⟨T. Quinctium⟩ Rocum *Bruns: cf. § 92* | Inaqua· sic ē auspicio orande (*c. ras supra* and, *non* grande) | auspicio o⟨pe⟩ram des et *Bergk* | auspices. *Mommsen* ‖ 6 comitiatum (*sic Sciop*) praeco (*sic Aug*) populum vocet *Mommsen* | ⟨r⟩eum *Canal* ‖ 7 *add Laet* ‖ 8 *del Ald* | colligã: *corr Rhol* | rogis: *corr Mue* | comitię dicat: *corr Vict* ‖ 9 *sq.* tabenas (˜ *supra* e *m. 2*) | a *add Bergk* | n *add Mue* | extra: *corr Bergk duce Mue* (exquiras) ‖ 11 *add Sciop* | et *del Bruns-Mommsen* ‖ 12 *del Sciop* ‖ 13 acqsitionis (agquisitionis *Groth coll fragm. 107 W.*) ‖ 14 decessoribus ‖ 16 cannatũ (˜ *lineola del m. 2*): *corr Vict* | muros (u *ex incohata* e *inter scribendum*) ‖ 17 T. Quin⟨c⟩ti Roci *Bruns (cf. § 90)* | *del Sciop* ‖ 18 adsit· &: *corr Sciop* ‖ 20 Illjcitũ (t *lineolis del m. 2*); *secl Sciop: cf.* inlicium scriptum *p. 90, 14* ‖ 21 comitia tum: *corr Sciop* ‖ 23 censorẽ ‖ 24 lustrar&: *corr Scal*

imperare potest quo eat, id quod propter centuriata comitia imperare
94 solent. quare non est dubium, quin hoc inlicium sit, cum circum muros itur, ut populus inliciatur ad magistratus conspectum, qui ⟨vi⟩ros vocare potest, in eum locum unde vox ad contionem vocantis exaudiri possit. quare una origine illici et inlicis quod in choro Proserpinae est *(fr. trag. inc. poet. fr. p. 272 R.*$^3$*)*, et pellexit, quod in ⟨H⟩ermiona est, cum ait Pacuius *(170 R.)*: 'regni alieni cupiditas
95 pellexit.' sic Elicii Io[bis]uis[a] ara in Aventino ab eliciendo. hoc nunc aliter fit atque olim, quod augur consuli adest tum cum exercitus imperatur ac pr⟨a⟩eit quid eum dicere oporteat. consul augur⟨i⟩ imperare solet, ut inlicium vocet, non accenso aut praeconi. id inceptum credo, cum non adesset accensus, et nihil intererat cui imperaret; et dicis causa fieba⟨n⟩t quaedam neque item facta neque item dicta semper. hoc ipsum inlicium scriptum inveni in M. Iunii *(I p. 39 Bremer)* commentariis, quod tamen †ibidem est quod †illicite illexit, quae cum E et C cum G magnam habet co⟨m⟩munitatem.
96 10. sed quoniam in hoc de paucis rebus verba feci plura, de pluribus rebus verba faciam pauca, et potissimum quae in graeca lingua putant *(Funai. p. 116)* latina, ut scalpere a *σκαλεύειν*, sternere a *στρωννύειν*, lingere a *λιχμᾶσθαι*, I ab hЄ, ite ab *ἴτε*, gignitur ⟨a⟩ *γίγνεται*, ferte a *φέρετε*, providere ⟨a⟩ *προιδεῖν*, errare ab *ἔρρειν*, ab eo

---

2 *sqq. Cf. § 90* | *Cf. Fest. Pauli 113, 3* (inlicium vocare antiqui dicebant ad contionem vocare). *114, 4* (inlicium dicitur cum populus ad contionem elicitur, id est vocatur)*; TG. s.* illictum ‖ 4 *Cf. 87, 18* (ut viros vocet)*; Varro in augurum libris ap. Macr. I 16, 19* (viros vocare) ‖ 5 *sq. Cf. Fest. Pauli 27, 16* (a verbo lacit id est decipit; hinc descendit illicere *e. q. s.*). *113, 4. 5. 6. 117, 9; Serv. in Aen. II 90* (pellicere enim est blandiendo elicere) ‖ 8 *Cf. Ovid. Fast. III 327 sq.* (Eliciunt caelo te, Iuppiter; unde minores Nunc quoque te celebrant Eliciumque vocant)*; Liv. I 20, 7* (ad ea elicienda ex mentibus divinis Iovi Elicio aram in Aventino dicavit)*; Plin. II 140; Plut. Num. c. 15; Arnob. V 1* ‖ 15 *sq. Cf. Fest. 202*$^b$*, 31* (per c litterae formam nihilominus g usurpabant *scil.* antiqui). *229*$^a$*, 14; GL. VII 14, 9* (c cognationem habet cum g)*; VI 12, 21; Quint. I 4, 17* (non e quoque i loco fuit? *e. q. s.*)*; GL. VII 76, 13* (hae duae litterae e et i per ius adfinitatis recipiunt immutationem)*; VI 14, 15* (et saepe i litteram commutatis in e) ‖ 19 *sq. Cf. TG. s.* scalpo (*σκαλιδεύω*) | *Cf. TG. s.* sterno ‖ 21 *Cf. TG. s.*

---

2 cũ hoc: *corr Vertr* ‖ 3 *sq.* q ros: *suppl Sp. (v. test.)* | uocari: *corr Ald* ‖ 7 pacuIus (i *longa, ut saepe*) ‖ 8 iobis uisa: *corr Vict* ‖ 10 *add Vict* ‖ 11 is‖ljciũ: *corr Laet;* is ⟨in⟩licium *Mue* ‖ 15 ibidẽ est quod illicite illexit· quę cum ·E· & ·C· cũ ·G·*; coll. Festo Pauli 113, 6. Nonio 436, 34. TG. s. 'illex' tale quid latere conicias:* commentariis; quod tamen ⟨inlex apud Plautum in Persa [408] est qui legi non paret⟩ ibidem [597] est quod (*vel* qui) illicit[e] illex, ⟨f⟩it quod I cum E *e. q. s.* (quod *pro* quę *cum Mue,* I *cum Ciacconio apud Aug*) ‖ 17 reb; *supra v. m. 1* ‖ 19 SCOLPSα· (*non* SCOIPSA) & sternere: *corr Rhol* ‖ 20 STRONYIN | Λɧγμωστε (*vix -αστε*) | ·J· ab hЄ·*;* i ab *ἴθ⟨ι⟩ A. Sp.* | hτε | gignit[2] YhYNOITЄ (a *om*) | ferete· | prouidete: *corr Laet c. al.* | *addidimus* | ·ΠPωhδЄhN· | ЄPPЄhN·

quod dicunt *στραγγαλᾶν* strangulare, tingue⟨re⟩ a *τέγγειν*. praeterea †ades ΨЄC; ab eo quod illi *μαλάσσειν* nos malaxare, ut gargarissare ab *ἀναγαργαρίζεσθαι*, putere a *πύθεσθαι*, domare a *δαμάζειν*, mulgere ab *ἀμέλγειν*, pectere a *πέκειν*, stringere a *στλεγγίζειν*: id enim a *στλεγγίς*, ut runcinare a runcina, cuius *ῥυκάνη* origo graeca.

11. quod ad origines verborum huius libri pertinet, satis multas 97
arbitror positas huius generis; desistam, et quoniam de hisce rebus tri⟨s⟩ libros ad te mittere institui, de oratione soluta duo, poetica unum, et ex soluta oratione ad te misi duo, priorem de locis et quae in locis sunt, hunc de temporibus et quae cum his sunt coniuncta, deinceps in proximo de poeticis verborum originibus scribere in⟨cipiam⟩.

---

fero | *Cf. Cloatius Verus in libris verborum a Graecis tractorum apud Gell. XVI 12, 2* (errare dictum est *ἀπὸ τοῦ ἔρρειν*)

1 *TG. s.* strangulo (*στραγγαλίζω*) ‖ 2 *sqq. Cf. Non. 99, 10* (depsere a graeco magis significantiam vel originem trahit *e. q. s.*) | *Cf. Gell. XVI 7, 7* (Laberius in mimis . . . verba finxit praelicenter . . . in Compitalibus 'malas malaxavi'); *TG. s.* malaxat *et* malaxatus | *Cf. Varro ep. ad Fufium ap. Non. 117, 4* (gargaridiare); *TG. s.* gargarizo (conluo) | *Cf. TG. s.* domo, domans *et s.* mulget ‖ 4 *sq. Cf. schol. in Pers. V 126* (strigiles . . . a tergendo, quod graece *στλεγγίζω* dicitur); *adde schol. Aristoph. Equ. 580* (*στλεγγὶς γὰρ ἡ ξύστρα* [*v. TG. s.* strigilis] *καὶ στλεγγιζόμενος ἀποξυόμενος*) | *Cf. TG. s.* runcina

---

1 strangalã | Tingue· a | THNKЄΔЄ: *corr Buttmann* ‖ 2 ·ΨЄC· | [a]de⟨p⟩s⟨ere *δέ*⟩*ψειν Sp. (v. test.)* | ΜΑΛΑΣЄΝ·: *corr Sp.* (*vel μαλακίζειν cum Rhol et* nos malacissare*: sed v. test.*) | nos *ex* ma *incohato inter scribendum* ‖ 3 ɑNɑPΓɑPHCTЄ·: *corr Sp.* | potare: *corr Canal* | ΠoIΘЄCTɑЄ: *corr Canal* | *Δμαισhν*: *corr Sp.* ‖ 4 *sq.* AMЄΛΓHN· | ΠЄΣЄPЄ: *corr Sp.* | CPHNΓHΔЄ· *et* CHNΓHMHC·: *correximus (v. test.)* | PHXɑNЄ: *corr Scal* ‖ 7 gęneris ‖ 8 trj libros ‖ 11 in (stitui *suppl m. rec.*) | scribere in *in primo v. f. $11^{v}$: reliqua pars huius v. et XX qui secuntur scriptura vacant* hic deẽ in exẽpł | folj ·I· | in q̊ ẽ prin|cipium ljbrj UII· *m. 2 in marg. Inde ab hac pagina usque ad 12 $(13)^{v}$ litterae sunt paulo graciliores quam antea: etsi omnino minime aequali manu codex perscriptus est, ut aut de pluribus librariis aut de interstitiis scribendi cogitandum esse videatur*

⟨M. TERENTI VARRONIS

# DE LINGVA LATINA

AD

M. TULLIUM CICERONEM

## LIBER VII⟩

1 1. . . repens ruina aperuit, ut verbum quod conditum est e quibus litteris oportet inde post aliqua dempta si[t] obscurius fit, voluntas impos⟨i⟩t[eri]oris. non reprehendendum igitur in illis qui in scrutando verbo litteram adiciunt aut demunt, quo facilius, quid sub ea voce subsit, videri possit: ut enim facilius obscuram operam ⟨M⟩yrmecidum ex ebore oculi videant, extrinsecus admovent nigras
2 setas. cum haec amminicula addas ad eruendam voluntatem impositoris, tamen latent multa. quod si poetice ⟨quae⟩ in carminibus servavit multa prisca quae essent, sic etiam cur essent posuisse[n]t, fecundius poemata ferrent fructum; sed ut in soluta oratione sic in poematis verba ⟨non⟩ omnia quae habe[re]nt ἔτυμα possunt dici, neque multa ab eo, quem non erunt in lucubratione litterae prosecutae, multum licet legeret. Aelii hominis in primo in litteris latinis exercitati interpretationem carminum Saliorum videbis et exili littera ex-
3 pedita⟨m⟩ et praeterita[m] obscura[m] multa. nec mirum, cum non modo Epimenides †opos post annos L experrectus a multis non

---

6 *Cf. IX 108* ‖ 13 *Cf. Gell. I 18, 2* (L. Aelius noster litteris ornatissimus memoria nostra)

---

1 operuit *Turn; an fuit velut:* ⟨sic saepe ars architectonis formam aedificii, quam oppressit⟩ repens ruina, aperuit, ut . . . voluntas impositoris ⟨eruitur⟩ *(cf. v. 7)?* ‖ 2 *del Ald* (si *suppl ante* post *Laet, post* post *Madvig, post* ut *Mue alia insuper mutantes*) | obscurior *v* | fit· ‖ 3 inposterioris (ri *lineola del m. 2 ut vid*): *corr Aug* | rep̄hendendū· Jgit[2]: *ante* non *dist Mue* ‖ 4 qd facilius qd: *corr Turn* ‖ 5 uidere: *corr Sp.* | & enī: *corr Vict* ‖ 6 *add Ald* ‖ 7 ãminicula ‖ 8 *add Sp.; an mox:* ⟨si⟩ sic*?* | seruabit: *corr Vict* ‖ 9 *sq. del Vict* | secundius: *corr Laet* ‖ 11 *add Mue;* ⟨neque⟩ verba *Canal* | habent[2] (= haberent) ЄTyMꝺ ‖ 13 legerit *Sciop* | leger& helji ‖ 15 *add Laet* | praeteritam· obscurã ‖ 16 epamenidis | opôs (*sic* ^, *nullo modo* ˅, *vix* ª): Cres *Sp. et Reifferscheid; an:* ⟨s⟩opore*?*

cognoscatur, sed etiam Teucer Livii *(inc. fab. XII R.)* post XV annos
ab suis qui sit ignoretur. at hoc quid ad verborum poeticorum aeta-
tem? quorum si Pompili regnum fons in carminibus Saliorum neque
ea ab superioribus accepta, tamen habent DCC annos. quare cur
scriptoris industriam reprehendas qui herois tritavum, atavum non
potuerit reperire, cum ipse tui tritavi matrem dicere non possis? quod
intervallum multo tanto propius nos, quam hinc ad initium Saliorum,
quo Romanorum prima verba poetica dicunt †latina. igitur de origini- 4
bus verborum qui multa dixerit commode, potius boni consulendum,
quam qui aliquid nequierit reprehendendum, praesertim quom dicat
et[h]ymologice non omnium verborum posse dici causa⟨m⟩, ut †qui
a quare res u . . . . . . . ad medendum medicina; neque si non norim
radices arboris, non posse me dicere pirum esse ex ramo, ramum ex
arbore, eam ex radicibus quas non video. quare qui ostendit equi-
tatum esse ab equitibus, equites ab equite, equitem ab equo neque
equus unde sit dicit, tamen hic docet plura et satisfacit grato, quem
imitari possimusne ipse liber erit indicio.

2. dicam in hoc libro de verbis quae a poetis sunt posita, pri- 5
mum de locis, dein quae in locis sunt, tertio de temporibus, tum quae
cum temporibus sunt coniuncta †dis ut qu⟨a⟩e cum his sint coniuncta,
adiungam, et si quid excedit ex hac quadripertitione, tamen in ea ut
comprehendam.

incipiam hinc (*Enn. ann. 65 sq. V.*$^2$): ‘unus erit quem tu tolles 6
in c⟨a⟩erula caeli templa.’ templum *(cf. Regell frgm. aug. p. 18)* tri-
bus modis dicitur: ab natura, ab auspicando, a similitudine; ⟨ab⟩
natura in caelo, ab auspiciis in terra, a similitudine sub terra. in
caelo te⟨m⟩plum dicitur, ut in ⟨H⟩ecuba *(fr. tr. Enn. 163 R.)*: ‘o magna

---

1 *sq. Cf. Iustin. XLIIII 3, 2 sq.* ‖ 4 *Cf. de r. r. III 1, 2* (nunc denique est ut dici possit, non cum Ennius scripsit ‘septingenti sunt paulo plus aut minus anni’ *e. q. s.*); *Cic. Or. 120* ‖ 8 *Cf. V 9 ibique adn.* ‖ 14 *sq. Cf. Gell. XVIII 5, 9* (equitare etiam, quod verbum e vocabulo equitis inclinatum est *e. q. s.*) ‖ 20 *Cf. V 13. VI 1*

---

1 post″ anno$^{s\prime}$ ·xu· *(lineolae m. 2 ut vid)* ‖ 2 ·Ad hoc ‖ 5 verbis *pro* herois *Madvig; an:* ⟨quasi⟩ herois *(ut Varro audacius herois vocabulum ad prisci verbi dignitatem transferre videatur)?* ‖ 6 aui *pro* tui *apogr (non F)* ‖ 8 dicunt ⟨pro⟩lata *Mue; an:* ⟨inducta a rege⟩ Latino*? (v. test.)* ‖ 10 p̃sertĩ quõ *(sic)* ‖ 11 *sq.* ethimologice | *add Sp.* (causa⟨s⟩ *Ald*) | q quare res u////////////// ‖ ad *(c. 7 fere litt. ras et* 1 *litt. vestigio post* u///*); sententiae conveniat:* ut ⟨ne⟩qui⟨t⟩ cu⟨r⟩are *(cf. ad 14)* res in⟨habiles⟩ ad m. m. ‖ 13 possim dicere *C. F. W. Mueller* (possem *v*) ‖ 14 Quare‘ *(cum signo quod solet coniunctioni addi [sed non additur 12], de quo errabat Keil* ‖ 17 possimus ne ‖ 18 poetis, o *ex* e *incohato inter scribendum* ‖ 19 *sq.* ·tũ quę cũ *in loco raso* ‖ 20 di s· Vtq; *(sic); an velut:* ⟨multis mo⟩dis ut quae*?* ‖ 21 excidit: *corr Sciop* ‖ 24 cerula cęli Tẽpla· ‖ 25 auspicendo ‖ 27 teplũ | Inecuba·

templa caelitum, commixta stellis splendidis.' in terra, ut in Periboea
*(Pac. 310 R.)*: 'scrupea saxea Ba⟨c⟩chi templa prope aggreditur.' sub
terra, ut in Andromacha *(Enn. 70 sq. R.)*: 'Acherusia templa alta Orci
7 salvete infera.' quaqu[i]a intuiti era⟨n⟩t oculi, a tuendo primo tem-
plum dictum: quocirca caelum qua attuimur dictum templum; sic
*(Enn. Ann. 541 V.*[2]*)*: 'contremuit templum magnum Iovis altitonantis',
id est, ut ait N⟨a⟩evius, 'h[i]emisph⟨a⟩erium ubi conc⟨h⟩a c⟨a⟩erula
septum stat.' eius templi partes *(cf. Regell frgm. aug. p. 18)* quattuor
dicuntur, sinistra ab oriente, dextra ab occasu, antica ad meridiem,
8 postica ad septemtrionem. in terris dictum templum locus augurii
aut auspicii causa quibusdam conceptis verbis finitus. concipitur ver-
bis non [h]isdem usque quaque; in arce sic: '[i]tem⟨pla⟩ tescaque
†me ita sunto quoad ego †eas te lingua[m] nuncupavero. ullaber
arbos quirquir est, quam me sentio dixisse, templum tescumque[m]
†festo in sinistrum. ollaner arbos quirquir est, quod me sentio di-
xisse te⟨m⟩plum tescumque[m] †festo dextrum. inter ea conregione
conspicione cortumione utique ea erectissime sensi.'

9 in hoc templo faciundo arbores constitui fines apparet et intra eas
regiones qua oculi conspiciant, id est tueamur, a quo templum dic-

4 *Cf. ad 10; Cic. Tusc. I 21, 48* ‖ 5 *Cf. Macr. in Somn. Sc. I 14, 2* (bene autem universus mundus dei templum vocatur propter illos qui aestimant nihil aliud esse deum nisi caelum ipsum et caelestia ista quae cernimus) ‖ 8 *sq. Cf. Liv. I 18, 7 sq.; Vitruv. IV 5; Serv. in Buc. IX 15* (augures enim designant spatia lituo et eis dant nomina, ut prima pars dicatur antica, posterior postica, item dextra et sinistra)*; Isid. XV 4, 7* (locus designatus ad orientem a contemplatione templum dicebatur. cuius partes quattuor erant, antica ad ortum, postica ad occasum, sinistra ad septentrionem, dextra ad meridiem spectans) ‖ 10 *Cf. ad 95, 10; Varro in εἰσαγωγικῷ ad Pomp. apud Gell. XIV 7, 7* (docuitque . . . nisi in loco per augurem constituto quod templum appellaretur senatus consultum factum esset, iustum id non fuisse; propterea et in curia Hostilia et in Pompeia . . . cum profana ea loca fuissent, templa esse per augures constituta)*; Serv. in Aen. I 92. Georg. III 16; GL. VII 523, 27* (templum in loco augurato)*; Serv. Dan. in Aen. I 446* (antiqui enim aedes sacras ita templa faciebant, ut prius per augures locus liberaretur effareturque . . . erant tamen templa, in quibus auspicato et publice res administrarentur et senatus haberi posset *e. q. s.*). *IV 200* ‖ 16 *Cf. Fest. Pauli 66, 3* (conregione e regione)

1 cęli· tum: *corr Sciop* ‖ 2 sax$^{e}$a (saxa *apogr.*) ‖ 4 Quaqa: *corr Aug* | lnitiũ erat: *corr Sciop* (tuiti *Sp.*) ‖ 5 scęlũ (s *lineola del m. 2 ut vid*) | qua tuimur *Ald* ‖ 7 hiemisferiũ·: *corr Turn* | c̄cacherulo (caerula *corr Scal*) ‖ 8 septum statu (*ult. litt. lineola del m. 2 ut vid*) eȷ ‖ 9 anticụa (*del m. 2 ut vid*); *cf. test.* ‖ 12 Sicitẽ· testaq;: *corr Turn* ‖ 13 *an:* ambita (*vel* effata)? | caste *Scal* | linquã: *corr Vict c. al.* | olluper *Jordan: item v. 15* ‖ 14 *sq.* arbos (s *ex* r) qrqr ẽ· | tẹ̃plũ (. *casu add*) tectũ quẽ: *corr Turn* (*et* [f]esto, *ubi* m. f. [*i. e.* meum finitum] esto *Bergk*)*: item v. 16* | [in] *Jordan* | arbọr$^{s}$ | quam me *Mue* ‖ 16 teplũ tectum ‖ quẽ. (*v. ad 15*) | ·Jnterea c̄cre$^{gi}$tione· (c *post* c̄ *lineola del*) ‖ 17 uti quam rectissime *Jordan* (rectissime *apogr*) ‖ 18 ·& (*secl Sp.*)

tum, et contemplare, ut apud Ennium in Medea *(244 R.)*: 'contempla
et templum Cereris ad l⟨a⟩evam aspice.' contempla et conspicare
id⟨em⟩ esse apparet, ideo dicere, cum conte⟨m⟩plum facit, augurem
'conspicione', qua oculorum conspectum finiat. quod cum dicunt 'con-
spicionem', addunt 'cortumionem', dicitur a cordis visu: cor enim cor-
tumionis origo. quod addit templa ut si⟨n⟩t 'tesca', aiunt sancta esse 10
qui glossas scripserunt *(Funai. p. 113)*. id est falsum: nam curia
Hostilia templum est et sanctum non est; sed hoc ut putarent aedem
sacram esse templum * esse factum quod in urbe Roma pleraeque
aedes sacrae sunt templa, eadem sancta, et quod loca quaedam agrestia,
quod alicuius dei sunt, dicuntur tesca. nam apud Accium in Phi- 11
loct[o]eta[tem] Lemnio *(554 R.)*: 'quis tu es mortalis, qui in deserta
et tesca te apportes loca?' loca enim quae sint designat, cum dicit
*(525 sqq. R.)*: 'Lemnia praesto litora rara et celsa Cabirum delubra
tenes, mysteria quae pristina cast[r]is concepta sacris.' dein *(529 sqq. R.)*:
'Volcania templa sub ipsis collibus, in quos delatus locos dicitur alto
ab limine caeli.' et: 'nemus expirante vapore vides, unde ignis cl[a]uet
mortalibus divisus.' quare h⟨a⟩ec quo⟨d⟩ tesca dixit, non erravit,
neque ideo quod sancta, sed quod ubi mysteria fiunt aut tuentur,
tuesca dicta. tueri duo significat, unum ab aspectu ut dixi, unde est 12

---

1 *Cf. 94, 4. 8; Fest. Pauli 38, 10* (contemplari dictum est a templo, id est loco qui ab omni parte aspici vel ex quo omnis pars videri potest) ‖ 6 *Cf. ad 94, 10; Liv. I 30, 2* (Tullius . . . templumque ordini ab se aucto curiam fecit quae Hostilia usque ad patrum nostrorum aetatem appellata est)*; Serv. in Aen. VII 153. XI 235* (scimus domum Latini augurato conditam et eandem tam templum fuisse quam curiam *e. q. s.*). *XII 120* ‖ 10 *sq. Cf. § 18; Fest. Pauli 356ª, 14* (. . . sed sancta loca *e. q. s.*) *cum Paulo 357, 4* (Cicero aspera ait esse et difficilia)*; Hor. Epi. I 14, 19 (ibique schol. Porphyr. et Pseudacr.); TG. s.* tesqua*; Isid. XV 12, 3; v. Mommsen 'Unterital. Dial.' 354; Woelfflin Arch. X 208; Kriegshammer 118* ‖ 17 *Cf. Cic. Tusc. II 10, 23* ‖ 20 *sqq. Cf. Fest. 355ᵇ, 1 cum Paulo 354, 8* (tuor video, tueor defendo . . . sed iam promiscue utuntur)*; Non. 413, 32* (tueri dicitur servare custodire . . . tueri videre)*; Serv. in Aen. II 604* (tuenti modo videnti, alias defendenti)*; TG. s. v.*

---

3 *add Bent c. al.*; ⟨et⟩ ideo *Sp.* | tum cum templum *Turn* ‖ 6 *add Laet* | dextra·: *corr Turn* | sc̄a (*item postea*) ‖ 9 *an:* ⟨eo videtur⟩ esse*? nisi alterum* esse *secludendum* ‖ 11 quae alicuius *Sp.* | dicentur: *corr Bent* | tesca (sca *m. 2 in ras; eadem quod in marg* Tesca *adscr., non spectat ad correcturam: nam eadem ratione antea* Templũ *mox* Tuerj *ibidem extant aliaque sim.*) | acciũ· Ut: *corr Laet* | philocto etatẽ: *corr Ald* ‖ 12 lẽnio· ꝗs ‖ 13 appones' loca enĩ loca quę: *corr Ald* (apportas *Festus*), *trai Laet* (⟨L⟩emni loca *Bergk*) ‖ 14 *sq.* prest olitor ‖ a rarat &: *corr Aug* | delubrateues (*nequaquam* tenes) ‖ 15 misteria quę (qua *Sk.*) | *del Ald* | sacris· (*ult.* s *casu ut vid cum medio* ~) ‖ 16 uolgania ‖ 17 lumine: *cf. Norden ad Aen. VI 255* | ignes: *corr Vertr ex Cic.* | *del Ald* ‖ 18 mortalibus clam *Cic.* | diuis· *vel* duus· (² [*non* ˜] *s. scr.*): divisus *Cic.* | Quare' (*v. ad 93, 14*) | tesca *ex* testa *inter scribendum* ‖ 19 ibi *v* | mysteria, e *ex* ę | aut tuent·: a tuendo *Madvig*

Enni illud *(fr. tr. 335 R.)*: 'tueor te, senex? pro Iupiter!' et *(Ann. 463 V.²)*: 'quis pater aut cognatus volet nos contra tueri?' alterum a curando ac tutela, ut cum dicimus †bell et tueri villam, a quo etiam quidam dicunt illum qui curat aedes sacras ⟨a⟩edituum, non aeditomum; sed tamen hoc ipsum ab eadem est profectum origine, quod quem volumus domum curare dicimus 'tu domi videbis', ut Plautus cum ait *(Men. 352)*: 'intus para, cura, vide. quod opus fiat.' sic dicta vestis⟨pi⟩ca, quae vestem spiceret, id est videret vestem ac tueretur: quare a tuendo et templa et tesca dicta cum discrimine eo quod dixi.

13 etiam indidem illud Enni *(fr. tr. 355 R.)*: 'extemplo acceptum me necato et filium.' extemplo enim est continuo, quod omne te⟨m⟩plum esse debet conti⟨nu⟩o septum nec plus unum introitum habere.

14 quod est apud Accium *(678 R.)*: 'pervade polum, splendida mundi sidera †bigis continui⟨s⟩ se⟨x⟩ cepit spoliis', polus graecum, id significat circum caeli: quare quod est 'pervade polum' valet vade *περὶ πόλον*. signa dicuntur eadem et sidera. signa quod aliquid significent, ut libra aequinoctium; sidera, quae ⟨qua⟩si insidunt atque ita significant aliquid in terris perurendo †aliudve: qua re, ut 'signum candens' in pecore.

---

2 *sq. Cf. Ovid. Fast. I 253. II 699* ‖ 4 *Cf. V 50. 52. VIII 61; fragm. 54 W.; de r. r. I 2, 1* (ab aeditumo, ut dicere didicimus a patribus nostris, ut corrigimur a recentibus urbanis, ab aedituo: *v. I 2, 12. 69, 2*); *Serv. Claudius apud Cic. top. 36* (productionem esse verbi . . . in finitumo legitumo aeditumo et non plus inesse 'tumum' quam in meditullio 'tullium'); *Gell. XII 10, 1 sq.* (aeditumus verbum latinum est et vetus ea forma, dictum qua finitimus et legitimus. sed pro ea a plerisque nunc aedituus dicitur nova et commenticia usurpatione quasi a tuendis aedibus appellatus *e. q. s.*); *Fest. Pauli 13, 6* (aedituus aedis sacrae tuitor, id est curam agens; aeditimus aedis intimus); *GL. I 75, 18; Anecd. Helv. 214, 17; Dig. XXVI I 1, 1; Non. 75, 13; TG. s. v. V. Marquardt de Romanorum aedituis 1887* ‖ 7 *sq. Cf. Varro sat. Men. frg. 384* (ideo dici . . . uestispicam quod vestem spiciat) *apud Non. 12, 12* (vestispici appellabantur vestium custodes servi, quod frequenti diligentia vestis inspiciant) ‖ 11 *Cf. Serv. in Aen. I 92. II 699. VIII 4; TG. s.* extemplo ‖ 13 *sqq. Cf. sat. Men. 92 B.* | *Cf. Cornificius apud Macr. I 17, 9* (intra circuitum mundi, quem Graeci *πόλον* appellant); *Serv. in Aen. I 90; Serv. Dan. in Aen. I 607; Mart. Cap. VIII 817; Isid. III 37 = XIII 5, 5 = N. R. XII 6 = Suet. 202, 8 Reiff.* (poli ex caelestibus cyclis cacumina); *TG. s. v.* ‖ 17 *Cf. Mart. Cap. VIII 817* (sidera a considendo); *Isid. III 71, 4* (quod ea navigantes considerando dirigunt) ‖ 18 *sq. Cf. Fest. 340ᵃ, 3 cum Paulo 341, 1* (signare significat . . . pecora signis notare). *Pauli 72, 16* (digno-

---

1 enĩ: *corr Mue c. al.* (ennii) ‖ 2 uos *v* ‖ 3 bell *(c. lac. 2 fere litt.)* &; *an:* cum dicimus bella tueri [uillam] *(cf. test.)* ‖ 7 qd : quod *Plautus* | opust *Plautus* ‖ 8 *add Ald* ‖ 9 et tẽpla & *erasa* (*sed* ~pla & *agnosci possunt*) ‖ 10 enĩ: *corr Scal* | acceptũ, cc *ex* u (*non ex* t) *corr; an fuit:* auectum*? cf. p. 103,3 al.* | negato: *corr Scal* ‖ 12 contio, io *ex* iu (*non ex* in) *corr* ‖ 14 *de corruptela v. adn.* | *add Scal* ‖ 15 pu̇ade (· *fort. casu, nisi* p·uade *voluit*) | ualde uade: *corr Vict* | perj· polũ·: *corr Mue* ‖ 16 dr̨ | & sydera ‖ 17 quę si: *supplevimus duce Sp.* (⟨quod⟩ qua[e]si) | item *Mue* ‖ 18 aliudue · qua re | aliudve . . . pecore *adiungenda verbis* ut libra aequinoctium | signum candens *distinximus: v. test.*

quod est *(Acc. 336 R.)*: 'terrarum anfracta revisam', anfractum est flexum, ab origine duplici dictum, ab ambitu et frangendo: ab eo leges *(cf. XII tab. ed. Sch. p. 138)* iubent in directo pedum VIII esse ⟨viam⟩, in anfracto XVI, id est in flexu. 15

Ennius *(fr. tr. inc. 362 R.)*: 'ut tibi Titanis Trivia dederit stirpem liberum.' Titanis Trivia Diana est, ab eo dicta Trivia, quod in trivio ponitur fere in oppidis graecis vel quod luna dicitur esse, quae in caelo tribus viis movetur, in altitudinem et latitudinem et longitudinem. Titanis dicta, quod eam genuit, ut [ni] Plautus *(Bacch. 893)*, Lato; ea, ut scribit Manilius *(fr. poet. p. 284 B.)*, 'est Coe⟨o⟩ creata Titano.' ut idem scribit *(ibidem)*: 'Latona pari⟨e⟩t casta complexu Iovis †Delia deos geminos', id est Apollinem et Dianam † dii quod Titanis Deliadae eadem. 16

'o sancte Apollo, qui umbilicum certum terrarum optines' *(fr. tr. inc. inc. 19 sq. R.)*. umbilicum dictum aiunt *(Funai. p. 117)* ab umbilico nostro, quod is medius locus sit terrarum, ut umbilicus in nobis; quod utrumque est falsum: neque hic locus est terrarum medius neque noster umbilicus est hominis medius. itaque pingitur quae vocatur *⟨ἀντ⟩ιχθὼν Πυθαγόρα*, ut media caeli ac terrae linea ducatur infra umbilicum per id quo discernitur homo mas an femina sit, ubi ortus humanus similis ut in mundo [ubi ortus humanus similis ut in mundo]: 17

---

rant signa imponunt, ut fieri solet in pecoribus); *Non. 405, 15* (signare discernere, separare. Lucilius . . . : 'neque signat linea alba'). *266, 26 sqq.*

1 *sqq. Cf. Fest. 371ᵇ, 11 sqq. cum supplemento R. Schoellii Leg. XII tab. rel. 138; Gai. Dig. VIII 3, 8* (viae latitudo ex lege duodecim tabularum in porrectum octo pedes habet, in anfractum, id est ubi flexum est, sedecim); *TG. s.* amfractum, amfractus *(et cod. R Vergili Aen. VII 565)* ‖ 6 *sqq. Cf. Serv. in Aen. X 216* ('Titanis' luna); *TG. s.* Titania; *Nigidius ap. Macr. I 9, 6* (Dianae vero ut Triviae viarum omnium tribuunt potestatem); *Serv. Dan. in Aen. IV 511* (quibusdam ideo triplicem placet, quia Luna tres figuras habet . . . cuius in triviis templa ideo struxerunt); *TG. s.* Trivia; *Isid. VIII 11, 57* ‖ 16 *Cf. Vitruv. III 1 = 64, 26 R.* (item corporis centrum medium naturaliter est umbilicus *e. q. s.*) ‖ 19 *Cf. Philolaus 247, 17 Diels; Cic. Tusc. I 68 sq.* (globum terrae eminentem e mari fixum in medio mundi universi loco duabus oris distantibus habitabilem et cultum, quarum altera quam nos incolimus . . . altera australis ignota nobis, quam vocant Graeci *ἀντίχθονα*)

---

1 qđ ẽ|t̃ra♃ ( | *lineola del et* t *ex* n *inter scribendum*) anfractare uisũ· ‖ 3 ·p̃· UIIJ· (pedum *Laet*) | *supplevimus duce Sciop* ‖ 4 ·XUJ· ‖ 9 *del Sp.* | plaut; lato̒ea· (*sic* ^ *s.* oe) ‖ 10 coecreata: *corr Mue* ‖ 11 *add Neue* (pariit *Scal*) | Iobis· ‖ 11 *sqq.* Delia dõs: Deli deos *v;* Deliadas *Lachm* | deliadę eadẽ | *an:* D⟨e⟩li (*sic A. Sp.*) quos Titanis ⟨e⟩deba⟨t⟩ d⟨i⟩e eadem (eodem*?*)*? post* eadem *nisi plura desunt, certe nomen poetae* (Enni*?*) *desideratur* ‖ 14 O sc̄e (*v. ad 95, 6*) | obsides *Cic. de div. II 56, 115* ‖ 18 q: *corr Mue* ‖ 19 IXToN·: *suppl G. Hermann* (ἡ χθὼν *Turn*); *cf. test. et adn.* | pytagora·: *corr Turn* | actrę, ę *ex* a ‖ 20 quodiscernitur ‖ 21 *sq.* similis *alt. loco ex* situlis | mundo· Ubi enĩ: *corr Aug*

ibi enim omnia nascuntur in medio, quod terra mundi media. pr⟨a⟩eterea si quod medium id est umbilicus †ut pila terrae, non Delphi medium; et terrae medium non hoc, sed quod vocant Delphis in aede ad latus est quiddam ut thesauri specie, quod Graeci vocant *ὀμφαλόν*, quem Pythonos aiunt esse tumulos; ab eo nostri interpretes *ὀμφαλόν* umbilicum dixerunt.

18 Pacuius *(404 R.)*: 'Calydonia altrix terra exuperantum virum.' ut ager Tusculanus sic Calydonius ager est, non terra; sed lege poetica, quod terra ⟨A⟩etolia in qua Calydon, a parte totam accipi ⟨A⟩etoliam voluit.

19 Acci *(687 sq. R.)*: 'mystica ad dextram vada praetervecti.' mystica a mysteriis, quae ibi in propinquis locis nobilia fiunt.

Enni[i] *(349 R.)*: 'Areopagitae quid dedere quam †pudam.' Areopagitae ab Areopago; [h]is locus Athenis.

20 'Musae quae pedibus magnum pulsatis Olympum' *(Enn. Ann. 1 V.²)*. caelum dicunt Graeci Olympum, montem in Macedonia omnes; a quo potius puto musas dictas Olympiadas: ita enim ab terrestribus locis aliis cognominatae Libethrides, Pipleides, ⟨T⟩hespiades, ⟨H⟩eliconides.

21 'quasi ⟨H⟩ellespontum et claustra' *(trag. fr. inc. inc. 106 R.)*, quod Xerses quondam eum locum clausit: nam, ut Ennius ait *(Ann. 378 V.²)*,

---

2 *Cf. Varro frgm. sat. Men. 516 B. apud Non. 333, 35* (in terra [terrae *Iun.*] pila)*; Cassiod. d. art. et disc. VI 5606; TG. s.* umbilicus ‖ 4 *Cf. Strabo IX 419 sq.* (*τῆς γὰρ Ἑλλάδος ἐν μέσῳ πώς ἐστι τῆς συμπάσης . . · ἐνομίσθη δὲ καὶ τῆς οἰκουμένης καὶ ἐκάλεσαν τῆς γῆς ὀμφαλόν . . . δείκνυται δὲ καὶ ὀμφαλός τις ἐν τῷ ναῷ τεταινιωμένος*) ‖ 13 *Cf. additam. ad Serv. in Georg. I 18; TG. s.* Areopagita ‖ 15 *sqq. Cf. Suet. 139, 13 Reiff.* (diplen aperisticton primus Leogoras Syracusanus apposuit Homericis versibus ad separationem Olympi a caelo, proprie Olympum ab eo pro monte positum adnotans, nusquam pro caelo*: cf. scholiorum Homeric. locos quos congessit Lehrs de Aristarchi st. H. 164 sqq.*)*; Serv. in Aen. IV 268* (Olympos . . . sive mons sit Macedoniae, qui dicitur esse diversorium deorum, sive caelum). *II 779. X 1. in Georg. I 282; Isid. XIV 8, 9; GL. III 507, 11; TG. s.* Olympus ‖ 18 *Cf. Mart. Cap. VI 654* (Magnesia, cuius fons est Libethris poetici haustus nomine celebratus)*; Serv. in Buc. VII 21* | *Cf. Porph. in Hor. c. I 26, 9* (Pipleides Musae dicuntur a Pipleo fonte Macedoniae) = *Pseudacr.* (*qui addit* aut a monte Pipleo Orchomeniorum aut . . . a peplo)*; Fest. Pauli 212, 10* (Pimpleides [*vel* Pipl. Peptaeides *codd. ut vid.*] Musae a fonte Macedoniae dictae)*; TG. s.* Piplia | *Cf. Fest. Pauli 100, 10* (Heliconides Musae a monte Helicone vocatae)*; Serv. in Aen. VII 641. X 163. in Georg. III 11 (Prob. III 10). 291*

---

2 ut *lineolis del m. 1: an fuit* in*? v. test.* ‖ 4 allatus | ·ΟΜΦδΛWN·: *corr Ald* ‖ 5 pithonos | tumulum *Lobeck* | ΟΜΦδΛon· ‖ 7—9 calid- *ter* | apte ‖ 11 *sq.* Acci· Mystica | Mistica (*sic*) ‖ 12 quę (*non* que) | loc(i)as (a *lineola del*) ‖ 13 *del Mue* | quia d. ⟨ae⟩quam pilam *Ribbeck duce Bothe* (aequom palam) ‖ 14 his locis: *corr Laet* ‖ 15—17 olimp- *ter* ‖ 16 oms̃· *scil. non solum 'Graeci'* ‖ 17 ab (*non* a) ‖ 18 piplę· idẽ ⊢espiades· (⊢ *paulo breviore, sed ead. ut vid m. add*) eliconides· ‖ 19 Cassi *Mue; lac ante* quasi *sign Scal: certe poetae nomen desideratur propter* Ennius *sequens* | elles pontũ· & | ⟨claustra⟩ quod *Scal* ‖ 20 exerses

'isque Hellesponto pontem contendit in alto'; nisi potius ab eo quod Asia et Europa ibi †colludit mare; inter angustias facit Propontidis fauces.

Pacui *(420 R.)*: 'liqui in ⟨A⟩egeo fretu[m]'. dictum fretum ab 22 similitudine ferventis aquae, quod in fretum s⟨a⟩epe concurrat ⟨a⟩estus atque effervescat. ⟨A⟩egeum dictum ab insulis, quod in eo mari scopuli in pelago vocantur ab similitudine caprarum ⟨a⟩eges.

'ferme aderant aequore in alto ratibus repentibus' *(fr. trag. inc.* 23 *inc. 225 R.)*. ⟨aequor⟩ mare appellatum, quod a⟨e⟩quatum cum commotum vento non est. ratis navis longa⟨s⟩ dixit, ut N⟨a⟩evius *(fr. poet. R. p. 48 B.)* cum ait: '†conferreque aut ratem aeratam qui per liquidum mare sudantes eunt atque sedantes.' ratis dicta navis longa propter remos, quod hi, cum per aquam sublati sunt dextra et sinistra, duas rates efficere videntur: ratis enim, unde hoc tralatum, illi ubi plures mali aut asseres ⟨iuncti aqua ducuntur. hinc naviculae cum remis ratariae dicuntur⟩.

---

2 *sq. Cf. Serv. in Aen. III 411* (propter curvaturam litorum clausae videntur angustiae)*; TG. s. v.* (claustra exitus vel aditus angusti)*; Isid. XIII 16, 3* ‖ 4 *sqq. Cf. VI 84; Suet. in prato IX apud Isid. R. N. XLIV 2 p. 242, 9 Reiff.; Serv. Dan. in Aen. I 557* (sane quidam a fervore dici putant)*; Serv. in Aen. I 607* (ab undarum fervore nominatum)*; Isid. XIII 18, 2* (fretum autem appellatum, quod ibi semper mare ferveat . . . nam freta dicta Varro ait quasi fervida, id est ferventia et motum fervoris habentia) ‖ 6 *sq. Cf. Artemidor. II 12 (= Suid. s. v. αἶγες); Strabo VIII 7, 4 p. 386 C.; Fest. Pauli 24, 10* (Aegeum mare appellatur, quod crebrae in eo sint insulae, ut procul aspicientibus species caprarum videatur)*; Varro d. r. r. II 1, 8* (in mari quod nominaverunt a capris Aegeum pelagus)*; Plin. IV 51; schol. in Stat. Theb. V 56; Isid. XIII 16, 5; Solin. 71, 11; Mart. Cap. VI 658* ‖ 9 *Cic. Acad. II fragm. 3 apud Non. 65, 18* (quid tam planum videtur quam mare? e quo etiam aequor illud poetae vocant)*; Serv. in Georg. I 50* (aequor . . . terram ab aequalitate dictam accipe . . ., unde et maria aequora dicuntur)*. in Aen. II 69. VIII 89; Isid. XIII 12, 1. XX 3, 1; diff. 66; TG. s. v.* ‖ 12 *sqq. Serv. in Aen. I 43:* rates abusive naves: nam proprie rates sunt conexae invicem trabes*: ubi Serv. Dan.:* Varro ad Ciceronem ratis dicta navis longa propter remos, quod hi supra aquam sublati dextra et sinistra duas rates efficere videntur. ratis enim, unde hoc translatum, ubi plures mali aut trabes iuncti aqua ducuntur. hinc naviculae cum remis ratariae *[sic Thilo coll. Gell. X 25, 5 et Isid.* ratiamae *cod.* ratiariae *Burm.]* dicuntur*; cf. Isid. XIX 1, 9; Fest. 273*^b^*, 22 cum Paulo 272, 8; TG. s. v.*

---

1 ·Isq; helles ponto ‖ 2 Asia⟨m⟩ et Europa⟨m⟩ ibi concludit *Laet (cf. adn.)* ‖ 4 fretũ: *corr A Sp.* (freto *Laet*) ‖ 5 se⟨m⟩pe⟨r⟩ *Sp. (v. test.)* ‖ 6 *sq.* marj· Scopulj *ex* marj scopulj ‖ 7 *sq.* ·eges ferme ‖ 8 ratib; repentib;· ‖ 9 *suppl et add Laet* ‖ 10 s *add Mue* ‖ 11 *sq.* conferreq; aut ratẽ ęratam q perit· qdũ (per liquidum *corr Scal, reliqua praeter initium desperatum sana esse videntur*) | eũnt (˜ *lineola del*) ‖ 13 hi cum ‖ 14 duas partes: *corr Mue e Serv. Dan.* | illi *om Serv., fort. recte* ‖ 15 aut trabes (uel trabes sunt *cod. P*) iuncti *Serv., ex quo proxima suppl Mue* (*quamquam verba* hinc . . . dicuntur *num Varronis sint dubium*) | *post verba* ratis enim . . . asseres *quae fol. 13*^r^ *primum v. occupant cod. scriptura vacat usque ad fol. 13*^v^ *v. 25, ubi extat* agrestis ab agro *e. q. s.; in marg. add m. 1:* hic deest | in exẽplari | foł ·I·

24 3. * * * agrestis ab agro dictas apparet; 'infuḷ⟨at⟩as hostias', quod velamenta his e lana quae adduntur, infulae: itaque tum, quod ad sepulc[h]rum ferunt frondem ac flores, addidit *(fr. tr. inc. inc. 220 sq. R.)*: 'non lana[s] sed velatas frondenti[s] coma[s].'

25 'cornu⟨t⟩a taurum umbram iaci' *(fr. tr. inc. inc. 222 R.)*. dicere apparet cornutam a cornibus; cornua a curvore dicta, quod pleraque curva.

26 'Musas quas memorant †nosce nos esse' *(Enn. Ann. 2 $V.^{2}$)*. Camenarum priscum vocabulum ita natum ac scriptum est alibi; Carmenae ab eadem origine sunt declinatae. in multis verbis in quo[d] antiqui dicebant S, postea dicunt R, ut in carmine Saliorum sunt haec *(frg. 1 p. 331, 3. 4 p. 335, 7 p. 339, 20 p. 347, 26. 27 p. 349 Maur.)*: 'cozeulodorieso. omnia vero adpatula coemisse. ian cusianes duonus ceruses. dunus Ianusue uet pom melios eum recum' * * *

27 . . . f⟨o⟩edesum foederum, plusima plurima, meliosem meliorem,

---

1 *sq. Cf. GL. II 133, 22* (ager agri agrestis) | *Cf. Fest. Pauli 113, 1* (infulae sunt filamenta lanea quibus sacerdotes et hostiae templaque velantur) *et 81, 18; TG. s.* infula ‖ 11 *Cf. Varro rer. div. V apud Macr. III 2, 8 et Serv. Dan. in Aen. IV 219; Fest. Pauli 264, 6* (R pro S [*immo* S pro R] littera saepe antiqui posuerunt, ut maiosibus, meliosibus, lasibus, fesiis)*; Fest.* $242^{a}$*, 25; Quint. I 4, 13; GL. VI 7, 31; VII 13, 10. 23, 15. 69, 8. 73, 8; Pomponius in Dig. I 2, 2 § 26; Mart. Cap. III 245; Isid. I 27, 33* ‖ 13 *sq. Ad* (co)z(eul) *cf. GL. VII 51, 5* (z . . . cum inveniatur in carmine Saliari) | *Ad* adpatula, *in quo* Patulcium *latere perspexit Bergkius, cf. Macr. I 9, 15* (in sacris quoque invocamus . . . Ianum Patulcium et Clusivium)*; Ovid. Fast. I 129 sq.* (modo namque Patulcius idem et modo sacrifico Clusius ore vocor)*; Serv. Dan. in Aen. VII 611* (alii Clusivium dicunt, alii Patulcium, quod patendarum portarum habeat potestatem)*; Labeo apud Lyd. d. mens. IV 1 = 63, 14 W.* (*καλεῖσθαι . . . Πατούλκιον καὶ Κλούσιον οἱονεὶ θυρεόν*) | *Ad* coemisse (cosmissae?) *cf. ad 101, 2 sq.* | *Ad* ian cus (ianeus?) *cf. Fest. Pauli 103, 11* (ianeus ianitor)*; ad* duonus *cf. Fest. Pauli 67, 1* (duonum bonum) *et TG. s. v.; ad* (duonus) cerus es *cf. Fest. Pauli 122, 5* (in carmine Saliari Cerus manus intellegitur creator bonus) | *Ad* po(mmelios eum) *Bergkius rettulit Fest.* $205^{a}$*, 11* (pa pro parte [patre *Valckenaer*] et po pro potissimum [*an:* potissimo?] positum est in Saliari carmine)*; sed eodem pertinere possit corrupta glossa in eadem pagina iuxta alias ex eodem carmine exstans* promerion (?) ‖ 15 *Cf. Fest.* $205^{a}$*, 17* (plisima [plusima *Aug.* ploisima *Mue*] plurima)*; cf. ad 11* (meliosibus) *et TG. s.* bonus (meliosa)

---

1 appar&· Infulas hostiis: *corr Mue* (*post* agro *dist v*) ‖ 2 adduntur·Infulę itaq; tũ· qđ ‖ 3 *sq.* addidit ñ lanas· sed | *del Ribbeck* ‖ 5 *add Vict* (cornuatam *v*) | taurũ· Umbrã Iaci (iacit *Scal*) ‖ 6 cornuatam *apogr* ‖ 7 *sq.* curuam;· Ac quas: *corr Scal* ‖ 8 *sqq.* nosce⟨s⟩ nos esse ⟨Camenas⟩ *Jordan* | Casmenarum *Laet* | *post* alibi *dist Vahlen* | Carmen⟨t⟩ae *Mue* ‖ 10 eadem, a *ex* o | Inqđ ‖ 13 Cozeulodorj eso· (*non* esc·) Oĩia uõ | *harum reliquiarum emendatio nimis incerta certe a Varrone edendo aliena est: cf. test.* ‖ 14 dun; | põ melios eũ recũ· | *post* recũ· *alt. v. 31 pars scriptura vacat, item v. 4 qui secuntur, nisi quod in medio v. quarto erasa esse tria vel quattuor verba olim scripta a m. 1* (desunt X uersus in ex. *vel simile quid qualia extant in apogr*) *testatur Groth; quode nil nec affirmare nec negare possumus* ‖ 15 *sq.* fedesũ· fęderũ· plusima· plurima· meliosẽ· meliorẽ· ꝺsenam· arenam· Janitos· Iani‖tor· Qua re ẽ

asenam arenam, ianitos ianitor. quare e[st] Casmena Carmena carmina carmen, R extrito Camena factum. ab eadem voce canite, pro quo in Saliari versu *(frg. 2 p. 332 Maur.)* scriptum est cante, hoc versu: 'divum empta cante, divum deo supplicante.' in carmine Priami 28
*(fr. poet. l. p. 52 B.)* quod est: 'veteres Casmenas cascam rem volo profari' †et primum cascum significat vetus, secundo eius origo sabina, quae usque radices in oscam linguam egit. cascum vetus esse significat Ennius *(Ann. 24 V.²)* quod ait: 'quam prisci casci populi genuere Latini.' eo magis Manilius *(fr. poet. R. p. 283 B.)* quod ait: 'cascum duxisse cascam non mirabile est, quoniam cariosas conficiebat nuptias.' item ostendit Papini *(fr. poet. R. p. 274 B.)* epigrammation, quod in adolescentem fecerat Cascam: "ridiculum est, cum te cascam tua dicit amica, fili Potoni, sesquisenex puerum. †dicit pusum puellam pusam: sic fiet 'mutua[m] muli': nam vere pusus tu, tua amica senex."
idem ostendit quod oppidum vocatur Casinum (hoc enim ab Sabinis 29
orti Samnites tenuerunt) et [nunc] nostri etiam nunc forum vetus appellant. item significa[n]t in Atellanis *(inc. nom. rel. VII R.)* aliquot Pappum senem, quod Osci casnar appellant.

---

1 *Cf. Varro in GL. VII 81, 11. 69, 8* (a Sabinis fasena dicitur)*; TG. s.* hasenam ‖ 2 *sqq. Cf. VI 75; Fest. 205ᵃ, 14* (Casmenas dicebant pro Camenis)*; Paul. 67, 9* (antiqui enim interserebant S litteram et dicebant cosmittere pro committere et Casmenae pro Camenae) *et 43, 16* (Camenae musae a carminibus sunt dictae)*; Macr. in somn. Scip. II 3, 4* (Musas . . . Etrusci . . . qui eas Camenas quasi canenas a canendo dixerunt)*; TG. s.* carmen (carminae [?] litterae) ‖ 4 *Cf. Macr. I 9, 14 sq.* (Saliorum quoque antiquissimis carminibus deorum deus canitur [*scil.* Ianus] . . . in sacris quoque invocamus . . . Ianum patrem . . . patrem quasi deorum deum)*; Fest. Pauli 52, 12* (Ianus . . . cui primo supplicabant veluti parenti) ‖ 7 *sq. Cf. Fest. Pauli 47, 11* (cascum antiquum)*; Cic. Tusc. I 12, 27* (priscis illis quos cascos appellat Ennius)*; Hieron. epist. 8 t. I 21 A Vall.; TG. s. v.* ‖ 11 *GL. II 90, 2:* 'haec senex' . . . Pomponius [*sic libri, nisi quod* Pompnius *P.* Pompilius *Hertz cum Bergkio coll. VII 93 et Non. 88, 7*] in epigrammate quod M. Varro in libris qui sunt de lingua latina refert: 'tua amica senex' ‖ 18 *Cf. Fest. Pauli 47, 12* (Casnar senex Oscorum lingua)*; TG. s. v.*

---

1 ·Carmina ‖ 2 carmen ⟨et⟩ *Canal* | canite·, ˜ *supra* e *extincto* ‖ 4 Diuum ẽpta: divum patrem *Maurenbr duce Bergk* | dõ | supplj cante·: supplicate *Grotefend* | *post* priami *tertia fere v. et reliqua folii pars (tres v.) scriptura vacant: quae secuntur a fol. 14 aut alia m. aut eadem alio tempore scripsit (et atramentum differt et litterae minus nitidae sunt)* ‖ 5 Camenae *Scal* ‖ 6 *sq.* profarj· & primũ: profari⟨er⟩ et Pri⟨a⟩mum *Scal; an:* profari' et 'Priamum ⟨cascum⟩' *e. q. s.?* | [secundo] *Mue (certe et hoc suspectum et* et primum) | sauina· | In'oscã *(sic cum lineola)* ‖ 9 tenuere *Columna* ‖ 10 carioras: *corr Lachm* ‖ 11 Po⟨m⟩pili *Bergk (v. test.)* ‖ 12 fecerat· Cascã ridiculum ‖ 13 *sq.* dicit· amici fili | potonis es· q senex: *corr Turn* | puerũdicit pusũ· puellã· pusã· | dic tu illam pusam *Turn;* dic rusum pusam (*immo* Pusam) *Baehrens* | mutuã mulinã· uere: *corr Pantagathus* | senex, n *ex* t *vel* a (*lineola del et* n *s. scr.*): senex ⟨est⟩ *Prisc codd praeter P* ‖ 15 item *apogr* | *ad* casinum *in marg* Not. *adscr. librarius Casinensis* ‖ 16 ·& nuṇc (. *casu ut vid*) | *secl Sp.; an:* ut nostri *e. q. s.?* ‖ 18 ostji

30 apud Lucilium *(1281 M.)*: 'quid tibi ego ambages †ambiu scribere coner?' profectum a verbo ambe, quod inest in ambitu et ambitioso.

31 apud Valerium Soranum *(fr. poet. R. p. 272 B.)*: 'vetus adagio est, o Publi Scipio', quod verbum usque eo evanuit, ut graecum pro eo positum magis sit apertum: nam id est quod *παροιμίαν* vocant Graeci, ut est: 'auribus lupum teneo'; 'canis caninam non est.' adagio est littera commutata a⟨m⟩bagio, dicta ab eo quod ambit orationem, neque in aliqua una re consistit sola. ⟨amb⟩agio dicta ut a⟨m⟩bustum, quo⟨d⟩ circum ustum est, ut ambiegna bos apud augures *(Regell p. 17)*, quam circum aliae hostiae constituuntur.

32 cum tria sint coniuncta in origine verborum quae sint animadvertenda, a quo sit impositum et in quo et quid, s⟨a⟩epe non minus de tertio quam de primo dubitatur, ut in hoc, utrum primum una canis aut canes sit appellata: dicta enim apud veteres una canes. itaque Ennius scribit *(Ann. 528 V.²)*: 'tantidem quasi feta canes sine dentibus latrat'.

Lucilius *(1221 M.)*: 'nequam et magnus homo, laniorum immanis canes ut.' impositio unius debuit esse canis, plurium canes; sed neque Ennius consuetudinem illam sequens reprehendendus nec is qui nunc dicit 'canis canina⟨m⟩ non est.' sed canes quod latratu[s] signum dant, ut signa canunt, canes appellatae, et quod ea voce in-
33 dicant noctu quae latent, latratus appellatus. sic dictum a quibusdam ut una canes, una trabes 'remis rostrata per altum' *(Enn. Ann. 616 V.²)*.

---

2 *Cf. V 22; Serv. in Aen. I 342* (ambages id est circuitus)*; TG. s. v.; GL. I 40, 1* (ambages *περίοδος*)*; VII 179, 8* (quasi ambo actae, unde dicitur et ambire) ‖ 4 *Cf. Fest. Pauli 12, 12* (adagia ad agendum apta)*; Don. in Eun. III 1, 38* (adagiones qua⟨e a⟩d rem agant)*; TG. s. v.* ‖ 7 *Cf. Ter. Phorm. III 2, 21 ibique Don.; Aristaenet. epist. II 3* (*τὸν λύκον τῶν ὤτων ἔχω*)*; Macar. 8, 44, al.; Hieron. lib. contra Ioh. Hieros. 6* | *Cf. Varro d. r. r. II 9, 9 (ibique Keil); append. prov. 3, 55* (*κύων κυνὸς οὐχ ἅπτεται*)*; schol. in Iuv. XV 159 p. 557 Cramer* ‖ 9 *sq. Cf. Fest. Pauli 5, 3* (ambustus circumustus)*; TG. s. v.* | *Cf. Fest. Pauli 4, 16* (ambegni bos et verbix appellabantur, cum ad eorum utraque latera agni in sacrificium ducebantur)*; Fulg. expos. serm. ant. 6; TG. s.* amb(i)egnae*; v. Kretzer de Rom. voc. pontif. 46, Wessner Comm. Ien. VI 2, 108* ‖ 15 *Cf. GL. I 125, 19* (canes Lucilius I . . . pro canis) *et 145, 19* ‖ 22 *Cf. V 99* ‖ 23 *Cf. § 103* ‖ 24 *sq. Cf. GL. II 320, 15* (. . . 'haec trabs huius trabis'. vetustissimi tamen etiam

---

1 qd̃ (*sic cum* ˜) | ãbiu (*non* ãbui): amborum *Marx* (Ambivi *Laet*) ‖ 4 *sq.* soranũ uet; ad agio ẽ ·O· p· Scipio· ‖ 6 id⟨em⟩ est *Mue* | ΠΑΡΟΙΜΙΑΝ· ‖ 8 *add Turn* | ãbit ‖ 9 re^ c̃sistit (^ *add ne* recon- *iungatur*) | ·ągio: *suppl Sp.* | adustũ· ‖ 10 ãbiegna: ambegna *Turn (v. test.)* ‖ 11 hostię *ex* hosteę ‖ 13 ·Sepe ‖ 15 sic ‖ 16 *sq.* scribit tantidẽ· quasi fęta ‖ 18 *sq.* immanes canes· Ut impositio ‖ 21 *add Laet* ‖ 22 signa dant, ut 'signa canunt' *(ex Ennio ut putat: cf. Verg. Aen. X 310) Scal* | appellatę, ę *inter scribendum ex* a (*imperfecta, nequaquam a ex* e) ‖ 24 trabes '⟨trabes⟩ remis *Columna*

Ennius *(fr. trag. 205 sq. R.)*: 'utinam ne in nemore Pelio securibus c⟨a⟩esa accidisset abiegna ad terram trabes', cuius verbi singularis casus rectus correptus ac facta trabs.

in Medo *(Pac. 232 R.)*: 'c⟨a⟩elitum camilla, expectata advenis: 34
salve, ⟨h⟩ospita.' camilla⟨m⟩ qui glos⟨s⟩emata interpretati *(Funai. p. 112)* dixerunt administram; addi oportet, in his quae occultiora: itaque dicitur nuptiis [s]camillus qui cum[m]erum fert, in quo quid sit, in ministerio plerique extrinsecus ne⟨s⟩ciunt. hinc Casmil[l]us nominatur Samothrece⟨s⟩ mysteris dius quidam amminister diis magnis. verbum esse graecum arbitror, quod apud Callimachum in poematibus *(frgm. 409 Schn.)* eius inveni.

apud En⟨n⟩i⟨u⟩m (*Sat. 65 V.*[2]): 'subulo quondam marinas propter 35
astabat plagas'. subulo dictus, quod ita dicunt tibicines Tusci: quocirca radices eius in Etr⟨ur⟩ia, non Latio qu⟨a⟩erundae.

'versibus quo⟨s⟩ olim Fauni [et] vatesque canebant' *(Enn. 36
Ann. 214 V.*[2]*)*. Fauni dei Latinorum, ita ut et Faunus et Fauna sit;

---

trabes pro trabs proferebant. Ennius in Medea *e. q. s.*); *Serv. in Georg. II 121* (Seres posuit pro Ser, sicut trabes pro trabs)*; TG. s.* trabes

4 *sqq. Cf. Fest. Pauli 43, 13* (camillus proprie appellatur puer ingenuus). *50, 7* (cumerum vas nuptiale *e. q. s.*). *63, 11* (cumeram vocabant antiqui vas quoddam quod opertum in nuptiis ferebant, in quo erant nubentis utensilia, quod et camillum dicebant, eo quod sacrorum ministrum *κάσμιλον* appellabant). *93, 2; Serv. in Aen. XI 558* (ministros enim et ministras inpuberes camillos et camillas in sacris vocabant, unde et Mercurius Etrusca lingua Camillus dicitur, quasi minister deorum)*; Statius Tullianus de vocab. rer. I apud Serv. Dan. in Aen. XI 543 et Macr. III 8, 6 sq.* (ait dixisse Callimachum Tuscos Camillum appellare Mercurium, quo vocabulo significant praeministrum deorum . . . nam et Pacuvius cum de Medea loqueretur 'caelitum . . . hospita' *e. q. s.*)*; Iuba apud Plut. Num. VII s. f.* (*τὸν ὑπηρετοῦντα τῷ ἱερεῖ τοῦ Διὸς ἀμφιθαλῆ παῖδα λέγεσθαι Κάμιλλον ὡς καὶ τὸν Ἑρμῆν οὕτω ἔνιοι τῶν Ἑλλήνων Καδμῖλον ἀπὸ τῆς διακονίης προσηγόρευον*)*; Dionysiodorus apud schol. in Ap. Rh. I 917; Dionys. Hal. II 22; GL. VII 543, 27* (*unde apud Serv. in Buc. VIII 78 corr.*: haec cam[ar]illa eius quam Graeci *συμμύστην* dicunt)*; TG. s. v.* ‖ 8 *Cf. schol. Lycophr. 162* (*Κασμῖλος ὁ Ἑρμῆς ἐν Τυρρηνίᾳ*) ‖ 12 *sq. Cf. Fest. 309*[a]*, 2* (subulo Tusce tibicen dicitur; itaque Ennius *e. q. s.*)*; TG. s. v.* ‖ 15 *sqq. Cf. additam. ad Serv. in Georg. I 11:* Varro ad Ciceronem ita ait ⟨Fauni⟩ dii Latinorum, ita ut ⟨et⟩ Faunus et Fauna sit. †per ex [par: eos *Vahlen*, eos *cum Thilone*] versibus quos vocant Saturnios in silvestribus locis solitos fari futura atque inde Faunos dictos)*; Fest. 325*[a]*, 10* (versus quoque antiquissimi, quibus Faunus fata cecinisse hominibus videtur, Saturnii appellantur)*; ex Varrone et Festo pendet scriptor de orig. gent. R. 4, 5; schol. Bern. in Ecl. VI p. 792 Hag.* (fauni a fando dicti)*; adde quae ad 75, 9 et 10 allata sunt*

---

1 ·ut Inãne In | polio ‖ 2 accidisset, a *ex* sa (*lineola del*) ‖ 3 recte: *corr Sciop* | correctus: *corr Laet* ‖ 4 Celj tũ ‖ 5 ospita camilla q: *corr Mue* ‖ 7 qcũ merũ: *corr Turn* ‖ 8 nectunc· (*non* nectunt): *corr Turn* | casmillus (*non* casmilus) ‖ 9 misteris (*non* misteriis) | ãdminister ‖ 12 enĩ: *corr Laet* ‖ 13 *sq.* astabat aquas·: *corr ex Festo* ‖ 14 *sq.* ·In etria | querunda e uersib; : *corr. Vict* | *add Ald* | fauni & uates que (et *del Laet cum Cic. de div. I 114*) ‖ 16 ut Faunus *Laet c. Serv. Dan.*

hos versibus quos vocant Saturnios in silvestribus locis traditum est solitos fari, ⟨a⟩ quo fando Faunos dictos. antiquos poetas vates appellabant a versibus viendis, ut ⟨de⟩ poematis *(Funai. p. 213)* cum scribam ostendam.

37 'corpore tartarino prognata Paluda virago' *(Enn. Ann. 521 V.$^2$)*. tartarino dictu⟨m⟩ a Tartaro. Plato in IIII *(Phaed. 112)* de fluminibus apud inferos quae sint in his unum Tartarum appellat: quare Tartari origo graeca. Paluda a paludamentis. haec insignia atque ornamenta militaria: ideo ad bellum cum exit imperator ac lictores mutarunt vestem et signa incinuerunt, paludatus dicitur proficisci; quae propter quod conspiciuntur qui ea habent ac fiunt palam, paludamenta dicta.

38 Plautus *(frgm. fab. inc. 1)*: 'Epeum fumificum qui legioni nostrae habet coctum cibum.' Epeum fumificum, cocum, ab Epeo illo qui dicitur ad Troiam fecisse equum Troianum et Argivis cibum curasse.

39 apud N⟨a⟩evium *(fr. poet. R. p. 51 B.)*: 'atque prius pariet lucusta[m] lucam bovem'. luca bos elephans; cur ita sit dicta, duobus modis inveni scriptum. nam et in Cornelii commentario *(cf. V 150)* erat ab Libycis Lucas, et in Virgilii *(Funai. p. 106)* ab Lucanis Lucas; ab eo quod nostri, cum maximam quadripedem quam ipsi haberent vocarent bovem et in Lucanis Pyrr⟨h⟩i bello primum vidissent apud hostis elephantos †idem non item quadripedes cornutas (nam quos dentes multi dicunt sunt cornua), Lucanam bovem quod putabant,
40 Lucam bovem appellasse. si ab Libya dictae essent Lucae, fortasse

3 *Cf. VI 52; frgm. 70 W.; Serv. Dan. in Aen. III 443* (uates a vi mentis appellatos Varro auctor est) = *Isid. VIII 7, 3* (*ubi additur* vel a viendis carminibus, id est flectendis [plectendis*?*], hoc est modulandis) *et VII 12, 15; schol. Bern. app. II buc. 9, 34; TG. s. v.* ‖ 5 *sq. Cf. Fest. 359$^b$, 25* (Tartarino cum dicit Ennius horrendo et terribili Verrius vult accipi, qui locus est apud inferos)*; Serv. in Aen. VI 127* (inferos in quibus esse dicitur Tartarus). *295. 577 (= Isid. XIV 9, 8 et Lact. Plac. in Stat. Ach. I 134). VII 514; TG. s. v.* ‖ 8 *sq. Cf Fest. 253$^a$, 2* (paludati in libris auguralibus significat, ut ait Veranius, armati, ornati: omnia enim militaria ornamenta paludamenta dici)*; Non. 538, 33; Isid. XIX 24, 9* (dictum, ut quibusdam videtur, quod eo indutus palam faceret imperator bellum futurum)*; Lyd. de mag. II 4 = 58, 13 W.; GL. II 441, 26* (a paludamento paludatus)*; TG. s.* paludamentum ‖ 14 *Cf. Fest. Pauli 82, 12* ‖ 17 *sqq. Cf. Plin. VIII 16* (elephantos Italia primum vidit Pyrri regis bello et boves Lucas appellavit in Lucanis visos)*; Lucr. V 1302; Isid. XII 2, 15; TG. s. v.*

2 fari ⟨futura⟩ *Mue ex Serv. Dan.* | antiqui *Canal* ‖ 3 uiendis *bis scr., sed alt. lineola del* | *suppl Sp. ex VI 52* ‖ 4 *sq.* offendã corpore: *corr Laet* ‖ 6 dicta: *corr Laet* ‖ 13 legioni (. *casu ut vid*) ‖ 15 tro Iã *ex* traiã *c. ras* | argjuis, r *ex* p ‖ 16 at quę ‖ 17 elefans ‖ 19 libicis | Vergilii *Laet* ‖ 22 elefantos | Idẽ· ñ Itẽ: id est [non item] *v; an:* item non item *fuit oxymoron?* ‖ 24 appellasse⟨nt⟩ *apogr (nisi anacoluthon tolerandum)* | libia

an pantherae quoque et leones non Africae bestiae dicerentur, sed Lucae; neque ursi potius Lucani quam Luci. quare e[r]go arbitror potius lucas ab luce, quod longe relucebant propter inauratos regios clupeos, quibus eorum tum ornatae erant turres.

apud Ennium *(Ann. 207 V.$^2$)*: 'orator sine pace redit regique 41
refert rem.' orator dictus ab oratione: qui enim verba [orationum] haberet publice adversus eum quo legabatur, ab oratione orator dictus; cum res †maiore ratione, legebantur potissimum qui causam commodiss⟨im⟩e orare poterant. itaque Ennius *(Ann. 582 V.$^2$)* ait: 'oratores doctiloqui.'

apud Ennium *(Ann. 119 V.$^2$)*: 'olli respondit suavis sonus Eg⟨e⟩riai.' 42
olli valet dictum illi ab olla et ollo, quod alterum comitiis cum recitatur a praecone dicitur 'olla centuria', non illa; alterum apparet in funeribus indictivis, quo dicitur 'ollus leto datus est', quod Graecus dicit *λήθη*, id est oblivioni.

apud Ennium *(Ann. 120 V.$^2$)*: 'mensas constituit idemque ancilia.' 43
dicta ab ambecisu, quod ea arma ab utraque parte ut T⟨h⟩racum incisa.

'libaque fictores Argeos et tutulatos' *(Enn. Ann. 121 V.$^2$)*. liba, quod 44
libandi causa fiunt. fictores dicti a fingendis libis. Argei ab Argis; Argei fiunt e scirpeis, simulacra hominum XXVII; ea quotannis de ponte sub-

---

2 *Cf. GL. II 78, 17* (lux lucis, lucanus, ex quo compositum fit antelucanus)*; TG. s.* lucanum (lucem diem) ‖ 6 *sq. Cf. ad VI 76; Non. 360, 18* (oratores legatos). *361, 2; TG. s.* orator *et* oro ‖ 12 *Cf. Fest. Pauli 19, 3* (ab oloes dicebant pro ab illis; antiqui enim litteram non geminabant) *et 196, 6; Serv. in Aen. XI 236* (olli illi secundum Ennium). *I 254. IV 105. V 10; GL. I 193, 7. 265, 18; II 25, 22; IV 562, 25 adn.; V 390, 18; VI 9, 19 (v. adn.). 452, 11; TG. s. v.* ‖ 13 *Cf. Fest. 254*$^a$*, 34* (praeco qui in funeris . . . †illius Quiris leto datus) ‖ 14 *sq. Cf. Fest. Pauli 115, 9* (letum ab oblivione quam Graeci *λήθην* vocant dictum) ‖ 17 *Cf. VII 30; Fest. Pauli 131, 7* (ancile id est scutum breve, quod ideo sic est appellatum, quia ex utroque latere erat recisum) *et 20, 3* (ancaesa dicta sunt ab antiquis vasa quae caelata appellamus, quod circumcaedendo talia fiunt)*; Serv. in Aen. VII 125 (565). 188. VIII 664* (ancile autem dicitur aut quasi undique circumcisum *e. q. s.*)*; Iuba apud Plut. Num. XIII* (*ἀγκύλια καλοῦσι διὰ τὸ σχῆμα· κύκλος γὰρ οὐκ ἔστιν . . . ἀλλ᾽ ἐκτομὴν ἔχει e. q. s.*)*; Ovid. Fast. III 377* (ancile vocat quod ab omni parte recisumst *e. q. s.*)*; Non. 554, 6; comm. Luc. IX 477; Isid. XVIII 12, 3; TG. s. v.* ‖ 18 *Cf. V 106; TG. s.* libus (*σπονδίτης*) *et* libo (liba *σπονδαί*) ‖ 19 *sq. Cf. V 45 sqq.; Fest. Pauli 15, 12* (Argeos vocabant scirpeas effigies quae per virgines Vestales annis singulis iaciebantur in Tiberim)*; Fest. 334*$^a$*, 16 sqq.; Dionys. I 38; Plut. Qu. Rom. 32; Ovid. Fast. V 621 sq.* (priscorum virgo simulacra virorum mittere roboreo scirpea ponte solet *e. q. s.*)*; TG. s. v.*

---

4 tumor natę: *corr Bent* ‖ 6 *secl Sciop* ‖ 7 legebatur: *corr Scal* ‖ 8 maior erat *Turn, cui addendum velut* ⟨act⟩ioni *vel* ⟨ad act⟩ione⟨m⟩ ‖ 9 cõmodisse ‖ 11 egria ·J·: *corr Vict* ‖ 14 lęto ‖ 15 ΛΕΤΕ ‖ 16 *sq.* idēq; ancilia· dicta· (ancilia *bis v*) ‖ 17 *sq.* Incisa· Saliba quę: *corr Vict* ‖ 18 tutulatos liba· qđ ‖ 20 XXUIJ· quot annis

licio a sacerdotibus publice deici solent in Tiberim. tutulati dicti hi, qui in sacris in capitibus habere solent ut metam; id tutulus appellatus ab eo quod matres familias crines convolutos ad verticem capitis quos habent vit⟨ta⟩ velatos dicebantur tutuli, sive ab eo quod id tuendi causa capilli fiebat, sive ab eo quod altissimum in urbe quod est,
45 arcs, tutissimum vocatur. eundem Pompilium ait *(Enn. Ann. 122 sqq. V.$^2$)* fecisse flamines, qui cum omnes sunt a singulis deis cognominati, in quibusdam apparent ἔτυμα, ut cur sit Martialis et Quirinalis; sunt in quibus flaminum cognominibus latent origines, ut in his qui sunt versibus plerique: 'Volturnalem, Palatualem, Furinalem, Floralemque Falacrem et Pomonalem fecit hic idem', quae o⟨b⟩scura sunt; eorum origo Volturnus, diva Palatua, Furrina, Flora, Falacer pater, Pomo[rum]na[m].

46 apud Ennium *(Ann. 459 V.$^2$)*: 'iam cata signa fer[a]e sonitum dare voce parabant.' cata acuta: hoc enim verbo dicunt Sabini: quare *(Enn. Ann. 331 V.$^2$)* 'catus ⟨A⟩elius Sextus' non, ut aiunt *(Funai. p. 115)*, sapiens, sed acutus, et quod est *(Enn. Ann. 529 V.$^2$)*: 'tunc c⟨o⟩epit memorare simul cata dicta', accipienda acuta dicta.

47 apud Lucilium *(938 M.)*: 'quod thynno capto cobium excludunt foras' et *(54 M.)*: 'occidunt, Lupe, saperd⟨a⟩e te et iura siluri' et *(1304 M.)*: 'sumere te atque amian' piscium nomina sunt eorumque in Graecia origo.

---

1 *sqq. Cf. Fest. 355$^a$, 29* (tutulum vocari aiunt flaminicarum capitis ornamentum, quod fiat vitta purpurea innexa crinibus et exstructum in altitudinem . . . Ennius 'libaque fictores argaeos et ⟨tutulatos'⟩); *Suet. apud Serv. Dan. in Aen. II 683* (tutulum pileum lanatum metae figura[e]'); *TG. s. v.* (est amicta a tutando); *Fulg. exp. s. a. 14; v. Wessner Comm. Ien. VI 2, 114* ‖ 8 *Cf. V 84* ‖ 10 *Cf. VI 21; Fest. Pauli 379, 2* (Volturnalem); *245$^a$, 12* (Palatualis flamen *e. q. s.*); *V 84. VI 19* (Furrinalis) ‖ 11 *Cf. V 84* (Falacer); *Fest. 154$^b$, 29* (minimi habetur Pomonalis *e. q. s.*) ‖ 15 *Cf. ad 31, 7 sqq.; Plin. VII 118* (sapientia, ob id Cati . . . apud Romanos cognominati); *Cic. d. or. I 198 et de rep. I 30; Plut. Cat. mai. I* ('*Ρωμαῖοι γὰρ τὸν ἔμπειρον κάτον ὀνομάζουσι*); *Don. in Andr. V 2, 14; Non. 92, 20* (catus pro sapiente); *Serv. in Aen. I 423; Augustin. de Genesi 467, 4; d. c. d. IV 21; Isid. XII 2, 38. diff. 296; TG. s. v.* ‖ 19 *Cf. Isid. XII 6, 14* (thynni nomen graecum habent); *TG. s. v.* | *Cf. TG. s.* gobio ‖ 20 *Cf. Fest. 325$^b$, 7 cum Paulo 324, 5* (saperda genus pessimi piscis); *schol. in Pers. V 154; TG. s.* silurus ‖ 21 *Cf. Fest. Pauli 21, 9* (amian genus piscis); *Plin. IX 49; Athen. VII 277 sq.*

---

1 duci: *corr Rhol* | Tutulati *ex* tj· Titulati *m. 2 ut vid* (tj *lineolis del et* ᵛ *s.* i *scr.*) | hi· q ‖ 2 tj̆tulus (ᵛ *m. 2 ut vid*) ‖ 3 conuolu̥tos (. *casu ut vid*) ‖ 4 utj: *corr Mue praeeunte* uittis *Popma (v. test.)* | uelatas/: *corr Laet* ‖ 6 ares (*i. e.* arcs; arx *v*) ‖ 8 етумλ· | sit· | s̃ (= sunt) *s. v. m. 1* ‖ 10 Furrinalem *Mue* | floralẽ· q: *corr Mue* ‖ 11 fecit· hic idẽ quę ‖ 12 *sqq.* pomo♃· Nã apud: *corr Turn* ‖ 14 ferę: *corr Laet* ‖ 15 sauini ‖ 17 acutus· *in fine v. c. obscuriore ut vid syllabae* tus *compendio* ‖ 18 memorari: *corr Scal* ‖ 19 qdẽ· Thinno (qui *L. Mueller*) | coriũ: *corr Mue* ‖ 20 foras & occidunt· lupes ‖ ap de te &: *corr Turn* ‖ 21 ·& sumere. te

apud Ennium *(Ann. 9 V.²)*: '†quaeque in corpore cau[s]a c⟨a⟩eruleo †cęlo cortina receptat.' cava cortina dicta, quod est inter terram et caelum ad similitudinem cortinae Apollinis; ea a corde, quod inde sortes primae existimatae. 48

apud Ennium *(fr. tr. 385 R.)*: 'quin inde invitis sumpserint perduellibus.' perduelles dicuntur hostes; ut perfecit sic perduellum, et duellum, id postea bellum; ab eadem causa facta Duell[i]ona Bellona. 49

apud Plautum *(Amph. 275)*: 'neque iugula, neque vesperugo, neque vergiliae occidunt.' iugula signum, quod Accius *(693 R.)* appellat Oriona, cum ait: 'citius Orion patefit.' huius signi caput dicitur ex tribus stellis, quas infra duae clarae, quas appellant umeros; inter quas quod videtur iugulum, Iugula dicta. vesperugo stella quae vespere oritur, a quo eam Opillus scribit vesperum: itaque †dicitur alterum 'vesper adest', quem Graeci dicunt †di *ἑσπέριον*. 50

N⟨a⟩evius *(fr. poet. R. p. 45 B.)*: 'patrem suum supremum optumum appellat.' supremum ab superrumo dictum: itaque duodecim tabulis *(I 9 Sch.)* dicunt: 'solis occasu diei suprema tempestas esto.' libri augurum *(Regell p. 16)* pro tempestate tempestutem dicunt supremum augurii tempus. 51

---

3 *Cf. Serv. in Aen. III 92* (cortina . . . quia cor illic vatis tenetur*: ubi Serv. Dan.* alii cortinam quasi ortinam tradunt, quod inde vox oriatur) *et VI 347* (quod cor teneat)*; TG. s. v.* ‖ 6 *sq. Cf. ad p. 5, 1 sqq.* | *Cf. V 73 ibique adn.; Cic. or. 153* (hominum etiam nomina contrahebant, quo essent aptiora: nam ut duellum bellum et duis bis, sic Duellium eum qui Poenos classe devicit Bellium nominaverunt *e. q. s.*)*; Quint. I 4, 15; Fest. Pauli 66, 17* (duellum bellum, videlicet quod duabus partibus de victoria contendentibus dimicatur. inde et perduellio qui pertinaciter retinet bellum)*; GL. I 211, 18* (perduellio[nem] perquam duellio et ⟨perduellis⟩ plus quam hostis)*; III 497, 7* (duellum antiqui dicebant pro bellum, ex quo perduellio)*; Ovid. Fast. VI 201* (hac sacrata die Tusco Bellona duello dicitur et Latio prospera semper adest)*; TG. s.* duellum, duellio, duellis, perduellio, perduellis, perduellium, Duellona*; Pseudacr. in Hor. ep. I 2, 7* (duello bello; et dictum duellum, quod inter duas partes geratur) ‖ 8 *sqq. Cf. Fest. Pauli 104, 4* (iugula stella Orion, quod amplior sit ceteris, quasi nux iuglandis)*; comm. in Arat. rel. p. 246 rec. int. 5 Maass* (hunc Latini iugulam vocant)*; schol. in Germ. 93, 20. 163, 1. 11 B.* (quem Orion appellarunt . . . hic latine iugula appellatur)*; Isid. III 71, 10 sq. = anon. de computo c. 142; TG. s. v.* ‖ 12 *Cf. ad VI 6* ‖ 16 *Cf. ad VI 5*

---

1 causa· ‖ 2 Cęlo (C *ex* s *inter scribendum*) orta nare ceptat· | quae cava corpore caeruleo cortina receptat *Mue,* cava *et* cortina receptat *cum Turn* ‖ 3 ·ea· acorde ‖ 6 sic *ex* fic | *cum nec* sic perduellum (perduellis *Sp.*) *ferri possit nec recte* et duellum *adplicetur nec* ab eadem causa *habeat quo referatur, desideres velut* sic perduell⟨is qui pertinaciter ret⟩inet duellum *(v. test.)*, id postea bellum (*an* = *καλόν? v. test.*) *e. q. s.* ‖ 7 duelljona ‖ 8 Neq; iugula· : nec iugulae *Plautus* ‖ 10 pallescit *Buecheler* ‖ 11 quas Infra· duę clarę quas ‖ 14 *sq.* quẽ g͡rci (*sic, non* greci *ut solitum*) dicunt DI ЄCΠЄΡΙΟΝ·*; an:* alterum 'vesper' ⟨ut *(Catull. c. LXII 1)* 'vesper⟩ adest', quem Graeci dicunt [di⟨cunt⟩] *ἑσπέριον?* ‖ 15 *sqq.* Ne uius· | Sup̄mũ· *et* sup̄mũ *et* sup̄ma *et* ·Sup̄mũ ‖ 16 ⟨in⟩ XII *Laet* ‖ 17 tabulae *Sciop* | *an:* dicitur? | sol occasus (*del* diei) *Turn (v. test.)*

52 in Cornicula *(fr. II)*: 'qui regi latrocinatus decem annos Demetrio.' latrones dicti ab latere, qui circum latera erant regi atque ad latera habebant ferrum, quos postea a stipatione stipatores appellarunt, et qui conducebantur: ea enim merces graece dicitur *λάτρον*. ab eo veteres poetae nonnunquam milites appellant latrones *(ut Plaut. Mil. 76)* * * * quod item ut milites ⟨sunt⟩ cum ferro, aut quod latent ad insidias faciendas.

53 apud N⟨a⟩evium *(fr. com. 120 R.)*: 'risi egomet mecum cassabundum ire ebrium.' cassabundum a cadendo. idem *(fr. trag. 54 R.)*: 'diabathra in pe[cu]dibus habebat, erat amictus epicroco.' utrumque vocabulum graecum.

54 in Men⟨a⟩echmis *(797)*: 'inter ancillas sedere iubeas, lanam carere.' idem hoc est verbum in Cemetria N⟨a⟩evii *(fr. com. 35[1] R.)*. carere a carendo, quod eam tum purgant ac deducunt, ut careat spurcitia; ex quo carminari dicitur tum lana, cum ex ea carunt quod in ea h⟨a⟩eret neque est lana, quae in Romulo N⟨a⟩evius *(fr. trag. praet. I R.)* appellat asta ab Oscis.

---

1 *Cf. Non. 134, 29* (latrocinari militare mercede. Plautus Cornicularia 'latrocinatus annos decem Demetrio') ‖ 2 *sqq. Serv. Dan. in Aen. XII 7:* latronis insidiatoris a latendo; sed modo venatoris. et est Graecum: nam *λατρεύειν* dicunt obsequi et servire mercede, unde latrones vocantur conducti milites . . . sic etiam dicti qui circa vias sunt, quod ut milites sunt cum ferro aut quod latent ad insidias faciendas . . . Varro tamen dicit hoc nomen posse habere etiam Latinam etymologiam, ut latrones dicti sint quasi laterones, quod circa latera regum sunt, quos nunc satellites vocant: una tamen est significatio licet in diversa etymologia. Plautus in Pyrgopolinice aperte ostendit quid sint latrones dicens: 'rex me Seleucus misit ad conducendos latrones' (*ubi F:* nam rex me Seleucus opere oravit maximo, ut ei adconducerem latrones et conscriberem); idem in Bacchidibus exsecutus est militem latronem dicens: suam qui auro vitam venditat*; cf. Fest. Pauli 118, 6* (latrones antiqui eos dicebant, qui conducti militabant, *ἀπὸ τῆς λατρείας*. at nunc viarum obsessores dicuntur, quod a latere adoriuntur vel quod latenter insidiantur)*; Fest. 314ª, 3 cum Paulo 315, 1* (stipatores appel⟨lantur⟩ corporis custodes, quos antiqui latrones vocabant i. mer⟨cenarios qui cu⟩m ferro ve⟨lut⟩ stipati circumdant regum corpora) *et 351ª, 30* (stipatores ait dictos a stipe, quam mercedis nomine accipiant custodes cuiusque corporis)*; TG. s.* latro *et* stipator*; Isid. X 160* (latro insessor est viarum a latendo dictus. Aelius autem 'latro est' inquit 'latero ab latere insidiator viae')*; GL. II 121, 17* (a latendo latro)*; v. Goetz 'Berl. phil. Wochenschr.' 1886 p. 782; Kriegshammer 79, 88* ‖ 9 *Cf. Fest. Pauli 48, 4* (cassabundus crebro cadens)*; TG. s. v.* ‖ 10 *Cf. Fest. Pauli 74, 9* (diabathra genus solearum Graecanicarum)*; TG. s.* diab[r]atra | *Cf. Fest. Pauli 82, 13* (epicrocum genus amiculi croco tinctum, tenue et pellucidum)*; TG. s. v.* ‖ 13 *sqq. Cf. TG. s.* carrio *et* carmino*; Isid. I 39, 4* (carptim . . unde hodie lanam quam purgantes discerpunt carminare dicimus)

---

3 stipateres ‖ 4 ·CATPON·: *corr Vict* ‖ 6 *lac sign Sp. (v. test.)* | *addidimus e Servio* ‖ 8 neuiũ· ‖ 10 dyabathra | *del Rhol* | epycroco· ‖ 12 Int̃, t *ex* d *inter scribendum* ‖ 13 Commotria *Turn; an:* Demetria*?* | neuii· ‖ 15 carent: *corr Neukirch* | her&· ‖ 16 quam *Ald* ‖ 17 dsta

in Persa *(89)*: 'iam pol ille hic aderit, credo, congerro meus.' 55
congerro a gerra; hoc graecum est et in latina cratis.

in Men⟨a⟩echmis *(183)*: 'idem istuc aliis ascriptivis fieri ad le- 56
gionem solet.' ascriptivi dicti, quod olim ascribebantur inermes armatis militibus qui succederent, si quis eorum deperisset.

in Trinummo *(455 sq.)*: 'nam illum tibi ⟨ferentarium esse ami- 57
cum inventum intellego⟩.' ferentarium a ferendo, id est inane ac sine fructu; aut quod ferentarii equites hi dicti qui ea modo habebant arma quae ferrentur, ut iaculum. huiuscemodi equites pictos vidi in ⟨A⟩esculapii ⟨a⟩ede vetere et ferentarios ascriptos.

in Frivolaria *(fr. IV)*: 'ubi rorarii estis? adsunt. ubi sunt accensi? 58
ecce.' rorarii dicti ab rore qui bellum committebant, ideo quod ante rorat quam pluit. accensos ministratores Cato *(p. 81, 14 Jord.)* esse scribit; potest id ab arbitrio: nam †inde ad arbitrium eius cuius minister.

---

2 *Cf. Fest. Pauli 40, 6* (c⟨ong⟩errones [*vel* gerrones*: cf. GL. II 193, 1* gerro οὐδαμινός, ἀπὸ τοῦ γέρων] leves et inepti, a cratibus dicti, quod Siculi adversus Athenienses cratibus pro scutis sunt usi, quas Graeci γέρρας appellant) *et 94, 4; Fest. 297ᵇ, 29; Non. 118, 24; v. Wessner Comm. Ien. VI 100, 1. 125; GL. I 33, 14. 549, 13; TG. s.* gerrae *et* congerro*; Hesych. s.* γέρρα || 4 *Cf. Varro d. vita p. R. ap. Non. 520, 7* (i quide⟨m⟩ ascriptivi[s], cum erant attributi decurionibus et centurionibus, qui eorum habent numerum, accensi vocabantur. eosdem etiam quidam vocabant ferentarios, qui depugnabant fundis et lapidibus, his armis quae ferrentur, non quae tenerentur)*; Fest. Pauli 14, 13* (adscripticii veluti quidam scripti dicebantur, qui supplendis legionibus adscribebantur. hos et accensos dicebant, quod ad legionum censum essent adscripti. quidam velatos, quia vestiti inermes sequerentur exercitum. nonnulli ferentarios, quod fundis lapidibusque proeliaturi ea modo ferrent quae in hostes iacerent. alii rorarios, quod id genus hominum antequam acies coirent in modum rorantis tempestatis dimicaret)*; Non. 57, 7; Kriegshammer 114* || 7 *Cf. ad 4; Fest. Pauli 85, 7* (ferentarii auxiliares in bello, a ferendo auxilio dicti vel quia fundis et lapidibus pugnabant, quae tela feruntur, non tenentur, ita appellati)*. 93, 14. 369, 5; Lyd. de mag. I 46 = 49, 4 W.; Veget. II 15, 17; Non. 554, 23; TG. s. v.* || 12 *Cf. ad 4; Varro d. vita p. R. ap. Non. 553, 6* (rorarii appellati quod imbribus fere primum rorare incipit)*; Liv. VIII 8, 8; Fest. Pauli 264, 8* (qui levi armatura primi proelium committebant, quod, ut ante imbrem fere rorare solet, sic illi ante gravem armaturam quod prodibant rorarii dicti)*; Non. 552, 30* || 13 *Cf. ad 4; Varro rer. hum. XX ap. Nonium 59, 2* (ut consules ac praetores qui secuntur in castra accensi dicti, quod ad necessarias res saepius acciantur velut accensiti)*; Non. 59, 1* (genus militiae est administrantibus proximum . . . quos nunc dicimus, deputati)*; Fest. Pauli 18, 6; TG. s. v.*

---

1 pol ille *c. spat. 2 litt.* || 2 hic: *corr Sp., Groth* | gratis || 3 menechmis Idē· Istuc || 6 *sq.* illũ libi ferentariũ· a ferendo· (aferendo *nequaquam bis scr.*) idē*: suppl Sp. et mox* ferendo id ⟨quod non⟩ est, *ubi exspectes* ferendo ⟨auxilio *(v. test.)*; alias a ferendo⟩ id ⟨quod⟩ est | inane⟨m⟩ *v* || 8 qđ *ex* q̧d || 11 *sq.* rorani *et* Rorani: *corr Rhol* | an s̃ *m. 1:* ! ạn (e above) s̃· *m. 2*: *corr Groth* | ! *post* accensi *add m. 2* || 13 plustj | adcensos *ex* acensos *m. 2* || 14 *an:* ⟨ab censione id est⟩ ab arbitrio*? cf. V 81 et Non. 519, 23. 31* | *de* †inde *cf. adn.*

59 Pacuvius *(381 R.)*: 'cum deum triportenta * * *.' * * *

60 in Mercatore *(619)*: 'non tibi [in Mercatore non tibi] istuc magis dividiaest quam mihi hodie fuit.' (†eadem hoc est in Corollaria N⟨a⟩evius *[fr. com. IX R.]*). dividia ab dividendo dicta, quod divisio distractio est doloris: itaque idem in Curculione ait *(236 sq.)*: 'sed quid tibi est? lien enecat, renes dolent, pulmones distrahuntur.'

61 in Pagone *(fr. Plaut. 101)*: 'honos syncerasto peri⟨i⟩t, pernis, glandio.' syncerastum est omne [m]edulium antiquo vocabulo graeco.

62 in Parasito pigro *(ibid. 108)*: 'domum ire c⟨o⟩epi tramite dextra via'. trames a transverso dictus.

63 in Fugitivis *(ibid. 90)*: '†agerge specta, vide vivices quantas. — iam inspexi †quidem esset.' vivices †alii excitatum verberibus corpus.

64 in Cistellaria *(405)*: 'non quasi nunc haec sunt hic limaces, lividae.' limax ab limo, quod ibi vivit. *(ibid. 407)* 'diobolares, sc⟨ho⟩enicolae, miraculae.' diobolares [s]a binis obolis. sch⟨o⟩enicolae ab sch⟨o⟩eno, nugatorio unguento. miraculae a miris, id est monstris; a quo Accius ait *(frg. p. R. p. 271 B.)*: 'personas distortis oribus deformis miriones.'

65 ibidem *(fr. Plaut. 100)*: 'scrattae, scrup[i]pedae, s⟨t⟩rittabillae, tantulae.' ab excreando scratiae sic⟨c⟩as significat. scruppedam Aurelius

---

4 *sq. Cf. Fest. Pauli 70, 15* (dividiam discordiam)*; Non. 96, 22. 101, 19; v. Wessner Comm. Ien. VI 97, 6. 120; TG. s. v.* ‖ 8 *Cf. TG. s.* caldativa ‖ 10 *Cf. additam. ad Serv. in Georg. I 108* (tramites autem sunt convalles quae de lateribus utrimque perviae limitant montes *e. q. s.*)*; Isid. XV 16, 10; TG. s. v.* ‖ 12 *Cf. Fest. Pauli 369, 22* (vibices plagae verberum in corpore humano, dictae quod vi fiunt)*; Non. 187, 24* (plagarum vulnera)*; GL. II 167, 5* (vibix μώλωψ) = *VII 193, 2; TG s. v.* ‖ 14 *Cf. Fest. Pauli 116, 8* (limaces cocleae a limo appellatae)*; Isid. XII 5, 7; TG. s. v.* ‖ 15 *Cf. Fest. Pauli 74, 6* (diobolares meretrices dicuntur quae duobus obolis ducuntur)*; TG. s. v.; v. Wessner Comm. Ien. VI 96, 13. 119* | *Cf. Fest. 329ᵇ, 32 cum Paulo 328, 8* (schoeniculas app⟨ellat mere⟩triculas Plautus propter usum un⟨guenti schoeni⟩, quod est pessimi generis *e. q. s.*) ‖ 16 *sqq. Cf. Fest. Pauli 123, 5* (miracula . . . antiqui in rebus turpibus utebantur)*; TG. s.* mirionem ‖ 20 *Cf. Gell. III 3, 6; Fest. 333ᵃ, 29* (scraptae dicebantur nugatoriae ac despiciendae mulieres, ut ait † unus ab his quae scr[a]ea idem appellabant, id

---

1 *lac sign Scal* ‖ 2 *secl Sp.* ‖ 3 diuidia ẽ: *corr Aug ex Plauto* | *an:* eadem ⟨vi usus⟩ hoc est*? v. adn.* ‖ 4 ·Neuius· ‖ 6 ·ljene negat· ‖ 7 sincerasto | *add Sp.* | gladios·, l *ex* r: *corr Pius* ‖ 8 si ncerastũ | medu̍liũ ‖ 9 cepitramite ‖ 10 Tramis ‖ 11 age age *Scal;* age ergo *Sp.* | spectaui de uiuices (ui *lineola separ. m. 2*) | ⟨B.⟩ Iam *Winter* ‖ 12 qđ e͠&: quid *(sic v)* est *Scal* | ·ảlii: a ui *Canal (v. test.)* | ex⟨ul⟩ceratum *Leo ad Plaut., recte ut vid* ‖ 14 ·Diouolares·: *corr Ald* | *add Turn* ‖ 15 diouolares sabini sobolis | schenicolas, as *ex* is *m. 2*: *corr. Turn* ‖ 16 nungento: *corr Ald* ‖ 17 personas . . . miriones *dist Turn* | distortas: *corr Madvig* ‖ 19 Scraties ruppę·ides rittabille (scraptae *et* scrattiae *Fest., similiter Non.*: scrattae *corr ex Gellio;* scrupedae stritiuille *Gell.;* (s)crupede strictibile *Non.*: scruppedae *Sk. duce Mue*) | sordidae *Gell. (et Non.)* ‖ 20 screando *v* | scraties· | sic assignificat: *corr Sp. duce Turn* (siccam significat) | Scruppidã

*(Funai. p. 91)* scribit ab scauripeda; Iuventius comicus *(fr. V R.)* dicebat a vermiculo piloso, qui solet esse in fronde cum multis pedibus; Valerius *(fr. poet. R. p. 273 B.)* a pede ac scrupea. ex eo Acci positum †curiosa: itaque est in Melanippa *(430. 431 R.)*: 'reicis abste religionem, scrup[p]eam imponas.' strittabillas a strettillando; strittare ab eo qui sistit ⟨a⟩egre.

in Astraba *(fr. II v. 11)*: 'acsitios⟨a⟩e annonam caram e vili con- 66
cinnant viris.' ideo in Sitellitergo *(fr. Plaut. 116 sq.)* idem ait: 'mulier es⟨t⟩, uxorculavit. ego novi, scio axitio⟨s⟩a quam sit.' Claudius *(Funai. p. 97)* scribit axitiosas demonstrari consupplicatrices, ab agendo axitiosas. ut ab una faciendo factiosae, sic ab una agendo ac⟨si⟩tiosae dictae.

in Cesistione *(fr. Plaut. 52)*: 'di⟨s⟩ stribula ⟨a⟩ut de lumbo obscena 67
viscera.' stribula, ut Opillus *(Funai. p. 93)* scribit, circum cox[a]endices sunt bovis; id graecum est ab eius loci versura.

in ⟨N⟩ervolaria *(ibid. 94)*: 'scobina[m] ego illum actutum adrasi 68
⟨s⟩enem.' scobinam a scobe: lima enim materia⟨e⟩ fabrilis est.

in P⟨o⟩enulo *(530)*: 'vinceretis cervum cursu vel gralatorem gra- 69
du[m].' gralator a gradu magno dictus.

in Truculento *(495)*: 'sine virtute argutum civem mihi habeam 70

---

est quae quis excreare solet, quatenus id faciendo se purgaret)*; Non. 169, 9; TG. s.* scrapedus (scabiosus) *et* scrattae

3 *Cf. TG. s.* scrupea (φροντίς, scrupeas dubitationes) || 8 *sqq. Cf. Fest. Pauli 3, 3* (axitiosi ⟨et⟩ factiosi [et *addidimus: cf. 86, 12 et Varro*] dicebantur cum plures una quid agerent facerentque) *et 17, 14* (actus . . . modo motum corporis, ut histrionum et saltatorum, qui etiam ex hoc ipso actuosi dicuntur)*; TG. s.* axitiosae (consolatrices dicit) *et* factiosus*; Isid. X 107* (factiosus inter opprobria, quum seditiosum accipi volumus *e. q. s.*) || 12 *sq. Cf. Fest. 313ª, 34* (strebula Umbrico nomine Plautus appellat coxendices hostiarum quasi G⟨raeci μηρία dicunt, quae⟩ in altaria in⟨poni solebant⟩ *e. q. s.; Arnob. VII 24 = 25, 6 R.* (nonne placet carnem strebulam nominare quae taurorum de coxendicibus demitur?) || 15 *Cf. Isid. XIX 19, 15* (scobina dicta quod terendo scobem faciat) || 16 *sq. Cf. Varro sat. Menipp. ap. Non. 115, 20* (gralatores qui gradiuntur *e. q. s.*)*; Fest. Pauli 97, 12* (grallatores . . qui . . . gradiebuntur . . . Plautus . . .)*; Non. 115, 18; TG. s. v. et s.* grallis

---

1 auscaripeda: *corr Bothe duce Turn* || 3 positũ· Curiosa Itaq; ẽ· | ⟨pro⟩ curiosa *Scal;* curiose *Ribbeck* || 5 strittabillas· ꝺ: strittabillae a *Sp.* | ·ꝺb || 6 astriba | ac sitiose: *corr Ald* (ax.) || 7 sitellj t̃go | Mulieres: *corr Seyffert* || 8 ac sitio aquã Sic (*c. spatiolo, non · ante* S): *corr Schoell (cf. § 70)* || 9 conciliatrices *in glossis Goetz duce Loewio,* conspiratrices *ibid. Ott; an:* consupplicatrices ⟨ab axando, glossarum scriptores⟩ *e. q. s.?* | ·ꝺb agendo axitiosas· || 10 *addidimus;* ⟨axitiosae et⟩ actiosae *Mue* (*qui debuit* ut)*: v. test.* || 11 *sq.* distribula: *corr Buecheler* | a *add Sciop* | delũbo obscenabis cerastribula (o *supra* c *et* ᵛ *supra* b *m. 1, lineolae iuxta* a *et infra* s *m. 2 ut vid*): *corr Mue* | opilius*; cf. 107, 13* | coxa Indices: *corr Ald* || 13 uob̃·: *corr Sciop* || 14 ·Jn eruolaria·: *corr Ald* | scobinã: *corr Sciop* | illũ *duobus punctis iuxta ˜ add, casu ut vid* (*nisi* ilium *voluit*) || 15 enĩ·: *corr Lachm;* erim (= erem) *Canal* | scobinã· (scobina *Sciop*) | *add Canal* || 16 penulo· | circũcurso·: *corr Ald ex Plauto* | gradũ: *corr Ald ex Plauto*

pro pr⟨a⟩efica'. ⟨praefica⟩ dicta, ut Aurelius *(Funai. p. 90)* scribit mulier ab luco quae conduceretur, quae ante domum mortui laudis eius caneret. hoc factitatum Aristoteles scribit in libro qui ⟨in⟩scribitur *νόμιμα βαρβαρικά (p. 367 = 604 Ros.)*, quibus testimonium est, quod †fretum est N⟨a⟩evii *(fr. com. 129 R.)*: 'haec quidem hercle, opinor, praefica est: nam mortuum collaudat.' Claudius *(Funai. p. 98)* scribit: 'quae praeficeretur ancillis, quemadmodum lamentarentur, praefica est dicta'. utrumque ostendit a praefectione praeficam dictam.

71 apud Ennium *(Sat. 67 sq. V.²)*: 'decem Coclites quas montibus summis Rip⟨a⟩eis fodere.' ab oculo cocles, ut ocles, dictus, qui unum haberet oculum: quocirca in Curculione est *(393)*: 'de Coclitum prosapia esse arbitror: nam hi sunt unoculi.'

72 4. nunc de temporibus dicam. quod est apud Cassium *(Acc. praet. fr. V v. 41 R.)*: 'nocte intempesta nostram devenit domum', intempesta nox dicta ab tempestate, tempestas ab tempore; nox intempesta, quo tempore ni[c]hil agitur.

73 'quid noctis videtur? in altisono caeli clipeo temo superat stellas sublime⟨n⟩ agens etiam atque etiam noctis iter' *(Enn. fr. trag. 177 sqq. R.)*. hic multam noctem ostendere volt a temonis motu; sed temo unde

1 *sqq. Cf. Hor. a. p. 431 sqq.; Fest. Pauli 223, 16* (praeficae dicuntur mulieres ad lamentandum mortuum conductae, quae dant ceteris modum plangendi, quasi in hoc ipsum praefectae *e. q. s.*); *Serv. in Aen. VI 216* (praeficae id est principi planctuum); *Non. 66, 27. 145, 24 ibique Varro d. vita p. R.; Pseudacr. in Hor. a. p. 431* (antiqui praeficas dicebant mulieres quae mortuos alienos conductae plorabant, quod est in quibusdam provinciis); *TG. s. v.* ‖ 10 *sq. Cf. Serv. in Aen. VIII 649* (luscos coclites dixerunt antiqui: unde et Cyclopas coclites legimus dictos, quod unum oculum habuisse perhibentur) = *Isid. X 164; Plin. XI 150; TG. s. v.; GL. I 40, 14* (cocles μονόφθαλμος) ‖ 15 *Cf. VI 3. 7* ‖ 17 *Cf. V 19; Apul. d. deo Socr. 2* ‖ 19 *sqq. Cf. Fest. 339ᵇ, 2* (⟨Septentriones⟩ septem stellae appell⟨antur, ut Aelius dicit a bu⟩bus iunctis, quos trio⟨nes a terra rustici⟩ appellent, quod iun⟨cti simul terram arent⟩ quasi terriones. ⟨reliquos axem dixerunt⟩, quod id astrum Grae⟨ci ἅμαξαν dicunt idque habet⟩ partem quandam ⟨temonis specie. unde ait⟩ Ennius: superat ⟨temo stellas. sed⟩ et physici eum s⟨it⟩um ⟨septem stellarum⟩ con[ten]temp⟨lati septentriones dici⟩ aiunt, quod ita sunt ⟨septem stellae sitae,⟩ ut ternae proximae ⟨quaeque efficiant tria⟩ trigona); *Gell. II 21, 8* (sed ego quidem cum L. Aelio et M. Varrone sentio, qui triones rustico †cetero vocabulo boves appellatos scribunt quasi quosdam terriones, hoc est arandae colendaeque terrae idoneos. itaque hoc sidus, quod a figura posituraque ipsa, quia simile plaustri videtur, antiqui Graecorum ἅμαξαν dixerunt, nostri quoque veteres a bubus iunctis septentriones appellarunt, id est septem stellis, ex quibus quasi iuncti triones figurantur. praeter hanc, inquit, opinionem id quoque Varro addit dubitare sese, an propterea magis hae septem stellae triones

1 ·Ꝑ prefica dicta ‖ 2 ad luctum *Turn,* ab loco *Canal* | conduceret[2]· ‖ 3 caner& | scribit[2] ‖ 4 nomina barbarica·: *corr Turn* ‖ 5 *sq.* tritum *Buecheler* | ·Neuii· | mehercle *et* quae sic (*pro* nam) *Fest. Pauli* ‖ 10 federe· ‖ 12 te esse *Plautus* ‖ 13 *ad* Cassium *cf. VI 7* ‖ 17 *post* videtur *dist Vahlen* ‖ 18 *add Buecheler*

et cur dicatur latet. arbitror antiquos rusticos primum notasse quae-
dam in caelo signa, quae praeter alia erant insignia atque ad aliquem
usum †culturae tempus designandum convenire animadvertebantur.
eius signa sunt, quod has septem stellas Graeci ut ⟨H⟩omerus *(ut* 74
*ε 272 sq.)* voca⟨n⟩t ἅμαξαν et propinquum eius signum *βοώτην,* nostri
eas septem stellas ⟨t⟩r⟨i⟩ones et temonem et prope eas axem: triones
enim et boves appellantur a bubulcis etiam nunc maxime cum arant
terram; e quis ut dicti 'valentes glebarii', qui facile proscindunt gle-
bas, sic omnes qui terram arabant a terra terriones, unde triones ut
dicerentur †de tritu. temo dictus a tenendo: is enim continet iugum 75
et plaustrum, appellatum a parte totum, ut multa. possunt triones
dicti, VII quod ita sitae stellae, ut ternae trigona faciant †aliquod.

'lumen iubarne in caelo cerno?' *(fr. tr. Enn. 336 R.)* iubar dicitur 76
stella lucifer, quae in summo quod habet lumen diffusum, ut leo in
capite iubam. huius ortus significat circiter esse extremam noctem.
itaque ait Pacuius *(347 R.)*: 'exorto iubare, noctis decurso itinere.'

apud Plautum in Parasito Pigro *(fr. I)*: 'inde hic bene potus 77
prim⟨ul⟩o crepusculo.' crepusculum ab Sabinis, et id dubium tempus
noctis an diei sit. itaque in Condalio est *(fr. I)*: 'tam crepusculo
fer⟨a⟩e ut amant lampades accendite.' ideo dubiae res creperae dictae.

in Trinummo *(886)*: 'concubium sit noctis priusquam ⟨ad⟩ postre- 78
mum perveneris.' concubium a concubitu dormiendi causa dictum.

---

appellatae sint, quia ita sunt sitae, ut ternae stellae proximae quaeque inter se faciant trigona, id est triquetras figuras); *Serv. in Aen. I 744 et Serv. Dan. in Aen. III 516* (Varro autem ait boves triones dici. et haec signa etiam plaustra dicuntur quae ⟨a⟩ bobus necessario trahi solent, ut Graeci ἄρκτον ἅμαξαν); *schol. Arat. 355, 23 M.; Prob. ad Georg. I 227; Isid. III 71, 6 sq. XII 1, 30; N. R. 26, 5; TG.* s. triones. *Cf. de his testimoniis praeter Kretzschmerum (de A. Gell. font.) 16. 41. 45 aliosque Kriegshammer 80 sq. et Reitzenstein 32 (contra quem dixit Goetz 'Berl. phil. Wochenschr.' 1901 p. 1034). Nomen Aelii Stilonis apud Festum reposuit F. Mentz 51*

6 *Cf. Serv. in Aen. II 512* (axis autem est aut plaustrum septentrionale aut pars septentrionis) *et Georg. II 271* (axi septentrioni; nam ἅμαξα dicitur); *Fest. Pauli 3, 8* (axis . . . pars caeli septentrionalis); *Pseudacr. in c. III 24, 38* (septentrionalis plaga nobis vicinior est, utpote in qua est axis); *Isid. XIII 5, 3; TG. s. v.* ‖ 13 *Cf. ad VI 6. 81* ‖ 18 *Cf. ad VI 5* ‖ 20 *Cf. ad VI 5* ‖ 22 *Cf. ad VI 7*

---

1 primũ (. *casu ut vid*) ‖ 2 quę p̃t̃ alia erant Insignia· *post* signa · *s. v. add m. 1* ‖ 3 *an:* culturae⟨que⟩ tempus*?* | designandũ, de *et alt.* n *in loco raso* ‖ 5 AMAΣAN | ꝑpinquã *cum* ᵛ *supra* ã *scripti dubio vestigio* | eⱡ (*ut saepe*) BOOTEM″ signũ· (″ *m. 2 ut vid*) ‖ 6 stellas boues et: *corr Sp.* | axẽ· (*non* e *ex* &) ‖ 7 *sq.* nunc *iuxta* etiã *et* maxime, *(sic cum lineola) iuxta* cũ *in marg m. 1* | arant t̃raˢ (*i. e.* terras, *non* terram) eqs· Ut dictj ualentes *(obscuriora, sed certa)* ‖ 10 ⟨E⟩ detrito *Aug* (detritum-*Lachm*) ‖ 11 *post* plaustrum (*non* iugum) *dist Christ* | a pte ‖ 12 faciant· ꝺliquod | alii quod * * * *Sp.* ‖ 13 *sq.* Iubar· ne Incęlo cerno Ĩubar· dr̃ ‖ 15 iubam⟨, iubar⟩. *Canal* ‖ 17 de nepotus: *corr Pius* ‖ 18 *add Scal* | sauinis ‖ 20 *add Buecheler* | ideo ubi heres: *corr Laet* ‖ 21 *add e Plauto* (*v. ad 114, 1*)

79 in Asinaria *(685)*: 'videbitur, factum volo, [ad] redito conticinio.' putem a conticiscendo conticinium sive, ut Opillus *(Funai. p. 88)* scribit, ab eo cum conticuerunt homines.

80 5. nunc de his rebus quae assignificant aliquod tempus, cum dicuntur aut fiunt, dicam.

apud Accium *(545 sq. R.)*: 'reciproca tendens nervo equino concita tela.' reciproca est cum, unde quid profectum, redit ėo; ab recipere reciprocare fictum, aut quod poscere pro[ro]care dictum.

81 apud Plautum *(Pseud. 955)*: '[a]ut transversus, non proversus cedit quasi cancer solet.' dicitur ab eo qui in id quo ⟨i⟩t est versus, et ideo qui exit in vestibulum, quod est ante domum, prodire et procedere; quod cum leno non faceret, sed secundum parietem transversus iret, dixit 'ut transversus cedit quasi cancer, non proversus ut homo.'

82 apud Ennium *(fr. tr. 65 R.)*: 'Andromachae nomen qui indidit, recte [ei] indidit.' item *(fr. tr. 38 R.)*: 'quapropter Parim pastores nunc Alexandrum vocant.' imitari dum voluit Euripidem et ponere *ἔτυμον*, est lapsus: nam Euripides quod graeca posuit, *ἔτυμα* sunt aperta. ille ait ideo nomen additum Andromach⟨a⟩e, quod *ἀνδρὶ μάχεται*: hoc Ennii quis potest intellegere in versu[m] significare 'Andromach⟨a⟩e nomen qui indidit recte indidit' aut Alexandrum ab eo appellatum in Graecia qui Paris fuisset, a quo Herculem quoque cognominatum Alexicacon, ab eo quod defensor esset hominum?

83 apud Accium *(675 R.)*: 'iamque auroram rutilare procul cerno.' aurora dicitur ante solis ortum, ab eo quod ab igni solis tum aureo

---

1 *Cf. ad VI 7* ‖ 7 *Cf. Cic. de rep. IV 6 apud Non. 23, 17 et 21* (a procando id est poscendo procacitas nominata est)*; Fest.* $249^{a}$*, 4.* $274^{b}$*, 25* (reciprocare pro ultro citroque poscere usi sunt antiqui, quia procare est poscere *e. q. s.*)*; Fest. Pauli 224, 17. 225, 7; Non. 460, 22; Serv. in Aen. I 536; Don. in Hec. I 2, 84; schol. Bemb. et Eugr. in Heautont. II 1, 15; Pseudacr. in Hor. serm. II 6, 66; Isid. IX 7, 7. X 215; TG. s.* reciprocat, reciproce ‖ 16 *Cf. Apollod. bibl. III 12, 5* ‖ 25 *Cf. Fest. Pauli 9, 1* (quidam ad similitudinem aurorae coloris nomen traxisse existimant)*; GL. III 509, 28* (ab aura . . . dicitur aurora . . . alii autem a splendore solis dictam putant . . . inde etiam aurum dicitur)*; Anecd. Helv. 241, 23; Isid. V 31, 14; TG. s.* aurorans

---

1 *sq.* ad reditũ·: redito huc *Plautus (at cf. VI 7); an* ad *spectat ad 113,21?* | c̃ticinnoputẽ· dc̃ticiscendo *(cf. ad VI 7)* | c̃ticinnã· | o piljus *(cf. adn. ad 107, 13)* ‖ 3 *sq.* homines· Nunc (*sic*) ‖ 4 *sq.* cũdicuntur *(puncto separ m. 2)* ‖ 7 redit· eo ab ‖ 8 progare ‖ 9 ·dut transuersũ *(cf. v. 13)* ‖ 10 *sq. an:* ⟨proversus homo⟩ dicitur*?* (⟨proversus⟩ dicitur *Mue*) | qđ est*: corr Mue* | uersus· & ideo q ‖ 12 lemo: *corr Ald* ‖ 16 ei *om v (cf. v. 21)* ‖ 17 uolunt: *corr Ald* | euripeden (Euripiden *A. Sp.*) ‖ 18 ЄTyMON· | euripedes | ЄTymd̀· ‖ 19 *sq.* andromache· quod andromachete: *corr Ald* | inuersum: *corr Turn* ‖ 21 andromache nom̃·′ q Indidit· recte Indidit·

aer aurescit. quod addit 'rutilare', est ab eodem colore: aurei enim rutili, et inde †enim mulieres valde rufae rutilae dictae.

apud Terentium *(Ad. 117)*: 'scortatur, potat, olet unguenta de meo.' 84
scortari est s⟨a⟩epius meretriculam ducere, quae dicta a pelle: id enim non solum antiqui dicebant scortum, sed etiam nunc dicimus scortea ea quae e corio ac pellibus sunt facta; in aliquot sacris ac sacellis scriptum habemus *(Preibisch frgm. p. 7)*: 'ne quod scorteum adhibeatur', ideo ne morticinum quid adsit. in Atellanis *(inc. nom. rel. IX R.)* licet animadvertere rusticos dicere se adduxisse pro scorto pelliculam.

apud Accium *(691 sq. R.)*: 'multis nomen vestrum numenque 85
ciendo.' numen dicunt esse imperium, dictum ab nutu, ⟨quod cuius nutu⟩ omnia sunt, eius imperium maximum esse videatur: itaque in Iove hoc et Homerus *(A 528)* et †alius aliquotiens.

apud Plautum *(Mil. gl. 24)*: '⟨ni⟩si unum epityrum estu[e]r insane 86
bene.' epityrum vocabulum est cibi, quo frequentius Sicilia quam Italia usa. id vehementer cum vellet dicere ⟨edi⟩, dixit insane, quod insani omnia faciant vehementer.

apud Pacuium *(422 R.)*: 'flexanima ta⟨m⟩quam lymphata ⟨aut 87
Bacchi sacris commota.' lymphata⟩ dicta a lympha; ⟨lympha⟩ a Nympha, ut quod apud Graecos Θέτις, apud Ennium *(fr. trag. 392 R.)*:

---

2 *Cf. Cato in Originibus ap. Serv. Dan. in Aen. IV 698 et Charis. GL. I 101, 15* (mulieres nostrae capillum cinere unguitabant, ut rutilus esset)*; Fest. 285ª, 31* (rutilae canes, id est non procul a rubro colore *e. q. s.*). *262ᵇ, 18* (Rutilium rufum significat, cuius coloris studiosae etiam antiquae mulieres fuerunt, unde traxerunt cognomina Rutilias (Rutiliae *Mue*), ut indicat frequenter Afranius)*; anon. d. praen. 7* (antiquarum mulierum . . . praenomina fuerunt Rutil[i]a Caesellia [Caesulla *Kaempf*] . . . a colore ducta)*; Gell. II 26, 8 sqq.* || 4 *sqq. Cf. Fest. 330ª, 4 cum Paulo 331, 1* (scorta appel⟨lantur meretrices ex con⟩suetudine rusticorum, quia ut pelliculae subiguntur. omnia namque ex pellibus facta scortea appellantur)*; Porph. et Pseudacr. in Hor. c. II 11, 21; Don. in Eun. III 1, 34; Isid. XX 7, 1; GL. IV 120, 14* || 7 *sq. Cf. Ovid. Fast. I 629* (scortea non illi fas est inferre sacello, ne violent puros exanimata focos) || 12 *Cf. Fest. 173ᵇ, 17 cum Paulo 172, 4* (numen quasi nutus dei ac potestas)*; Serv. in Aen. IV 269; GL. II 126, 7; TG. s. v.* || 15 *sqq. Cf. Fest. Pauli 113, 20* (insanum pro valde magnum usus est Plautus) || 20 *Cf. GL. II 36, 22* (lympha . . . ἀπὸ . . . τοῦ νύμφη)*; III 407, 2* (Latini . . . lympha dicunt pro nympha aquam vel fontem volentes demonstrare)*; IV 202, 1* (nympham deam significat, lympham . . . aquam esse demonstrat)*; cf. ad 116, 1*

---

2 enim *secl Sp.; an:* olim*?* (*v. test.* antiquae mulieres) || 3 obsonat *pro* scortatur *codd. Ter.* || 6 *sq.* aliqđ *ex* aliqt | ac sacellis ạc ṣạc̣ẹḷḷis (*sic*) || 8 adhibeatur . . . adsit *iungebantur ante Bergkium* || 11 numeriq; || 12 *sq.* ab nutu omnia s̃ eį Imperiũ: *suppl Lachm* (fiunt eius *Sp.*) || 14 Ennius *Sp.; an:* alii*?* || 15 *sq.* nisi *Plautus* | epytira: *corr Ald e Plauto* | insane· bene epytirũ: *corr Ald* || 17 *sq. supplevimus duce Mue* (Id ⟨edi⟩) | qđ Insani omĩa faciant uehem̃t· || 19 *sqq.* paculum· | flex animat aquã | *suppl Turn e Cic. de div. I 80* | limphata | a lĩpha· a nimpha· | *suppl Sp.* | THETIC·

'Thelis illi mater.' in Graecia commota mente quos *λυμφολήμπτους* appellant, ab eo lymphatos dixerunt nostri. Bac⟨c⟩hi, et Liber, cuius
88 comites [a]ba⟨c⟩ch⟨a⟩e, et vinum in ⟨H⟩ispania bacca. origo in his omnibus graeca, ut quod apud Pacuium *(393 R.)*: 'alcyonis ritu litus pervolgans feror.' haec enim avis nunc graece dicitur *ἀλκυών*, nostri alcedo; h⟨a⟩ec hieme quod pullos dicitur tranquillo mari facere, eos dies alcyon⟨i⟩a appellant. quod est in versu 'alcyonis ritu', id est eius instituto, ut cum aruspex praecipit, ut suo quisque ritu sacrificium faciat, et nos dicimus XV viros graeco ritu sacra, non romano facere. quod enim fit rite, id ratum ac rectum est; ab eo Accius *(647 R.)*: 'recte perfectis sacris' volt accipi.

89 apud Ennium *(fr. trag. 365 R.)*: 'si voles advortere animum, comiter monstrabitur.' comiter hilare ac lubenter, cuius origo graeca

---

1 *sq. Cf. Varro d. r. r. III 9, 19* (ut Thetim Thelim dicebant) | *Cf. V 71; Fest. Pauli 120, 11* (lymphae dictae sunt a nymphis. vulgo autem memoriae proditum est quicumque speciem quandam e fonte, id est effigiem nymphae, viderint, furendi non fecisse finem: quos Graeci *νυμφολήπτους* vocant, Latini lymphaticos appellant)*; Serv. in Aen. VII 377* (lymphata percussa furore lympharum)*; GL. II 434, 1. 442, 6; Isid. X 162; TG. s. v. et* lymphor | *Cf. Fest. Pauli 115, 17* (Liber repertor vini *e. q. s.*)*; Macr. I 18, 9* (Dionysus qui est Liber pater)*; idem I 19, 2* (vini cuius Liber pater auctor est)*; Pseudacr. in a. p. 85; Serv. in Buc. VI 15 [cf. schol. Bern. V 30]* (Iaccho autem vino a Libero patre, qui etiam Iacchus vocatur*: ubi addit.* nam Bacchus a bacchatione . . . unde et comites eius bacchae)*; TG. s.* Bacchus ‖ 5 *Cf. V 79; Fest. Pauli 7, 16* (alcedo dicebatur ab antiquis pro alcyone *e. q. s.*)*; GL. II 206, 3* (alcedo alcedinis Plautus in Poenulo)*; TG. s.* alcedo *et* alcyon ‖ 6 *sq. Cf. Plaut. Poen. 355 sq.; Fronto 225, 14 N.* (mare ipsum aiunt ubi alcedonia sint fieri feriatum)*; Varro Hebdom. I apud Gell. III 10, 5* [= *Non. 145, 4*] (dies deinde illos quibus alcyones hieme anni in aqua nidulantur)*; Serv. in Georg. I 399* (hic et haec alcyon et hi et hae alcyones. istae autem aves nidos faciunt in mari media hieme: quibus diebus tanta est tranquillitas, ut penitus nihil in mari possit moveri; inde etiam dies ipsi Alcyonia nominantur) = *Lact. Plac. in Stat. Theb. IX 361 et Mythogr. I 9. II 175; Aristot. hist. an. V 8; Plin. X 90* (fetificant bruma qui dies halcyonides vocantur placido mari per eos *e. q. s.*). *XVIII 231; Colum. XI 2, 21; Isid. XII 7, 25* ‖ 7 *sqq. Cf. Fest. 273*[b]*, 3 cum Paulo 272, 3* (ritus mos vel consuetudo; rite autem significat bene ac recte)*; Fest. 289*[a]*, 12* (ritus est mos comprobatus in administrandis sacrificiis)*; Serv. in Aen. III 546* (rite recte, secundum ritum)*; Serv. Dan. in Aen. XII 836; Macr. III 8, 13; Isid. V 24, 21; TG. s. v.; GL. III 71, 14* (a rito vero verbo vel ritu rite pro recte, quia nihil traditur ritibus, nisi quod rectum esse credatur) ‖ 13 *sq. Cf. GL. VII 72, 18* (in comisatore utramque consonantem simplicem ponamus: nam aut a comitate vox dicta est aut a graeco *παρὰ τὸν κῶμον*)*; Don. in Phorm. III 3, 4* (comiter veteres dixerunt *παρὰ τὸ κόσμος*)*; Aristot. poet. 3;*

---

1 thetis· Jllj mat̃ Ingrecia: *corr Turn (v. test.)* | m̃te· quos lympholẽptus (*λυμφολήπτους Vict*) ‖ 2 limphatos | e⟨s⟩t Liber *Turn,* ⟨id⟩ e⟨s⟩t Liber⟨i⟩ *Antonibon; an:* ⟨qui⟩ et Liber*? cf. p. 17, 17* ‖ 3 abache·: a ⟨Baccho⟩ bacchae *Sp.* | Inispania ‖ 4 paculũ (*semel scriptum*) | alcionis ‖ 5 furor·: *corr Vict, Turn* | abcyon: *corr Ald* ‖ 7 alciona (alcyonios *Laet: at v. test.; nisi* alcedonia *praeferas*) | alcionis ‖ 11 *sq.* 'rite p. s.' recte *Turn* (rite *c. Aug*), *ubi* rite *post* accipi *suppl A. Sp.* (*rectius post* sacris *suppleas*)*: v. test.* | uolt (o *ex* u *incohato inter scribendum*) accipi apud enniũ· (volt accipi *ab Acci verbis separ Roth*)

*κῶμος*, inde comisatio latine dicta et in Graecia, ut quidam scribunt, comodia[m].

apud Atilium *(fr. com. p. 38 R.³)*: 'cape, c⟨a⟩ede, Lyde, come, 90
conde.' cape, unde accipe; sed hoc in proximo libro retractandum.

apud Pacuium *(388 sq. R.)*: 'nulla res neque cicurare neque mederi 91
potis est neque reficere.' cicurare mansuefacere: quod enim a fero discretum, id dicitur cicur, et ideo dictum 'cicur ingenium optineo' mansuetum; a quo Veturii quoque nobiles cognominati Cicurini. natum a cicco cicur videtur. ciccum dicebant membranam tenuem, quae est ut in malo Punico discrimen; a quo etiam Plautus dicit *(inc. fab. 2)*: 'quod volt densum, ciccum non interduo.'

apud N⟨a⟩evium *(fr. trag. 56 R.)*: 'circumvenire video ferme iniuria.' 92
ferme dicitur quod nunc fere; utrumque dictum a ferendo, quod id quod fertur est in motu atque adventat.

apud Plautum *(Men. 127)*: 'euax, iurgio uxorem tandem abegi a 93
ianua.' euax verbum ni[c]hil significat, sed effutitum naturaliter est (ut apud Ennium *[fr. trag. 333 sq. R.]*: 'hehae, ipse clipeus cecidit'; apud Ennium *[fr. trag. 402 R.]*: 'heu, mea puella, †spe quidem id succenset tibi'; apud Pompilium *[fr. trag. p. 263 R.³]*: 'heu, qua me

---

*anon. de com. 6, 1 sqq. Kaib.; Fest. Pauli 39, 6 et 41, 3* (a vicis quos Graeci *κώμας* dicunt)*; Euanth. d. com. 14, 3 Wessn.* (*ἀπὸ τῶν κωμῶν καὶ τῆς ᾠδῆς* comoedia . . . vel *ἀπὸ τοῦ κωμάζειν καὶ ᾄδειν*, quod est comessatum ire cantantes *e. q. s.*)*; GL. I 488, 5 sqq.; schol. Bern. in Georg. II 382; Isid. VIII 7, 6; TG. s.* comiter, comisatio, comoedia

4 *Cf. Non. 254, 1* (capere accipere)*; TG. s. v.* ‖ 6 *sqq. Cf. Fest. Pauli 108, 2* (incicorem immansuetum . . . interdum cicur pro sapiente ponitur)*; Serv. in Georg. III 255* (dicit autem suem domesticum, quem cicurem vocant . . . hoc enim vult probare non tantum feras, sed etiam mansueta animalia amore in furorem moveri)*; TG. s.* cicur *et* cicurare ‖ 9 *Cf. Fest. Pauli 42, 10* (ciccum membrana tenuis malorum punicorum)*; TG. s.* ciccum*; Hesych. κικκός . . . διαχώρησις*)*; v. Otto 'Sprichw.' 83* ‖ 13 *Cf. GL. I 199, 11; TG. s.* ferme ‖ 15 *sq. Cf. GL. I 240, 5* (Euax Plautus *e. q. s.*)*. 419, 5* (exultantem significat ut euax)*; III 90, 15* (gaudii ut euax)*. 91, 27; VI 204, 21* | *Cf. Palaemon GL. I 238, 23* (interiectiones sunt quae nihil docibile habent, significant tamen adfectum animi)*, al.* ‖ 18 *Cf. GL. I 238, 20. 239, 2* (dolentis ut heu)*; III 91, 27; IV 146, 3. 8. 391, 28; V 21, 6; VII 122, 13, al.; Isid. diff. 197; TG. s. v.*

---

1 comos: *corr Ald* ‖ 2 comodiã: *corr Mue* (comoedia *v*) ‖ 3 *sq.* ·cede· lide· come· c̄de· ‖ 6 potest· (is *superscr.*) | cicorare· | afero afero (*sic*) ‖ 7 iddr̃ cicur&· Jdeo (*c. 2 fere litt. spat. post* dr̃) ‖ 8 *sq.* cicuri· Innatũ: *corr Groth* (cicurii· id natum *v*) | cicur Uidet· *ex* cicuruuidet· (u *lineolis del et tam* r *litt. extremus quam* ui *litt. primus ductus s. v. erectus*) | ciccũ *ex* ciccur *m. 2* (r *et lineola et* · *del*) ‖ 11 Int̃ duo· ‖ 12 neuiũ· Ciccũ uenire | circumveniri video⟨r⟩ *Ribbeck* ‖ 15 iurgio hercle tandem uxorem *Plautus* | ab regia: abegi ab *Plautus* ‖ 18 Eu *Ribbeck* | ⟨i⟩pse quidem *Lachm; an:* ⟨i⟩stequidem*?* | successit *Mue* (*quo recepto* ⟨e⟩ spe *Ribbeck*)

causa, Fortuna, infeste premis?'); quod ait iurgio, id est litibus: itaque quibus res erat in controversia, ea vocabatur lis: ideo in actionibus videmus dici 'quam rem sive [mi]litem dicere oportet.' ex quo licet videre iurgare esse ab iure dictum, cum quis iure litigaret; ab quo obiurgat is qui id facit iuste.

94 apud Lucilium *(1118 M.)*: 'atque aliquos ibi ab rebus clepsere foro qui'. clepsere dixit, unde etiam alii clepere, id est corripere, quorum origo a clam, ut sit dictum clapere, unde clepere E[t] ex [e]A commutat[i]o, ut multa. potest vel a graeco dictum *κλέπτειν* clepere.

95 apud Matium *(fr. p. Rom. p. 281 B.)*: 'corpora Graiorum m⟨a⟩erebar mandier igni.' dictum mandier a mandendo, unde manducari et a quo in Atellanis †ad obsenum *(fr. com. p. 333 R.*[3]*)* vocant manducum.

apud Matium *(fr. p. Rom. p. 281 B.)*: 'obsceni interpres funesti-
96 que ominis auctor.' obscenum dictum ab scena; eam ut †Graeci aut Accius *(ibid. p. 271)* scribit sc⟨a⟩ena. (in pluribus verbis A ante E alii ponunt, alii non, ut quod partim dicunt ⟨scaeptrum, partim⟩ sceptrum, alii Plauti Faeneratricem, alii Feneratricem; sic faenisicia ac f[o]enisicia, ac rustici pappum M[a]esium, non Maesium, a quo Lucilius

---

1 *sqq. Cf. Cic. de rep. IV 8 apud Non. 430, 29* (admiror nec rerum solum, sed verborum etiam elegantiam. si iurgant, inquit; benevolorum concertatio, non lis inimicorum iurgium dicitur . . . iurgare igitur lex putet inter se vicinos, non litigare)*; Fest. Pauli 103, 16* (iurgatio iuris actio)*; Isid. XVIII 15, 4; TG. s.* iurgium ‖ 3 *Cf. Cic. pro Mur. XII 27* (iam illud mihi quidem mirum videri solet tot homines . . . statuere non potuisse utrum . . . rem an litem dici oporteret)*; Porph. in Hor. serm. I 9, 41* (rem pro lite dixit; sic denique et in legibus scriptum inveniri solet 'rem sive litem')*; Fest. Pauli 116, 18* ‖ 4 *Cf. GL. V 476, 13* (iurgo iurgas ab eo quod est iure urgeo traductum) ‖ 5 *Cf. Fest. Pauli 196, 7* (obiurgatio post turpe factum castigatio)*; GL. VII 520, 8* (obiurgat eum cuius habet potestatem)*; Isid. diff. 96; TG. s. v.* ‖ 7 *sqq. Cf. Non. 20, 7* (clepere est furari, tractum a *κλοπῇ* verbo graeco)*; GL. I 77, 21; Anecd. Helv. 238, 12; Isid. XVIII 12, 1; TG. s.* clepit *et* clipeat *et* clipeus ‖ 11 *sqq. Cf. Non. 17, 11* (manducones qui manduci dicti sunt et mandones edaces)*; GL. I 372, 24* (mando mandis, cum dentibus quid consumimus, quod in consuetudine manduco dicunt). *565, 23; II 403, 7* (mando *μασῶμαι*). *443, 14* (mando ad dentes mandis)*; V 473, 17* (mando mandis id est manduco)*; VII 305, 13; Fest. Pauli 128, 12* (manduci effigies . . . ingentem dentibus sonitum faciens *e. q. s.*)*; TG. s.* mando, manduco, manducum ‖ 14 *sq. Cf. GL. II 38, 4* (ae . . . ponitur pro e longa ut scaena pro *σκηνή*)*; VII 32, 9; TG. s. v.* | *Cf. p. 30, 16* ‖ 17 *Cf. fragm. de serm. l. III 62 W.* ‖ 18 *Cf. Fest. Pauli 135, 5 et 136, 1*

---

1 ꝑmis· ‖ 3 miljtẽ: *corr Ald (v. test.)*; stlitem *Lachm* (me litem *Vict*) ‖ 5 obiurgatjs is *ante corr* (js *lineolis del*) ‖ 6 lucretiũ·: *corr Vertr* | *an:* aliquo sibi (*i. e.* '*callidi*')*?* ‖ 7 foro· q clepsere dixit· ‖ 8 & ex ea: *corr Sp. duce v* (et ex e a) ‖ 9 agreco | cleptin· Clepere· ‖ 12 a quo et *Sp.* (a quo *Laet*) | Dossenum *Mue (Add. p. 303)* ‖ 14 *sq.* oṁs· ductor· | ea ut Graeci ⟨*σκηνή,*⟩ ut Accius *Mue; an:* ea ⟨aut⟩ ut Graeci aut ⟨ut⟩ Accius scribit scaena*?* | scea̦na (*sic*) ‖ 17 fͣeneratricẽ | dlji fͦeneratricẽ· | fͣenisicia ‖ 18 *del Laet* | ñ moesiũ·: *corr Scal*

scribit *(1130 M.)*: ʽCecilius ⟨pretor⟩ ne rusticus fiat’): quare turpe ideo obscaenum, quod nisi in scaena[m] palam dici non debet.
potest vel ab eo quod pueri[li]s turpicula res in collo quaedam sus- 97
penditur, ne quid obsit, [u]bonae sc⟨a⟩evae causa sc⟨a⟩evola appellata. ea dicta ab scaeva, id est sinistra, quod quae sinistra sunt bona auspicia existimantur; a quo dicitur comitia aliudve quid †sit dixi aut sinistra quae nunc est. id a graeco est, quod hi sinistram vocant *σκαιάν*; quare, quod dixi *(§ 96)*, ⟨ob⟩scaenum omen est omen turpe, quod unde [id] dicitur, osmen, e quo S extritum.

apud Plautum *(Cist. 1)*: ʽquia ego antehac te amavi ⟨et mihi 98
amicam esse crevi’. crevi⟩ valet constitui: itaque heres cum constituit se heredem esse, dicitur ʽcernere’, et cum id fecit, ʽcrevisse.’

apud eundem quod est *(Cist. 6)*: ʽmi frequentem operam dedistis’ 99
valet assiduam: itaque qui adest assiduus fere et quom oportet, [h]is frequens, ⟨cui infrequens⟩ opponi solet. itaque illud quod eaedem mulierculae dicunt *(Cist. 8)*: ʽ⟨pol ist⟩o quidem nos pretio †ptanti est frequentare: ita in prandio nos lepide ac nitide accepisti’ apparet dicere: facile est curare ut adsimus, cum tam bene nos accipias.

apud Ennium *(Ann. 571 V.²)*: ʽdecretum est stare ⟨atque fodari⟩ 100
corpora telis.’ hoc verbum Ennii dictum a fodiendo, a quo fossa.

---

1 *Cf. GL. I 452, 14* (detractionis species sunt aeque quattuor . . . litterae, ut si detracta a littera pretor dicamus, ut Lucilius: ʽpretor . . . fiat’, cum debeat ae pronuntiari, praetor) ‖ 3 *Cf. Plin. XXVIII 39* (religione muta tutatur et fascinus . . . infantium custos *e. q. s.*) ‖ 4 *Cf. Liv. II 13, 1* (Scaevolae a clade dextrae manus cognomen inditum)*; Plut. Poplic. 17 (Σκαιόλαν ἐπίκλησιν ὅπερ ἐστὶ Λαιόν); Seneca contr. VIII 4* (non aliud Scaevolae Mucio cognomentum dedit *e. q. s.*)*; TG. s. v.* ‖ 5 *sqq. Cf. Fest. 325ᵃ, 33* (scaevam volgus quidem et in bona et in mala re vocat: cum aiunt bonam et malam ⟨scaevam⟩) *cum Paulo 324, 4* (*σκαιὸν* enim graece sinistrum dicitur)*; Serv. in Aen. III 351; Non. 146, 1; Isid. X 253; TG. s.* obscenus *et* scaevus ‖ 8 *Cf. Fest. 198ᵇ, 33* (apud antiquos omnes fere obscena dicta sint, quae mali ominis habebantur)*; Serv. Dan. in Aen. IV 455* ‖ 9 *Cf. VI 76* ‖ 11 *sq. Cf. VI 81* ‖ 14 *sq. Cf. Fest. Pauli 112, 7; Cincius de re mil. apud Gell. XVI 4, 5; TG. s.* frequentia *et* infrequens ‖ 19 *Cf. Fest. Pauli 84, 7* (fodare fodere) *et Ennius ibidem 336, 5* (Illyrii restant licis sybinisque fodentes*: ubi Merula* fodantes*, recte iudice Muellero aliisque*)

---

1 *suppl e test. Scal* (*quo duce* e *pro* ae *corr Popma*) ‖ 2 obserroũ | *del Ald* | ded& ‖ 3 puerilis, *sed* l *eraso* | turpicularẽs (*sic separ et* ˆ [*ut in* quarê] *add m. eadem*) ‖ 4 ubonę· ‖ 5 sceͣua id̄ ‖ 6 *sq.* dr̃ (*ut saepe*): dicuntur *Laet* | ɑliudue qd sit dixi· ɑut | *an:* si⟨cu⟩t dixi (*VI 86. 91*) ⟨scaeua fieri⟩ aui (aue *v*, aui *Turn*)*?* ‖ 7 ẽ id agreco ‖ 8 *sq.* scean·: *corr Ald* | sceuũ: *corr Mue* | omen ẽ· om̃· turpe· qd̄ unde iddr̃· | *del Mue* | os mene qd̄ extritũ·: *corr Mue* ‖ 10 *sq.* Cum ego *codd. Plaut* | ante hac | *suppleta e Plauto* | ⊢eres, ⊢ *m. 2* ‖ 12 canere: *corr Vict* ‖ 13 ·quo desimi: *corr Aug* ‖ 14 ferr& quẽ: *corr Ellis* (fere quom *Canal*) ‖ 15 ·his | *suppl Sp.* ‖ 16 dicunto qdẽ: *e Plauto suppl Schoell duce Sp.* | pretio (*s. f. folii*) ptantj (*in. folii*), p *ante* t *lineolis del:* pretio facile *Plautus idque exspectatur e v. 18* ‖ 18 iã ‖ 19 *supplevimus (v. test.)*; et fossari *Bergk duce v*

101 apud Ennium *(fr. trag. 393 R.)*: 'vocibus concide, †facimus et obrutus.' mussare dictum, quod muti non amplius quam MU dicunt; a quo idem dicit id quod minimum est *(inc. 10 V.$^2$)*: 'neque, ut aiunt, μῦ facere audent.'

102 apud Pacuium *(112 R.)*: 'di monerint meliora atque amentiam averruncassint ⟨tuam'. ab⟩ avertendo averruncare, ut deus qui in eis rebus praeest Averruncus. itaque ab eo precari solent, ut pericula avertat.

103 in Aulularia *(446)*: 'pipulo te differam ante aedis', id est convicio, declinatum a pi⟨p⟩atu pullorum. multa ab animalium vocibus tralata in homines, partim qu⟨a⟩e sunt aperta, partim obscura; perspicua ut Ennii *(Ann. 584 V.$^2$)*: 'animus cum pectore latrat.' Plauti *(fab. inc. III)*: 'gannit odiosus omni totae familiae.' ⟨Cae⟩cilii *(249 R.)*: 'tantum rem dibalare ut pro nilo habuerit.' Lucilii *(261 M.)*: 'haec inquam

2 *Cf. Fest. Pauli 144, 14; Don. in Ad. II 1, 53* (mussitare enim proprie dissimulandi causa tacere est . . . vel a muto vel ab M quae est littera nimium pressae vocis ac paene nullius *e. q. s.*); *Non. 9, 16 et 427, 12; Serv. in Aen. XI 345* (mussare est obmurmurare et muto esse vicinum) *et Serv. Dan. in Aen. XII 657 et additam. in Georg. IV 188; GL. I 240, 8* (mu pro muttire . . .) *et 28* ('mutmut non facere audet', ut apud Apuleium Platonicum de proverbiis scriptum est)*; Lact. Plac. in Theb. III 92; schol. Bern. in Georg. IV 188; Isid. X 170; TG. s.* mu *et* muss(it)o*; v. Otto 'Sprichw.' 230* ‖ 5 *Cf. Fest. Pauli 373, 4* (Pacuvius . . . id est avertissent)*; Non. 74, 21* (averruncare avertere *e. q. s.*)*; Fulg. serm. ant. 51; TG. s. v. et* averruncando *et* averruncassint mala ‖ 7 *Cf. Gell. V 12, 14* (in istis autem diis, quos placari oportet, uti mala a nobis . . . amoliantur, Auruncus quoque habetur)*; TG. s.* Averruncus *et* Auruncus ‖ 9 *sqq. Cum latinis quae infra composuimus cf. quae huc pertinent ex graecis tractatibus de vocibus animalium, quales cum alii composuerunt tum Studemund in Anecd. var. a. 1886 p. 101—105; 284—290* ‖ 9 *sq. Cf. ad 13 et 121, 2; Non. 152, 3* (pipulo pro convicio. Plautus Aulularia)*; Fest. 253$^b$, 23; Fest. Pauli 212, 9; TG. s.* pipulo *et* pipat(io) ‖ 12 *Cf. Fest. Pauli 121, 11* (latrare Ennius pro poscere posuit)*; Suet. 250, 1 Reiff.; Anthol. lat. 762, 59 R.; TG. s. v.* ‖ 13 *Cf. Non. 450, 6* (Varro asinos rudere, canes gannire, pullos pipare dixit)*; Fest. 177$^a$, 17; Fest. Pauli 99, 1; Suet. 250, 1 Reiff.* (vulpium gannire)*; Anthol. lat. 730, 4 et 762, 59 R.* (vulpecula gannit)*; Don. in Ad. IV 2, 17; Isid. diff. 607; TG. s. v.* ‖ 14 *Cf. ad 121, 2; Quint. I 5, 72* (ne 'balare' quidem aut 'hinnire' fortiter diceremus nisi iudicio vetustatis niterentur)*; scr. hist. Aug. Geta 5, 5* (agni balant . . . leones rugiunt . . . equi hinniunt, asini rudunt, tauri mugiunt)*; Suet. 249, 3 Reiff.* (ovium balare)*; Anthol. l. 762, 56 R.* (balat ovis)*; GL. I 274, 24. 460, 1; VII 167, 13* (balatus βληχηθμός)*; Isid. I 37, 14; Rhet. lat. min. 613, 31; TG. s.* balatus, balo, belat ‖ 14 *sq. Cf. ad 13; Anon. ad C. Herenn. IV c. 31* (imitationis hoc modo, ut maiores rudere [vagire *add. E*] et mugire . . . appellarunt)*; Non. 21, 20 et 51, 14* (rudere . . . proprium funium, non asinorum putant)*; Suet. 249, 1 Reiff.* (asinorum rudere vel oncare)*; Anthol. lat. 730, 1* (rugitum . . . aselli)*; Fest. 265$^a$, 24* (rudentes . . . asini cum voces mittunt)*; Serv. in Aen. VII 16. VIII 248; TG. s.* ruditum *et* rudo

1 Uocib; (*supra* i *litterula et add et del*) | facim; &: facimus ⟨muss⟩et *cod Turn* (faci⟨to⟩ musset *L. Mue; an:* fac ⟨ut⟩i m. *?*) ‖ 2 obrutũ· *ex* obrutu$^s$· | ·ƜV̂ (*sic*) ‖ 4 ƜV̂ (*sic cum lineola*) ‖ 5 dĩ ‖ 6 tuam *suppl e Paulo* (meam *Non.*) | ab *add Turn* | ȧuertendo | ds̃ ‖ 7 p̃cari ‖ 9 pipulo te hic *Non.*, populo hic *Plauti codd.* ‖ 10 *add Ald* ‖ 11 partĩq; ‖ 13 ·Cilii·: *corr Laet* | tantũ: tantam *Scal (recte ut vid)* ‖ 14 dibalare (. *casu ut vid*)

rudet ex rostris atque hei⟨u⟩litabit.' eiusdem *(1275 M.)*: 'quantum hinnitum atque equitatum.' minus aperta, ut Porcii ab lupo 104
*(cf. Büttner p. 56)*: 'volitare ululantis.' En⟨n⟩ii a vitulo *(Inc. 7 V.²)*: 'tibicina maximo labore mugit.' eiusdem a bove *(Ann. 585 V.²)*: 'clamore[m] bovantes.' eiusdem a leone *(Ann. 586 V.²)*: 'pausam †facere fremendi.' eiusdem ab ⟨ha⟩edo *(Ann. 531 V.²)*: 'clamor ad caelum volvendus per ⟨a⟩ethera vagit.' †sueta 'frendice frunde et fritinni suaviter.' Macci[us] in Casina *(267)* a fringuilla: 'quid fri[n]guttis? quid istuc tam cupide cupis?' †sues avoluerat *(Suei frg. 7 Baehr., fr. com. Iuvent. IV R.)* 'ita †tradedeq· inreneq· in iudicium ⟨A⟩esopi nec theatri trittiles.'

In Colace *(Plauti fragm. IV)*: 'nexum' Manilius *(Bremer I p. 26)* 105

2 *Cf. ad 120, 14; Varro Aboriginibus* (3) *apud Non. 156, 21* (mugit bovis, ovis balat, equi hinniunt, gallina pipat)*; Suet. 249, 1 Reiff.* (boum mugire, equorum hinnire)*; Anthol. lat. 762, 54 R.* (taurus mugit, et celer hinnit equus)*; Non. 122, 12; GL. I 322, 17; VI 467, 18; VII 115, 14; Isid. diff. 607; TG. s.* hinnit ‖ 3 *Cf. Suet. 248, 1 Reiff.* (luporum ululare)*; Anthol. lat. 733, 16. 762, 52. 730, 4 R.* (lupus ululat)*; Serv. in Aen. IV 168. VI 257* (ululare et canum et furiarum est). *in Buc. VIII 55; Serv. Dan. in Aen. IV 609 (cf. Lact. Plac. in Theb. I 328); Anthol. lat. 762, 41* (ululant ululae)*; Isid. XII 7, 38; TG. s. v.* ‖ 4 *Cf. ad 120, 13 et 121, 2; Quint. VIII 6, 31; Anthol. l. 730, 3* (bos mugitu)*; Isid. diff. 607; TG. s.* mugio ‖ 5 *sq. Cf. Non. 79, 5* (bount dictum a boum mugitibus. Pacuvius . . . . Varro Parmenone)*; Fest. Pauli 30, 4* (boare id est clamare a Graeco descendit)*; Serv. in Georg. III 223* (reboant . . . remugiunt. est autem graecum verbum *e. q. s.*)*; TG. s.* boat *et* bovantes | *Cf. ad 120, 13; Suet. 247, 5 Reiff.* (leonum est fremere vel rugire)*; Serv. in Aen. IX 339* (quidam accipiunt 'mutum fremit' de leone)*; Non. 447, 11; Anthol. l. 762, 60 R.* (lynces fremunt)*; TG. s. v.* ‖ 6 *sq. Cf. Suet. 250, 2 Reiff.* (leporum vagire)*; Anthol. l. 762, 60 R.* (lepores vagiunt)*; Isid. diff. 607* ‖ 7 *Cf. Fest. Pauli 91, 12; Non. 447, 14; Suet. 252, 2 Reiff.* (merulorum frendere vel zinziare)*; TG. s.* frindit merulus | *Cf. ad 8; Varro Virgula divina (565) apud Non. 7, 13* (et pullos peperit fritinientis)*; Suet. 254, 2 Reiff.* (cicadarum fritinnire)*; Anthol. lat. 762, 35 R.* (cicada fritinit)*; TG. s.* fritamentum (vox merulae) *et* fritinniunt ‖ 8 *Cf. Fest. Pauli 90, 14* (fringilla avis dicta, quod frigore cantet et vigeat, unde et friguttire)*; Non. 7, 8* (frigere est et friguttire et fritinnire, sussilire cum sono . . . Plautus Casina *e. q. s.*) *et 308, 12; Fulg. de abstr. serm. 18; TG. s. v.* ‖ 11 *Cf. GL. I 239, 19* (trit Naevius in Corollaria. significat autem, ut ait Plautus in quadam 'crepitum polentarium', id est peditum)*; exc. ex cod. Leid. ad I 238, 19* (trit stupentis) ‖ 12 *sqq. Cf. Fest. 165ᵃ, 20* (nexum est, ut ait Gallus Aelius, quodcumque per aes et libram geritur) *et 27* (nexum aes apud antiquos dicebatur pecunia quae per nexum obligatur)*; Cic. de or. III 159* (si res suum nomen et vocabulum proprium non habet, ut . . . nexum quod per libram agitur) *et Top. 28; Gai I 119. III 167. 174.*

1 e *Non.* | hejljtabit: *corr e Nonio* (heiulitauit) ‖ 2 *sq.* eqtatũ min; aperiant·: *corr Sp.* (aperta *Aug*) ‖ 3 uolitare *et* 4 labòre *(cf. ad 120, 14)* | ·Enii· ‖ 4 *sq.* aboue· | clamorẽ: *corr Ald* | fecere *Rhol,* facere ⟨ore⟩ *Vahlen* ‖ 7 *sq.* uagit 'sueta | Suet⟨i⟩ a *Vict,* Suei a *L. Mue* | frunde· & | frutinni suauit·: *corr Mue (v. test.)* | *an:* Suei a ⟨merula⟩ 'frendi ec frunde et fritinni s.' *? (v. adn.)* | us *del Mue* | n *del e Plauto (v. test.)* ‖ 9 *sqq.* cupis· sues | Suei a *Baehrens* | auoluerat· ita tradede q· Inreneq· Iniudiciũ· Esopi· nectheatri trittiles In colace nexũ· *(ubi lac sign et* ⟨nexum⟩ *suppl Sp.)* | Mamilius: *corr Laet*

scribit, omne quod per libram et aes geritur, in quo sint mancipia. Mucius *(Bremer I p. 71)*, quae per aes et libram fiant ut oblige[n]tur, praeter quom mancipio dentur. hoc verius esse ipsum verbum ostendit, de quo qu⟨a⟩erit: nam id ⟨a⟩es[t] quod obligatur per libram neque suum fit, inde nexum dictum. liber qui suas operas in servitutem pro pecunia quam debebat, dum solveret, nexus vocatur, ut ab aere obaeratus. hoc C. Poetelio Libone Visolo dictatore sublatum ne fieret, et omnes qui bonam copiam iurarunt, ne essent nexi, dissoluti.

106 in Ca⟨sina⟩ *(206 sq.)*: 'sine amet, sine quod lubet id faciat, quando tibi domi ni[c]hil delicuum est.' dictum ab eo, quod †deliquandum non sunt, ut turbida quae sunt deliquantur, ut liquida fiant. Aurelius *(Funai. p. 89)* scribit delicuum esse ab liquido; Cla⟨u⟩dius *(Funai. p. 97)* ab eliquato. si quis alterutrum sequi mal[l]et, habebit auctorem.

apud Atilium *(fragm. com. ex inc. II R.)*: 'per laetitiam liquitur animus.' ab liquando liquitur fictum.

107 6. multa apud poetas reliqua esse verba quorum origines possint dici, non dubito, ut apud N⟨a⟩evium in ⟨A⟩esiona *(fr. trag. 1 R.)* mucro gladii 'lingula' a lingua; in Clastidio *(fr. trag. praet. I R.)* 'vitulantes' a Vitula; in Dolo *(fr. com. post 49 R.)* 'caperrata fronte' a

---

6 *Cf. de r. r. I 17, 2 (ibique Keil); TG. s.* obaeratus ‖ 7 *Cf. Liv. VIII 28* (ita nexi soluti cautumque in posterum, ne necterentur)*; Non. 57, 17* (nexum enim dicitur aptum et conligatum) ‖ 9 *sqq. Cf. Fest. Pauli 73, 10* (deliquum apud Plautum significat minus)*; TG. s.* delictum *et* deliquium ‖ 13 *Cf. GL. II 398, 3* (liquo liquas, unde eliquo eliquas)*; V 480, 22* ‖ 15 *sq. Cf. Fest. Pauli 116, 21* (liquitur labitur, fluit)*; GL. II 398, 10* (dicitur tamen et liquor liqueris . . . liquitur . . . pro pedetemptim dissolvitur)*; TG. s. v.* ‖ 19 *sq. Cf. Fest. Pauli 116, 12* (lingula per diminutionem linguae dicta; alias a similitudine linguae exsertae, ut in calceis *e. q. s.*)*; Augustin. d. dial. 11, 8 Cr.* (ut mucronis nomine quae summa pars gladii est gladium vocamus)*; Gell. X 25, 3* (lingulam veteres dixisse gladiolum oblongum in speciem linguae factum, cuius meminit Naevius in tragoedia Hesiona. versum Naevii apposui *e. q. s.*)*; GL. I 104, 5; II 113, 17* (lingua lingula et per concisionem ligula)*; Isid. XIX 34, 13; TG. s.* ligulati | *Cf. Varro rer. div. l. XV ap. Macr. III 2, 11* (vitulari . . . quod Graeci παιανίζειν vocant)*; ibid. § 13 sq.* (Hyllus libro quem de dis composuit ait Vitulam vocari deam quae laetitiae praeest. Piso ait vitulam victoriam nominari *e. q. s.*)*; Fest. Pauli 369, 14* (vitulans laetans gaudio, ut pastu. Ennius *e. q. s.*)*; Non. 14, 15* (vitulantes veteres gau-

---

2 Muciu^s^· | *del Huschke* ‖ 3 p̃t quã: *corr Huschke* | dent·[2] | ostendi t (*sic* t *separatum in marg, . casu ut vid*) ‖ 4 querit·: quaeritur *v add et del Mommsen* ‖ 5 dictũ liber ‖ 6 debebat·: debeat (debet *Schwegler*) dat *Aug* ‖ 7 ·C· popillio uocare sillo: *corr Lachm duce Aug* (Poetelio Visolo) ‖ 8 iurarx | sed dissoluti *v,* sed soluti *Mue* ‖ 9 in casineã· (*sic, sed* ˜ *solito brevius*) eẽs sine· quod: *corr Ald e Plauto* | facias· ‖ 10 nihil domi *Plautus* | delicuũ ẽ· ‖ 11 s̃ (*ut saepissime*): sit *v; an fuit velut* si res quietae domi non sunt*?* | fiant· *ex* sint· (a *s. scr.*) ‖ 13 *sqq. del Laet* | auctorẽ· ȧpud ‖ 18 *sq.* neuiũ· Jnesionã ũõ gladii ljngula· ȧlingua·: A *add Buecheler,* mucro *corr Groth* ‖ 20 Vitula *pro* vitula *Preller* | Jndolo· (*item mox* Jndemetrio· *et* Jnnagidone· *et* Jnromulo·) | caprata

caprae fronte; in Demetrio *(ibid.)* 'persibus' a perite: itaque sub hoc glossema 'callide' subscribunt (*Funai. p. 113)*; in Lampadione *(fr. com. post 60 R.)* 'protinam' a protinus, continuitatem significans; in Nagidone *(ibid.)* 'clu⟨ci⟩datus' suavis, tametsi a magistris accepimus mansuetum; in Romulo *(fr. trag. praet. II R.)* 'sponsus' contra sponsum rogatus; in Stigmatia *(fr. com. 71 R.)* 'praebia' a praebendo, ut sit tutus, quod si⟨n⟩t remedia in collo pueris; in T[h]echnico *(ibid. post 93 R.)* † 'conficiant' a conficto convenire dictum; in Tarentilla *(ibid.)* † 'pacui dum' 108
a luce illustre; in Tunicularia *(fr. com. 103 R.)* 'exbolas aulas quassant', quae eiciuntur, a graeco verbo ἐκβολή dictum; in bello Punico *(53 sq. fr. poet. R. B.)* 'nec satis sardare' ab serare dictum, id est aperire; hinc etiam sera[e], qua remota fores panduntur.

7. sed quod vereor ne plures sint futuri qui de hoc genere me 109
quod nimium multa [re]scripserim reprehendant quam quod reliquerim quaedam accusent, ideo potius iam reprimendum quam procudendum puto esse volumen. nemo reprensus qui e segete ad spicilegium reliquit stipulam. quare institutis sex libris, quemadmodum rebus latina

---

dentes dixerunt . . . Naevius Lycurgo *e. q. s.*); *Suet. Vitell. 2* (Vitellia quae multis locis pro numine coleretur); *TG. s. v.* | *Cf. Fest. Pauli 48, 8* (caperatum rugosum a cornuum caprinorum similitudine dicitur); *Non. 8, 25* (caperrare . . . a caprorum frontibus crispis . . . Plautus Epidico . . . Varro Eumenidibus . .); *Mart. Cap. V 509* (alucinari et cerritum et caperratum [*sic codd.* caperatum *edd.*] similiaque praetereuntes utemur his quae consuetudo recipiet); *TG. s. v. et s.* frontem caperatam

1 *sq. Cf. Fest. 217ᵃ, 26* († persicus peracutum significare videtur, ut Plautus . . . Naevius) *et Fest. Pauli 336, 3* (sibus callidus sive acutus) ‖ 3 *Non. 376, 14:* Varro etiam de lingua latina lib. VII vel protinam vel protinus continuationem vel praeteritae vel futurae longitudinis dicit *e. q. s.*; *cf. Fest. Pauli 226, 20* (protinam protinus. Terentius *e. q. s.*); *Don. in Phorm. I 4, 13* (protinus in pedes] protinam fuit et sic Nigidius legit); *GL. I 211, 16; III 58, 4. 6. 59, 7* ‖ 4 *Cf. Fest. Pauli 98, 18* (glucidatum suave et iucundum. Graeci enim γλυκύν dulcem dicunt) *et 55, 11* (clucidatum dulce et suave dicebatur); *TG. s.* glucidatus (ἡδύς) ‖ 5 *Cf. VI 69. 70; TG. s.* sponsus ‖ 6 *Cf. Fest. 234ᵃ, 7 cum Paulo 235, 3* (praebia remedia); *Fest. 238ᵇ, 32* († praedia rursus Verrius vocari ait ea remedia . . . quod mala prohibeant); *TG. s.* praevius (praevia φυλακτήριον, *ubi fortasse* praebia *latet*) ‖ 11 *sq. Cf. Fest. 322ᵃ, 24 cum Paulo 323, 6* (sardare intellegere . . . Naevius belli Punici . . . 'quod bruti nec satis sardare queunt') *itemque 25, 10 et 282ᵃ, 27; TG. s.* sardo; *GL. IV 543, 1* (sero quod est claudo, unde sera dicta est); *VII 291, 21. 310, 21; II 532, 6* (sero seras a sera obdita natum); *V 481, 22. 486, 13*

---

1 aperite (*corr Urs*) ‖ 4 Caudacus: *corr Scal* ‖ 7 *add Laet* | thechnico· Conficiant (confictant *Turn, unde mox* invenire *Buecheler: v. adn.*) ‖ 8 *sq.* conficto· Conuenire dictũ Intarentilla· Pacui dũ aluce illustre Intunicularia exbolas | p⟨r⟩a⟨el⟩ucidum *Mue (v. adn.)* | aulas (*lineolis ex* alilas *corr*) quaˢ ‖ sant· ‖ 10 *sq.* exbole: *corr Ald* | dictũ Inbello punico· nec satis· sarrare (*v. test. et adn.*) | *an:* satis ⟨sardare pro⟩ sarrare? | idẽ ‖ 12 serę·: *corr ed. Ven.* ‖ 14 rescripserint: *corr Laet* | quãnquã (*priore ˜ lineola del*): quam quod *Ald* | reljquerint ‖ 17 *sqq. interposita librorum dispositione per* quocirca *ad* quare *redit oratio*

nomina essent imposita ad usum nostrum (e quis tris scripsi P[o]. Septumio qui mihi fuit qu⟨a⟩estor, tris tibi, quorum hic est tertius, priores de disciplina verborum originis, posteriores de verborum originibus, in illis, qui ante sunt, in primo volumine est quae dicantur, cur ἐτυμολογικὴ neque ars sit neque ea utilis sit, in secundo quae sint, cur et ars ea sit et ⟨ut⟩il[l]is sit, in tertio quae forma et[h]y-
110 mologiae, in secundis tribus quos ad te misi item generatim discretis, primum in quo sunt origines verborum locorum et earum rerum quae in locis esse solent, secundum quibus vocabulis te⟨m⟩pora sint notata et eae res quae in temporibus fiunt, tertius hic, in quo a poetis item sumpta ut illa quae dixi in duobus libris soluta oratione): quocirca quoniam omnis operis de lingua latina tris feci partis, primo quemadmodum vocabula imposita essent rebus, secundo quemadmodum ea in casus declinarentur, tertio quemadmodum coniungerentur, prima parte perpetrata, ut secundam ordiri possim, huic libro faciam finem.

1 tres | po septumio· (*sed* po *lineolis inductum*): *corr Laet* ‖ 2 hic, h *e corr inter scribendum* ‖ 5 ethimologiceneq; ansit· ‖ 6 *sq.* & illis: *corr Turn* | ethimologię (*ἐτυμολογικῆς Sp.*) ‖ 8 uerboꝝ *lineolis del m. 1* ‖ 11 utilia: *corr Vict* | soljta (*sic*)

M. TERENTI VARRONIS

# DE LINGVA LATINA

LIBER VII EXPLICIT. INCIPIT

# LIBER VIII

## QUAE DICANTUR CUR NON SIT ANALOGIA LIBER I

1. quom oratio natura tripertita esset, ut superioribus libris 1
ostendi, cuius prima pars, quemadmodum vocabula rebus essent imposita, secunda, quo pacto de his declinata in discrimina ierint, tertia, ut ea inter se ratione coniuncta sententiam efferant, prima parte exposita de secunda incipiam hinc. ut propago omnis natura secunda, quod prius illud rectum, unde ea, sic declinata: itaque declinatur in
verbis: rectum homo, obliquum hominis, quod declinatum a recto. de 2
huiusce multiplici natura discriminum orae sunt hae, cur et quo et quemadmodum in loquendo declinata sunt verba. de quibus duo prima duabus causis percurram breviter, quod et tum, cum de copia verborum scribam, erit retractandum et quod de tribus tertium quod est habet suas permultas ac magnas partes.

---

1 Quo$\overset{o}{m}$ ratio (Q *exornato,* $\overset{o}{m}$ *rasura et litura obscurato*): *corr Laet* | tripertita || 3 ierunt·: *corr Sciop* (fierent *et mox* efferrent *Sp., antea* declinatu discrimina *inferens*) || 6 *sq. prius* rectum *secl Sp., ubi ante alterum distinximus cum Canale* || 7 de *s. scr.* || 8 orae *multis suspectum, vix recte* | ⟨in⟩ quo *v* || 9 *sqq. a verbis* declinata s̃ ũba de qb; duo $\overset{s}{p}$ma duab; *extremo v. scriptis usque ad* et obliquo *(§ 7) et minoribus litteris et angustioribus inter versus spatiis (maxime in extrema parte) et frequentius per compendia et in membrana scabra et scalpta (ad delendas lineas olim ductas ut vid) scripta sunt omnia; tum duo v. paginae extremi* uocabulo uis . . . . propositũ *(p. 127, 6—8) cum solito more perscripti sint, insequens folium in utraque pagina mire sic perscriptum est ut primum 18 v. lineis ductis sic* \/ *dein post v. vacuum 19 v. sic* /\ *decrescant accrescantque vocabulis saepe distractis, ita ut in priore pagina medium efficiant verba (p. 128, 1 sq.)* bulj declina|tus· Ut | In qua | do | mo || u | nus | seruus *in posteriore verba (p. 128, 13)* orian | tur | Par | tes | o || ra | tio | nis |*; praeterea in altera parte folii per 4 v. extremos et marginem inferiorem pars ad ovi formam excisa est ante scripturam; denique folii 19 primi v. 2 ab eadem m. item distractis et lineis et vocabulis exhibent verba* uerbi . . . . & *(p. 128, 17 sq.): post quae 39 v. in hac pagina 40 in sequentibus perrexit nitidior illa manus, de qua supra diximus*

3 2. declinatio inducta in sermones non solum latinos, sed omnium hominum utili et necessaria de causa: nisi enim ita esset factum, neque di⟨s⟩cere tantum numerum verborum possemus (infinitae enim sunt naturae in quas ea declinantur) neque quae didicissemus, ex his, quae inter se rerum cognatio esset, appareret. at nunc ideo videmus, quod simile est, quod propagatum †legium declinatum est, duo simul apparent, quodam modo eadem dici et non eodem tempore factum; ut si verbi gratia alterum horum diceretur Priamus, alterum ⟨H⟩ecuba, nullam unitatem adsignificaret, quae apparet in lego et legi et in
4 Priamus Priamo. ut in hominibus quaedam sunt agnationes ac gentilitates, sic in verbis: ut enim ab ⟨A⟩emilio homines orti ⟨A⟩emilii ac gentiles, sic ab ⟨A⟩emilii nomine declinatae voces in gentilitate nominali: ab eo enim, quod est impositum recto casu ⟨A⟩emilius, orta ⟨A⟩emilii, ⟨A⟩emilium, ⟨A⟩emilios, ⟨A⟩emiliorum et sic reliquae
5 eiusdem quae sunt stirpis. duo igitur omnino verborum principia, impositio ⟨et declinatio⟩, alterum ut fons, alterum ut rivus. impositicia nomina esse voluerunt quam paucissima, quo citius ediscere possent, declinata quam plurima, quo facilius omnes quibus ad usum
6 opus esse[n]t dicerent[ur]. ad illud genus, quod prius, historia opus est: nisi discend[end]o enim aliter id non pervenit ad nos; ad reliquum genus, quod posterius, ars: ad quam opus est paucis praeceptis quae sunt brevia. qua enim ratione in uno vocabulo declinare didiceris, in infinito numero nominum uti possis: itaque novis nominibus allati[u]s ⟨in⟩ consuetudinem sine dubitatione eorum declinatus statim omnis dicit populus; etiam novicii servi empti in magna familia cito omnium conservorum ⟨n⟩omina recto casu accepto in reliquos obli-
7 quos declinant. qui s⟨i⟩ non numquam offendunt, non est mirum: et enim illi qui primi nomina imposuerunt rebus fortasse an in quibusdam sint lapsi: voluis⟨se⟩ enim putant singularis res notare, ut ex

15 *sq. Cf. Dion. Thr. 25, 3 U.* (*εἴδη δὲ δύο, πρωτότυπον καὶ παράγωγον e. q. s.*); *GL. I 323, 17* (sunt quaedam principalia, quae Graeci prototypa dicunt, ut fons mons villa schola hortus, ex his nascuntur derivativa, quae apud Graecos paragoga dicuntur, ut fontanus montanus *e. q. s.*)

2 utili, ili *litt. fere evanidis* ‖ 3 *add Mue (cf. v. 17)* ‖ 5 a^p^parer& ‖ 6 *post* quod propagatum *dist Mue* | legiũ; *an* (*duce v*)*:* legi cum ⟨de lego⟩ declinatum*?* ‖ 10 *sq.* p̊amo· (o *ex* i *inter scribendum*) | ad gentilitates: *corr Sp.* | homine *Becker* ‖ 14 emiliỏ24 | reliq̃ (*sic* q̃ *ut saepius*) ‖ 16 impositio *secl Sp.* ‖ 18 õs; omnia (. . . dicerentur) *Canal* ‖ 19 n *del Canal* | ḋicerent^z^ ad illud genus·: *corr ed. Ven.* (discerent *v*) ‖ 20 descendendo: *corr Steph* | idũ (*non* idñ) ‖ 24 allatj)· c̄suetudinẽ ‖ 26 oms̃ recto: *corr Aug* ‖ 27 *sq.* qs: *corr Ald* | ñ nũquã offendunt· Non ẽ mirũ &enĩ (et enim *seiunxit Christ*) | illa: *corr Ald* | ĩposuerx· ‖ 29 ·Uoluis ‖ enĩ

his in multitudine⟨m⟩ declinaretur, ab homine homines; sic mares
liberos voluisse notari, ut ex his feminae declinarentur, ut est ab
Terentio Terentia; sic in recto casu quas imponerent voces, ut illinc
essent futurae quo declinarentur: sed haec in omnibus tenere nequisse,
quod et unae[t] dicuntur scopae et mas et femina aquila et recto et
obliquo vocabulo vis. cur haec non tam si⟨n⟩t in culpa quam pu- 8
tant, pleraque solvere non difficile, sed nunc non necesse: non enim
qui potuerint adsequi sed qui voluerint, ad hoc quod propositum
refert, quod ni[c]hilo minus declinari potest ab eo quod imposiverunt
scopae scopa, quam si imposuissent scopa, ab eo scopae, sic alia.

3. causa, inquam, cur †eam ab impositis nominibus declinarint, 9
quam ostendi; sequitur, in quas voluerint [declinarint] declinari aut
noluerint, ut generatim ac summatim item informem. duo enim genera
verborum, unum fecundum, quod declinando multas ex se parit dis-
parilis formas, ut est lego legi[s] legam, sic alia, alterum genus sterile,
quod ex se parit ni[c]hil, ut est et iam †uixerat magis cur. quarum 10

---

5 *Cf. v. 9; GL. II 169, 7* (vetustissimi . . . inveniuntur confudisse genera . . . ut hic et haec . . . aquila)*; IV 120, 6. 355, 18. 375, 24. 408, 14. 494, 2; V 11, 9. 39, 19. 161, 7. 506, 5* ‖ 6 *Cf. GL. I 42, 14* (vis βία vis . . . vix vicis). *89, 14* (vis vero tantum singulariter declinatur, velut haec vis huius vis *e. q. s.*). *546, 33* (vis vis βία. et haec omnia crescunt genetivo exceptis his duobus vis et sus)*; II 249, 9* (haec vis huius vis, cuius plurale similiter vis tam Lucretius quam Sallustius protulerunt). *324, 9; IV 19, 20* (vis [*scil.* terminata] . . . nominativo plurali ves producto faciunt . . . excepto uno quod facit res nominativo plurali, haec vis huius vis hae vires. Lucretius tamen numero plurali hae vis et has vis) *et 31, 1* (civis huius civis, haec vis huius vis et plurali hae vis, sicut Lucretius et Varro: nam hae vires numero semper plurali declinantur). *98, 19; VI 482, 11* ‖ 9 *sq. Cf. Quint. I 5, 16* (scala tamen et scopa . . . non alio vitiosa sunt quam quod pluralia singulariter . . . efferuntur)*; Serv. in Georg. I 192* (scopae bigae)*; GL. I 33, 22* (scopae σάρος — dicimus tamen et scopa — scalae κλῖμαξ). *93, 5* (scalae scopae). *328, 5* (scopae scalae). *549, 31* (hae scopae σάρος, hae scalae). *533, 12* (scopa)*; IV 195, 27* (scopae is). *376, 28* (scalae scopae). *393, 15* (scala quadriga scopa . . . barbarismus). *446, 15* (scalam scopam quadrigam et alia barbarismos esse)*; V 42, 26* (scopae dici debet, quia res quae de pluribus constat singularis esse non potest. sic scalae mappae quadrigae). *176, 28* (idcirco scopae, quoniam de multis constant virgis, numeri sunt pluralis. idcirco etiam scalae quadrigae *e. q. s.*). *290, 20* (quadriga scopa scala . . . barbarismi). *348, 10. 396, 5. 590, 18* (scalas et scopas negant grammatici pluraliter: sed consuetudo vicit)*; VII 289, 5* (et scopae et scalae . . . . semper pluralia, sed nostri scalam dixerunt)*; Anecd. Helv. 83, 34. 241, 18; TG. s. v.* ‖ 16 *Cf. GL. III 65, 14* (primitiva quidem uniformia sunt nec regulam aliquam a similitudine vel collatione aliorum possunt accipere, ut cras cur *e. q. s.*). *76, 18* (in r primitiva 'cur' et 'per' quando pro valde accipitur). *482, 16* ('iam' quae pars orationis est? adverbium . . . cuius speciei? primitivae)

---

1 ĩmultitudine declinaret[2] ‖ 3 ĩrecto | ĩponerent ‖ 4 eent futurę | q[o]: quae *v* | ĩoĩb; ‖ 5 q & una & dicuntur: *corr Mue* (et una⟨e⟩ et ⟨duae⟩ *A. Sp.; an:* et ⟨plures⟩*? cf. ad p. 137, 8*) ‖ 6 ⟨o⟩vis *Sp. (v. test.)* ‖ 7 difficile· Sed ‖ 9 nichilominus ‖ 11 eã (˜ *ut saepissime*)*; an:* eam ⟨vocum multitudinem⟩*? cf. mox* in quas (*scil.* voces) ‖ 12 *secl Laet* ‖ 13 summatim· Jtem ‖ 14 ferundũ: *corr Rhol* ‖ 15 *del Sp.* ‖ 16 etiam: *seiunximus (cf. test. et 128, 8)* | uixe rat: vix, cras *v; an:* vix, sat*?*

rerum usus erat simplex, ibi etiam vocabuli declinatus, ut in qua domo unus servus, uno servili opus nomine, in qua[m] multi, pluribus. igitur et in his rebus quae sunt nomina, quod discrimina vocis plura, propagines plures, et in his rebus quae copulae sunt ac iungunt[ur] verba, quod non opus fuit declinari in plura, fere singula sunt: uno enim loro alligare possis vel hominem vel equum vel aliud quod, quicquid est quod cum altero potest colligari. sic quod dicimus in loquendo ‘consul fuit Tullius et Antonius’, eodem illo ‘et’ omnis binos consules colligare possumus, vel dicam amplius, omnia nomina, atque adeo etiam omnia verba, cum fulmentum ex una syllaba illud ‘et’ maneat unum. quare duce natura †si, quae imposita essent vocabula rebus, ne ab omnibus his declina[n]tus putarent.

11 4. †quarum generum declinationes oriantur, partes orationis sunt duae, si item ut Dion in tris diviserimus partes res quae verbis significantur: unam quae adsignificat casus, alteram quae tempora, tertia⟨m⟩ quae neutrum. de his Aristoteles orationis duas partes esse dicit: vo-
12 cabula et verba, ut homo et equus, et legit et currit. utriusque generis, et vocabuli et verbi, quaedam priora, quaedam posteriora; priora ut homo, scribit, posteriora ut doctus et docte: dicitur enim homo doctus et scribit docte. haec sequitur locus et tempus, quod neque homo nec scribi⟨t⟩ potest sine loco et tempore esse, ita ut magis sit locus

---

16 *sqq. Cf. Quint. I 4, 18* (veteres enim, quorum fuerunt Aristoteles quoque atque Theodectes, verba modo et nomina et convinctiones tradiderunt: videlicet quod in verbis vim sermonis, in nominibus materiam *e. q. s. = Dionys. de comp. II et de vi Demosth. XLVIII*); *GL. II 54, 5* (partes igitur sunt secundum dialecticos duae, nomen et verbum, quia hae solae etiam per se coniunctae plenam faciunt orationem, alias autem partes syncategoremata, hoc est consignificantia appellabant)*; IV 428, 11; V 34, 23. 134, 9; VII 216, 6 adn.; Augustin. cat. decem c. 1; Isid. I 6, 1; Plat. Soph. p. 262 (inter alia ἵππος τρέχει et ἄνθρωπος μανθάνει); Aristot. rhet. III 2* (*ὄντων δ' ὀνομάτων καὶ ῥημάτων ἐξ ὧν ὁ λόγος συνέστηκεν*)*. Top. VI 11. π. ἑρμ. c. 2. 3 p. 16 Bk. ibique Ammon. p. 45 B.; Diog. Laert. VII 59* (*ubi ἄνθρωπος et ἵππος exstant simili ratione et γράφω λέγω*)*. Cf. Classen d. gr. gr. prim. 52 sqq., Lersch ‘Sprachphilos. d. Alten’ II 8 sqq., Steinthal ‘Gesch. d. Sprachw.’ I 263, Heinicke de Quintil. S. Asclep. arte gramm. p. 22*

---

1 simplex, ⟨simplex⟩ *Sciop* ‖ 2 uno ser ‖ ui lj o post (*sic*): *correximus* (opust *Sciop*) | plj multi pluribus (plj *lineolis del et* t *ex* j *incohato inter scribendum*) ‖ 3 rebus quo4: *corr Sp.* (quarum *Vertr,* quoiusmodi *Canal*) ‖ 4 *del Mue* ‖ 6 colligare *Laet. c. al.* ‖ 7 Calligari·, *sed* a *post* C *lineola in* o *corr* (*fort. m. 2, sed* C *certe m. 1*) ‖ 8 & ‖ 9 cȯllj gere (· *s.* o *casu ut vid*) ‖ 10 ideo: *corr Sciop* | fulm en ‖ tunc: *corr Mue* | sil laba ‖ 11 duce natura· *m. 1 ex* dum cenatur (m *et* ce *lineolis del,* ce *add,* ra *ex* r⁓: *huius* r⁓ *ductus extremus excedit* a *extremam nequaquam olim a* cenatur *separatam*) | *lacunosa haec: v. adn.* ‖ 12 *sq.* de cljnandus (l *ex* i): *corr Laet* | pu‖tarent qua rum | quorum *Laet* | [ge]rerum *Sp.: v. adn.* | oriantur·: oriuntur *Laet (ubi lenius dist Sp.)* ‖ 14 dyon | Par‖tes, P *ex* p ‖ 15 unum | capus·: *corr Laet* (cassus *Sp.: cf. ad 135, 11*) | alterum | ·Tertia· ‖ 19 *post* doctus et *(v. ad 125, 9) in marg m. 2 ut vid adscr* hic error ñ paruu$^s$ | et *secl Canal*

homini coniunctus, tempus scriptioni. cum de his nomen sit primum 13
(prius enim nomen est quam verbum temporale et reliqua posterius quam nomen et verbum), prima igitur nomina: quare de eorum declinatione quam de verborum ante dicam.

5. nomina declinantur aut in earum rerum discrimina, quarum 14
nomina sunt, ut ab Terentius Terenti⟨a⟩, aut in earum extrinsecus, quarum ea nomina non sunt, ut ab equo equiso. in sua discrimina declinantur aut propter ipsius rei naturam de quo dicitur aut propter illius ⟨usum⟩ qui dicit. propter ipsius rei discrimina †aut ab toto, ut ab homine homunculus, ab capite capitulum; propter multitudinem, ut ab homine homines; ab eo quod alii dicunt cervices et id ⟨H⟩ortensius in poematis *(fr. p. R. p. 325 B.)* cervix. quae a parte declinata, 15
aut a corpore, ut a mamma mammosae, a manu manubria, aut ab animo, ut a prudentia prudens, ab ingenio ingeniosi. haec sine agitationibus; at ubi motus maiores, item ab animo, ut ab strenuitate et nobilitate strenui et nobiles, sic a pugnando et currendo pugiles et cursores. ut aliae declinationes ab animo, aliae a corpore, sic aliae quae extra hominem, ut pecuniosi, agrarii, quod foris pecunia et ager.

6. propter eorum qui dicunt usum declinati casus, uti is qui de 16
altero diceret, distinguere posset, cum vocaret, cum daret, cum accusaret, sic alia eiusdem ⟨modi⟩ discrimina, quae nos et Graecos ad declinandum duxerunt. sine controversia sunt †qui quae: quis vocetur, ut ⟨H⟩ercules; quemadmodum vocetur, ut ⟨H⟩ercule; quo vocetur, ut ad ⟨H⟩erculem; a quo vocetur, ut ab ⟨H⟩ercule; cui vocetur, ut ⟨H⟩erculi; cuius vocetur, ut ⟨H⟩erculis.

7. propter ea verba quae erant proinde ac cognomina, ut prudens, 17

---

10 *Cf. GL. I 94, 4* (homo homunculus)*; II 102, 3. 109, 1; TG. s. v.* | *Cf. Non. 542, 23* (capitia capitum tegmina. Varro . . . haec et capitula appellavit) ‖ 11 *sq. Cf. X 78; Quint. VIII 3, 35* (cervicem videtur Hortensius primus dixisse: nam veteres pluraliter appellabant)*; Isid. XI 1, 61; Serv. in Aen. II 707. XI 496; TG. s. v.* ‖ 14 *Cf. Gell. IV 9, 12* (ingeniosus . . . ab ingenio) ‖ 15 *sq. Cf. V 94; GL. II 83, 18* (quae ex qualitate vel quantitate animi vel corporis vel extrinsecus forte evenientium trahuntur) ‖ 22 *Cf. GL. I 154, 6* (casus sunt, ut quidam volunt, sex; ratione tamen sunt quinque, genetivus, dativus, accusativus, vocativus, ablativus. nominativum enim optime casum esse noluerunt *e. q. s.*). *301, 35; II 184, 3. 185, 12; IV 433, 12. 534, 23; V 44, 8. 170, 25. 181, 35. 350, 19; VI 189, 22*

---

2 *sq. dist Mue* | uerbũ· Tẽporale ‖ 6 *add Reitzenstein (cf. IX 55. 59)* | in ea res: *corr Sp.* ‖ 8 de qua *Vertr* ‖ 9 *supplevimus* (dicit ⟨usum⟩ *Reitzenstein*): *cf. v. 19* ‖ 9 ab toto ⟨aut a parte. ab toto⟩ *v (cf. adn.)* ‖ 11 ; ꝺb eo (ꝺ *ex* a) ‖ 12 apte ‖ 13 manuarii *Sp.* | ꝺut (u *ex* b *inter scribendum*) ab ‖ 15 *sq.* motus· maIores Itẽ· ꝺb animo· | mobilitate *et* mobiles *Christ* ‖ 19 dicuntur (*ex* dicunt *inter scribendum*) ·SŨ·: *corr Vertr* ‖ 21 ejdẽ: *suppl Mue* ‖ 22 Sinę | q quę·: quinque *Laet an:* quinque ⟨apud illos, sex apud nos⟩*? (v. adn.)* ‖ 26 Ꝑpterea ũba

candidus, strenuus, quod in his praeterea sunt discrimina propter incrementum, quod maius aut minus in his esse potest, accessit declinationum genus, ut a candido candidius candidissimum sic a longo, divite, id genus aliis ut fieret.

18 quae in eas res quae extrinsecus declinantur, sunt ab equo equile, ab ovibus ovile, sic alia (haec contraria illis quae supra *[§ 15 s. f.]* dicta, ut a pecunia pecuniosus, ab urbe urbanus, ab atro atratus), ut nonnunquam ab homine locus, ab eo loco homo, ut ab Romulo Roma,
19 ab Roma Romanus. aliquot modis declinata ea quae foris: nam aliter qui a maioribus suis, Laton⟨i⟩us et Priamidae, aliter quae ⟨a⟩ facto, ut a praedando praeda, a merendo merces; sic alia sunt, quae circum ire non difficile; sed quod genus iam videtur et alia urgent, omitto.

20 8. in verborum genere quae tempora adsignificant, quod ea erant tria, praeteritum, praesens, futurum, declinatio facienda fuit triplex, ut ab saluto salutabam, salutabo; cum item personarum natura triplex esset, qui loqueretur, ⟨ad quem⟩, de quo, haec ab eodem verbo declinata, quae in copia verborum explicabuntur.

21 9. quoniam dictum de duobus, dealinatio[nibus] cur et in qua sit †fama, tertium quod relinquitur, quemadmodum, nunc dicetur. declinationum genera sunt duo, voluntarium et naturale; voluntarium est, quo⟨d⟩ ut cuiusque tulit voluntas declinavit. sic tres cum emerunt Ephesi singulos servos, nonnunquam alius declinat nomen ab eo qui vendit, Artemidorus, atque Artemam appellat, alius a regione quod ibi emit, ab Ion⟨i⟩a Iona[m], alius quod Ephesi, Ephesium, sic alius
22 ab alia aliqua re, ut visum est. contra naturalem declinationem dico, quae non a singulorum oritur voluntate, sed a com⟨m⟩uni consensu. itaque omnes impositis nominibus eorum item declinant casus atque eodem modo dicunt huius Artemidori et huius Ionis et huius Ephesi[s],

---

6 *Cf. § 54. IX 50* ‖ 8 *Cf. V 144. IX 50* ‖ 11 *Cf. Isid. XVIII 2, 8* (praeda a praedando) | *Cf. V 44. 178* ‖ 13 *Cf. Aristot. top. II 4. rhet. I 3. 11; Diog. L. VII 141; Dion. Thr. 53, 1 Uhl., al.* ‖ 16 *Cf. Dion. Thr. 51, 3. 4 Uhl. ibique adn. 52. 53* ‖ 20 *Cf. IX 34. X 15* ‖ 22 *Cf. Plat. Cratyl. 384 D.; Diod. Cyr. ap. Ammon. in Arist. π. ἑρμ. 38, 18; Helladius ap. Phot. bibl. 279 p. 532ᵇ, 35; Don. in Andr. I 3, 21 et Ad. I 1, 1 (cf. post Classenium d. gr. gr. pr. 211 et Lerschium I 42 sq. Reitzenstein 26, 5)*

---

4 *sq.* fier& quę | s̃· ꝺb: ut ab *Sp.* ‖ 6 *sq. dist Mue* ‖ 10 laton;: Latoius *Sp., fort. recte* (Latoiius) ‖ 16 *suppl Mue duce Laeto* | de quo hęc· ꝺb ‖ 18 *sq.* duab; declinationib;: *corr Mue* | qua sit forma *v (cf. ad 127, 12)* | fama· ‖ 19 *sq.* dr̃ declinationũ ‖ 21 quo· ut | tres cũ *s. scr.* ‖ 23 artẽ· idorus; *an:* Artemidoro*?* ‖ 24 emit *ex* emi | *add Laet* | Ionã·: *corr Mue* ‖ 25 naturalẽ *ex* naturã *inter scribendum* ‖ 26 acomuni ‖ 28 artẽ Idori·: Artemae *Aug; an:* ⟨Artemae ut huius⟩ Artemidori*?* | ephesis·: *corr Rhol* (Ephesii *Laet*)

sic in casibus aliis. cum utrumque nonnunquam accidat, et ut in 23
voluntaria declinatione animadvertatur natura et in naturali voluntas,
quae, cuiusmodi sint, aperientur infra *(X 15 sq. 51)*; quod utraque de-
clinatione alia fiunt similia, alia dissimilia, de eo Graeci Latinique
*(Funai. p. 118)* libros fecerunt multos, partim cum alii putarent in
loquendo ea verba sequi oportere, quae ab similibus similiter essent
declinata, quas appellarunt *ἀναλογίας*, alii cum id neglegendum pu-
tarent ac potius sequendam ⟨dis⟩similitudinem, quae in consuetudine
est, quam vocarunt *ἀ⟨ν⟩ωμαλίαν*, cum, ut ego arbitror, utrumque sit
nobis sequendum, quod ⟨in⟩ declinatione voluntaria sit anomalia, in
naturali magis analogia. de quibus utriusque generis declinationibus 24
libros faciam bis ternos, prioris tris de earum declinationum disciplina,
posteriores de eius disciplinae propaginibus. de prioribus primus erit
hic, quae contra similitudinem declinationum dicantur, secundus, quae
contra dissimilitudinem, tertius de similitudinum forma; de quibus
quae expediero singulis tribus, tum de alteris totidem scribere ac divi-
dere [incipimus] incipiam.

10. quod huiusce libri est dicere contra eos qui similitudinem 25
sequuntur, quae est ut in aetate puer ad senem, ⟨puella⟩ ad anum,
in verbis ut est scribo scribam, [dico] dicam prius contra universam
analogiam, dein tum de singulis partibus. a natura sermo⟨nis⟩ in-
cipiam.

11. omnis oratio cum debeat dirigi ad utilitatem, ad quam tum 26
denique pervenit, si est aperta et brevis (quae petimus, quod obscurus
et longus orator est odio), [et cum efficiat] aperta, ut intellegatur,

---

6 *sqq. Gell. II 25, 1 sqq.:* in Latino sermone, sicut in Graeco, alii *ἀναλογίαν* sequendam putaverunt, alii *ἀνωμαλίαν*. *ἀναλογία* est similium similis declinatio, quam quidam Latine proportionem vocant. *ἀνωμαλία* est inaequalitas declinationum consuetudinem sequens. duo autem Graeci grammatici illustres Aristarchus et Crates summa ope, ille *ἀναλογίαν*, hic *ἀνωμαλίαν* defensitavit. M. Varronis liber ad Ciceronem de lingua latina octavus nullam esse observationem similium docet inque omnibus paene verbis consuetudinem dominari ostendit*; cf. Quint. I 6, 3; Cic. Tim. 4 s. f.; Mart. Cap. III 289 sq.; GL. I 116, 30. 384, 15. 456, 5; IV 47, 22. 435, 15; V 47, 13. 197, 22. 353, 19. 539, 21; VI 275, 16; VII 12, 7; Isid. I 28, 1; TG. s. v.* ‖ 15 *Cf. X 2* ‖ 24 *Cf. Sext. Emp. adv. mathem. I § 184 sqq.* (*πρὸς μὲν τὴν τοῦ ἐναργοῦς ἀντίληψιν οὐδεμιᾶς τέχνης ἐστὶ χρεία*)*; Cic. d. inv. I 16, 23; Eugr. in Eun. I 2, 27*

---

1 aliis cũ ‖ 3 aperient[2] infra· Quod ‖ 7 analogjias· (*sic, cum lineola super primum* a *post* ji *sequentis litterae ductum: quae fortasse* i *potius spectaverat*) ‖ 8 sequend·ã similitudinẽ (· *inter* dã *nil significante: qualia infra saepius non notamus*) ‖ 9 uocaꝝ: uocant *v (cf. test.)* | AωMAЄNAN·: *corr Ald* ‖ 13 posteriores· ex: *corr Sp.* ‖ 16 experiero: *corr Mue duce Aug* ‖ 17 *sq.* Incipim;· Incipiã qđ | *secl Sp.* | huiuscę ‖ 19 *suppl Ald* ‖ 20 ·dico dicã· Prius | *secl Sp.* ‖ 21 partib; anatura sermo Incipiã· (I *ex* i) ‖ 24 *sq.* obscurũ & longj: *corr Ald* ‖ 25 *sq. secl et suppl Boot*

brevis, ut cito intellegatur, et ⟨cum efficiat⟩ aperta⟨m⟩ consuetudo, brevem temperantia loquentis, et utrumque fieri possit sine analogia, ni[c]hil ea opus est. neque enim, utrum Herculi an Herculis clavam dici oporteat, si doceat analogia, cum utrumque sit in consuetudine, non neglegendum [sunt], quod aeque sunt et brevi⟨a⟩ et aperta.

27 12. praeterea quo[d]ius utilitatis causa quaeque res sit inventa, si ex ea quis id sit consecutus, amplius ea⟨m⟩ scrutari cum sit nimium otiosi, et cum utilitatis causa verba ideo sint imposita rebus ut ea⟨s⟩ significent, si id consequimur una consuetudine, ni[c]hil prodest analogia.

28 13. accedit quod quaecumque usus causa ad vitam sint assumpta, in his †non utilitatem qu⟨a⟩erere, non similitudinem: itaque in vestitu cum dissimillima sit virilis toga tunica⟨e⟩, muliebri⟨s⟩ stola pallio, tamen inaequabilitatem hanc sequimur ni[c]hilo minus.

29 14. in ⟨a⟩edificiis, quom non videamus habere ⟨ad⟩ atrium *περίστυλον* similitudinem et cubiculum ad equile, [quod] tamen propter utilitatem in his dissimilitudines potius quam similitudines sequimur: itaque et hiberna triclinia et ⟨a⟩estiva non item valvata ac fenestrata facimus.

30 15. quare cum, ut in vestitu ⟨a⟩edificiis, sic in supellectile cibo ceterisque omnibus quae usus ⟨causa⟩ ad vitam sunt assumpta dominetur inaequabilitas, in sermone quoque, qui est usus causa constitutus, ea non repudianda.

31 16. quod si quis duplicem putat esse summam, ad quas metas naturae sit perveniendum in usu, utilitatis et elegantiae, quod non solum vestiti esse volumus ut vitemus frigus, sed etiam ut videamur vestiti esse honeste, non domum habere ut simus in tecto et tuto solum, quo[d] necessitas contruserit, sed etiam ubi voluptas retineri possit, non solum vasa ad victum habilia, sed etiam figura bella atque

---

3 *Cf. Plin. in GL. I 132, 17* (Herculi pro Herculis . . . dici coeptum est = *Beck p. 5*); *Quint. I 5, 63* ‖ 11 *sq. Cf. Sext. Emp. adv. mathem. I § 193 sqq.* (*ἐπὶ πάντων γε μὴν σχεδὸν τῶν χρησιμευόντων τῷ βίῳ μέτρον ἐστὶ ἱκανὸν τὸ μὴ παραποδίζεσθαι πρὸς τὰς χρείας*) ‖ 13 *Cf. IX 48*

---

1 & cito: *corr Ald* | *v. ad 131, 25* | apta ‖ 5 ñneglegendũ· Sunt qđ | & breui & apta· ‖ 6 quod Ius: *corr Mue post al.* ‖ 7 consecutus, u *alt. e corr* ‖ 8 otiosi ‖ 9 *add Vertr* ‖ 11 accidit: *corr Ald* ‖ 12 ñ: con⟨venit⟩ *A. Sp.; an*: idon⟨ eum⟩ *(v. 133, 2 et test.) vel* bonum? ‖ 13 e *add Laet* | muliebri· Stola: *corr Cuperus* ‖ 14 *sq.* seqt[2] | nichil omin; Inedificiis· qđ (quom *Mue duce Sp.*) | *add Sp.* ‖ 15 *sq.* ΠЄΡΗϹΤhΛΟΝ: *corr Vict* | ·qđ: *secl Mue* ‖ 17 sequam[2]· ‖ 20 & in: *corr Steph* | ·edificiis· ‖ 21 *sq. suppl Sp.* (usu *Rhol*) | dñet[2] ‖ 24 mętas ‖ 28 qđ: *corr quidam apud Aug* | retinere *Mue*

ab artifice * * * *, quod aliud homini, aliud humanitati satis est;
quodvis sitienti homini poculum idoneum, humanitati ⟨ni⟩si bellum
parum; sed cum discessum e⟨s⟩t ab utilitate ad voluptatem, tamen
in eo ex dissimilitudine plus voluptatis quam ex similitudine s⟨a⟩epe
capitur: quo nomine et gemina conclavia dissimiliter poliunt et lectos 32
non omnis paris magnitudine ac figura faciunt. quod ⟨si⟩ esse[n]t
analogia petenda supellectili, omnis lectos haberemus domi ad unam
formam et aut cum fulcro aut sine eo, nec cum ad tricliniarem gradum, non item ad cubicularem; neque potius delectaremur supellectile
distincta quae esset ex ebore * * * * rebus disparibus figuris quam
grabattis, qui *ἀνὰ λόγον* ad similem formam plerumque eadem materia fiunt. quare aut negandum nobis disparia esse iucunda aut, quoniam necesse est confiteri, dicendum verborum dissimilitudine⟨m⟩, quae
sit in consuetudine[m], non esse vitandam.

17. quod si analogia sequenda est nobis, aut ea observanda est 33
quae est in consuetudine aut quae non est. si ea quae est sequenda
est, praeceptis ni[c]hil opus est, quod, cum consuetudinem sequemur,
ea nos sequetur; si quae non est in consuetudine, qu⟨a⟩eremus: ut
quisque duo verba in quattuor formis finxeri[n]t similiter, quamvis
haec nolemus, tamen erunt sequenda, ut †Iuppiti, Marspitrem. quas
si quis servet analogias, pro insano sit reprehendendus. non ergo ea
est sequenda.

18. quod si oportet id es⟨se⟩, ut a similibus similiter omnia 34
declinentur verba, sequitur, ut ab dissimilibus dissimilia debeant fingi,

---

13 *Cf. IX 47* ‖ 17 *Cf. Ptolem. Pindar. ap. Sext. Emp. adv. math. I § 202; Steinthal II*[2] *137 sq.; Reitzenstein p. 48 adn.* ‖ 20 *Cf. VIII 49. IX 75. 77. X 65; Quint. I 6, 25* (quaedam a primis statim positionibus tota mutentur, ut Iuppiter)*; Gell. V 12, 5; Varro (sat. Menipp. 582) apud Tertull. apol. 14, ad nat. I 10* (Ioves sive Iuppiteres [iupitres *codd. plerique*] dicendum est)*; GL. I 309, 16. 22; II 229, 8; IV 8, 9. 17, 7. 490, 5; V 45, 23. 172, 21. 186, 12. 187, 9; VI 473, 1; Isid. I 7, 33; adde Sext. Emp. adv. math. I § 195* (*τὸ μὲν γὰρ τῆς ὀρθῆς πτώσεως ὁ Ζεὺς οὔσης τὰς πλαγίας προφέρεσθαι Ζηνὸς Ζηνὶ Ζῆνα . . . σαφές . . . τὸ δὲ ἀπὸ τῆς Ζεὸς ὀρθῆς Ζεὸς λέγειν καὶ Ζεῒ καὶ Ζέα . . . . οὐ μόνον ἀσαφὲς ἀλλὰ καὶ γέλωτος, ἔτι δὲ προσκοπῆς ἄξιον εἶναι δοκεῖ*)

---

1 artifice· qđ *c. lac. 4 fere litt. (cf. v. 10);* ⟨facta⟩ *Sp.; an:* ⟨pretiose caelata⟩*?* ‖ 2 Quoduis (o *ex* d *et* d *ex* i *inter scribendum*) sitientj″ poculum h́omini | *add Ald* ‖ 3 & ab ‖ 5 pollent: *corr Koeler* ‖ 6 om̄is | ẽent: *suppl et del Laet* ‖ 7 *sqq.* om̄s | *verba* haberem . . . tricljni *supra* arẽ . . . distincta quę *ab eadem m. in primo pag. v. postea add ut vid: unde etiam 41 v. sunt in hac pag., scilicet ex dispartito scribendi negotio (v. s.)* ‖ 10 ebore reb; *c. lac. 4 fere litt.: cf. v. 1;* ⟨testudine aliis⟩ *ex IX 47 Sp.*, aliis *c. Laeto* ‖ 11 grabatis *v* | analogon: *corr Mue (cf. X 2)* ‖ 14 Inc̄suetudinẽ ‖ 18 querem;· ‖ 19 finxerunt·: *corr Vertr* ‖ 20 nolem; : nolimus *Sp.* | iuppitj mars pitrẽ· | Iuppit⟨r⟩i *Sp., de* ⟨Iuppiter Marspiter⟩ Iuppit⟨r⟩i Marspitri *cogitans; an:* Iuppite⟨r Marspiter Iuppitrem⟩ Marspitrem*?* ‖ 23 id ẽ: *corr Canal duce Mue* (ita esse) ‖ 24 ab his similib;

quod non fit: nam et ⟨ab⟩ similibus alia fiunt similia, alia dissimilia, et ab dissimilibus partim similia partim dissimilia. ab similibus similia, ut a bono et malo bonum malum; ab similibus dissimilia, ut ab lupus lepus lupo lepori. contra[ria] ab dissimilibus dissimilia, ut Priamus Paris, Priamo Pari; ab dissimilibus similia, ut Iup⟨p⟩iter
35 ovis, Iovi ovi. eo iam magis †analogias dissimilia finguntur, sed etiam ab [h]isdem vocabulis dissimilia neque a dissimilibus similia, sed etiam eadem. ab [h]isdem vocabulis dissimilia fingi apparet, quod, cum duae sint Albae, ab una dicuntur Albani, ab altera Albenses; cum trinae fuerint Athenae, ab una dicti Athenae⟨i⟩, ab altera Athe-
36 naiis, a tertia Athen⟨a⟩eopolitae. sic ex diversis verbis multa facta in declinando inveniuntur eadem, ut cum dico ab Saturni Lua Luam, et ab solvendo [ab]luo [ab]luam. omnia fere nostra ⟨n⟩omina [li]virilia et muliebria multitudinis cum recto casu fiunt dissimilia, ea⟨de⟩m ⟨in⟩ dand⟨i⟩: dissimilia, ut mares Terentiei, feminae Terentia⟨e⟩, eadem in dandi, vireis Terentieis et mulieribus Terentieis. dissimile Plautus et Plautius et co⟨m⟩mune, ut huius Plauti et Marci.

---

3 *sq. Cf. Sext. Emp. adv. gramm. I 237* (*τὰ κατὰ τὰς ὀρθὰς πτώσεις ἀνάλογα ὄντα καὶ ὅμοια ταῦτα κατὰ τὰς πλαγίους ὀνομοίως τε καὶ οὐκ ἀναλόγως σχηματίζεται, οἷον Ἄρης Χάρης χάρτης Ἄρεως Χάρητος χάρτου*)*; Quint. I 6, 12* (cum deprehensum est lepus et lupus similia positione quantum casibus numerisque dissentiant)*; GL. I 135, 10; IV 435, 21; V 48, 4. 198, 20; Isid. I 28, 2* ‖ 9 *Cf. § 56. 80. X 44; Quint. I 6, 15* (quid . . . quod tota positionis eiusdem in diversos flexus exeunt? cum Alba faciat Albanos et Albensis)*; GL. I 106, 1* (Albani dicuntur ab Alba, Albenses autem ab Alba Fucente. cuius rei causam Varro ait esse, quod analogia in naturalibus nominibus tantum servatur, in voluntariis vero neglegitur *e. q. s.*)*; V 144, 19* (ait sic Caesar in libris analogiae 'duae sunt Albae, alia ista quam novimus in † Aricia [Marsia *Keil*] et alia hic in Italia. volentes Romani discretionem facere, istos Albanos dixerunt, illos Albenses . . . Plinius Secundus negat et ait sic 'indifferenter haec inveniuntur' *e. q. s.*) [*sed cf. N. H. III 106:* Albensium Alba ad Fucinum lacum]*; Appian. Hannib. 39* (*ἐς τὴν Ἀλβανῶν σύγκρισιν Ἀλβησέας αὐτοὺς καλοῦσιν*) ‖ 10 *Cf. vit. Arati p. 77 Maass* (*Ἀθηνῆται*) ‖ 12 *Cf. Gell. XIII 23, 2* (Luam Saturni)*; Serv. Dan. in Aen. III 139* (tam Saturno quam Lu[n]ae)*; ad VI 11* ‖ 17 *Cf. Varro de comoediis Plautinis I apud Gell. III 3, 10* (Plautium fuisse quempiam poetam comoediarum. quoniam fabulae ⟨eae⟩ Plauti inscriptae forent acceptas esse quasi Plautinas, cum essent . . . a Plautio Plautianae)*; adde Plin. N. H. XXXV 115, ubi* Plautius Marcus *se nominat in epigr.*

---

1 ·Nã & similib;: *corr Sp.* (⟨a⟩ *v*) | *inter* fiunt *et* similia *litt.* fi *et scr. et del. m. 1* ‖ 3 a bono & malo· bonũ malũ· ‖ 4 c̃traria· ‖ 5 Iupit̃ ‖ 6 ·Iobi· | *ἀναλογικῶς Laet, post quam vocem lac sign Mue* (⟨non solum a similibus⟩) ‖ 7 *del Laet* ‖ 8 eadẽ ab hisdẽ ‖ 9 aluę ‖ 10 *sq.* una *ex* uua | athenę·: *corr Laet; an:* Athenae⟨oe⟩? | athena iis· (*unde* Athenaeis *Mue*) | atheneopolitę· ‖ 12 lua *ex* lui ‖ 13 & ab soluendo· abluo abluã· | *delevimus duce Suerdsioeo (alterum c. Aug)* | omĩa | ·omĩa: *corr Sp.* | liberalia: *corr Scal* ‖ 14 *sq.* multitudinis, l *ex* t *inter scribendum* | eũ dant: *corr Sp. duce Laet* (cum dandi) *et Mue* (c. d. ⟨eadem⟩) | femina ẽ terentia·: *corr Laet* | ea$^{\mathrm{d\tilde{e}}}$ ‖ 16 uireis (*sic:* e *ex* j *et* i *ex* s *inter scribendum;* uiris *in marg*)

19. denique si est analogia, quod in multis verbis e⟨s⟩t simili- 37
tudo verborum, sequitur, quod in pluribus est dissimilitudo, ut non
sit in sermone sequenda analogia.

20. postremo, si est in oratione, aut in omnibus eius partibus 38
est aut in aliqua [esse parum et]: in omnibus non est, in aliqua
esse parum est, ut album esse ⟨A⟩ethiopa[m] non satis est quod ha-
bet candidos dentes: non est ergo analogia.

21. cum ab similibus verbis quae declinantur similia fore polli- 39
ceantur qui analogias esse dicunt, et cum simile [lae]tum denique
dicant esse verbo verbum, ex eodem si[t] genere eadem figura transi-
tum de cassu in cassum similiter ostendi possit, qui haec dicunt
utrumque ignorant, et in quo loco similitudo debeat esse, et quem-
admodum spectari soleat, simile sit necne. quae cum ignorant, sequi-
tur ut, cum analogiam dicere non possint, sequi ⟨non⟩ debeamus.
qu⟨a⟩ero enim, verbum utrum dicant vocem quae ex syllabis est ficta, 40
eam quam audimus, an quod ea significat, quam intellegimus, an
utrumque. si vox voci esse debet similis, ni[c]hil refert, quod signi-
ficat mas an femina sit, et utrum nomen an vocabulum sit, quod illi
interesse dicunt. sin illud quod significatur debet esse simile, Diona 41
et Theona quos dicunt esse p⟨a⟩ene ipsi geminos, inveniuntur esse
dissimiles, si alter erit puer, alter senex, aut unus albus et alter
⟨A⟩ethiops, item aliqua re alia dissimile⟨s⟩. sin ex [ex] utraque parte
debet verbum esse simile, non cito invenietur qui⟨n⟩ in altera utra
re claudicet, nec Perpenna et Alf[a]en⟨a⟩ erit simile, quod alterum
nomen virum, alterum mulierem significat. quare quoniam ubi simili-
tudo esse debeat nequeunt ostendere, impudentes sunt qui dicunt esse
analogias.

22. alterum illud quod dixi, quemadmodum simile [ex]⟨s⟩pectari 42

---

4 *sqq. Cf. Sext. Emp. adv. mathem. I § 221 sqq. (§ 224: ἀλλὰ πάντα μὲν οὐκ ἐπεληλύθασαν· ἄπειρα γάρ ἐστι . . . εἰ δέ τινα, πόθεν ὅτι πᾶν ὄνομα τοιοῦτόν ἐστιν; οὐ γὰρ ὅτι τισὶ συμβέβηκεν ὀνόμασι τοῦτο καὶ πᾶσιν)* ‖ 19 *sqq. Cf. § 41. IX 42; cf. Δίων Θέων in exemplis coniunctos ut apud alios ita apud Apoll. de constr. IV p. 316, 16 sq. Bk. (praeter eos locos innumeros ubi alterum nomen exstat)* ‖ 22 *Haec Chrysippum redolent: cf. Wilmanns p. 7 et Uhlig Dion. Thr. p. LXXXVI* | *Cf. IX 42; Iuv. II 23* (derideat Aethiopem albus)*; Apoll. de constr. I p. 31, 10. 17 Uhl.* ([*Τρύφων*] *μέλας ἢ λευκός*) ‖ 24 *sq. Cf. § 81. IX 41. X 27; Quint. I 4, 24* (quae femina positione mares . . . significant, qualia sunt Murena). *5, 54*

---

4 aut *suprascr. super & et & lineola del* ‖ 5 at in o· *Canal, ubi etiam* et *seclusimus* ‖ 6 *del Mue (p. 304)* ‖ 7 *sq.* analogia cũ ‖ 9 simili lȩtũ ‖ 10 *sq.* dicantes se: *corr Sp.* | *del Sp.* | transitũ· De cassu Incassũ ‖ 14 *an:* ⟨de⟩ analogia[m] dicere *(cf. 136, 8) vel* analogiam efficere*?* | *suppl Vertr* ‖ 18 illȩ: *corr Laet* ‖ 20 & theona· (*non* et atheona) ‖ 22 ex ‖ ex ‖ 23 q: *corr ed Ven* ‖ 24 *add Laet* ‖ 26 imprudentes *v (cf. IX 43)* ‖ 28 *del Vict*

oporteret, ignorare apparet ex eorum praecepto, quod dicunt, cum transierit e nominandi casibus in eos quos appellant vocandi, tum denique posse dici rectos esse similis aut dissimilis: esset enim ut si quis, Menaechmos geminos cum videat, dicat non posse iudicare similesne sint, nisi qui ex his sint nati considerarit num discrepent inter se.
43 ni[c]hil, inquam, quo magis minusve sit simile quod conferas cum altero, ad iudicandum extrinsecus oportet sumi. quare cum ignor[ar]ent, quemadmodum similitudo debeat sumi, de analogia dicere non possunt. haec apertius dixissem, nisi brevius eo nunc mallem, quod infra *(X 3 sqq. 10 sqq.)* sunt planius usurpanda. quare quod ad universam naturam verborum attinet, haec attigisse modo satis est.

44 23. quod ad partis singulas orationis, deinceps dicam. quoius quoniam sunt divisiones plures, nunc ponam potissimum eam qua dividitur oratio secundum naturam in quattuor partis: in eam quae habet casus et quae habet ⟨tempora et quae habet⟩ neutrum et in qua est utrumque. has vocant quidam appellandi, dicendi, adminiculandi, iungendi. appellandi dicitur ut homo et Nestor, dicendi ut scribo
45 et lego, iungendi ut que, adminiculandi ut docte et commode. appellandi partes sunt quattuor, e quis dicta a quibusdam provocabula qu⟨a⟩e sunt ut quis, qu⟨a⟩e; ⟨vocabula⟩ ut scutum, [ut] gladium; nomina ut Romulus, Remus; pronomina ut hic, h⟨a⟩ec. duo media dicuntur nominatus; prima et extrema articuli. primum genus est infinitum, secundum ut infinitum, tertium ut effinitum, quartum finitum.
46 haec singulatim triplicia esse debent quod sexum, multitudinem, casum: sexum, utrum virile an muliebre an neutrum sit, ut doctus docta doctum; multitudinem, unum an plura significet, ut hic, hi, h⟨a⟩ec;

1 *Cf. IX 43* ‖ 15 *Cf. VI 36. X 17. IX 31. frg. 96 W.* ‖ 16 *sq. Cf. Quint. I 4, 18 sqq.; GL. II 551, 18 (ex Ammonio ad Arist. de interpr. p. 11, 1 sqq. B.:* quibusdam philosophis placuit nomen et verbum solas esse partis orationis, cetera vero adminicula vel iuncturas earum *e. q. s.); IV 428, 7; V 10, 6* ‖ 17 *sq. Cf. Quint. I 5, 2* (una pars orationis 'lego scribo'); *Apoll. de constr. II p. 42, 2 Uhl.* (ὡς ἄνϑρωπος Πλάτων) ‖ 20 *Cf. Diog. Laert. VII 57 sq.; Apoll. de pron. 48 (v. Schoemann 'Redeth.' 79; Wilmanns 11)* ‖ 22 *Cf. frg. 99 W.*

1 ig(n)orare (n s. scr.) | *verba* praecepto . . . considerarit· Nunc *(cf. v. 5) tribus v. paulo arctioribus ineunte pag. scripta sunt, unde etiam in hac sunt v. 41* ‖ 4 Me hech mos ‖ 5 q *ante* nisi q *lineola del* | considerarit· Nunc discrepat: *corr Aug* ‖ 6 simile· Qđ | cũ *s. scr.* ‖ 7 iudicandũ· | sumi· *(cf. 142, 20)* | *del Rhol; an:* ignora[re]nt*? cf. 135, 13* ‖ 13 ·Jã·: *corr Lachm* ‖ 14 secđa· Ut naturam: *corr Lachm* | Iniã· ‖ 16 qdẽ: *corr Laet* ‖ 17 *ante* Iungendi (I *ex* i) *lineolis del* dicend(i) | iungendi adminiculandi *trai Mue* ‖ 18 ·utq;·: ut ⟨et et⟩ que *Mue; an:* ut que ⟨et ve⟩*?* ‖ 20 qsq;·: *corr Aug* | *suppl Laet* | *secl Bent; an:* et*?* ‖ 21 hec, h *ex* e *incohata ut vid* (*certe non ex* n) ‖ 22 nomina tus ‖ 23 tertium ut finitum *Aug* ‖ 24 qđ: quo⟨a⟩d *v,* quod ⟨ad⟩ *Sp.* ‖ 26 haec, ⟨hae⟩ *Mue*

casum, utrum recto sit, ut Marcus, an obliquo, ut Marco, an com⟨m⟩uni, ut Iovis.

47 24. his di⟨s⟩cretis partibus singulas perspice, quo facilius nusquam esse analogias quas sequi debeamus videas. nempe esse oportebat vocis formas ternas, ut in hoc humanus humana humanum, sed habent quaedam binas, ut cervus cerva, qu⟨a⟩edam singulas, ut aper, et sic multa. non ergo est in huiuscemodi generibus analogia.

48 25. et in multitudine ut unum significat pater, plures patres, sic omnia debuerunt esse bina. sed et singularia solum sunt multa, ut cicer, siser (nemo enim dicit cicera, sisera) et multitudinis sunt, ut salinae (non enim ab his singulari specie dicitur salina) et balnea⟨e⟩. neque ab eo quod dicunt balneum habet multitudinis consuetudo: nam quod est ut praedium balneum, debuerunt esse plura, ut praedia balnea, quod non est: non est ergo in his quoque analogia.

49 26. alia casus [alia casus] habent et rectos et obliquos, alia rectos solum, alia modo obliquos habent: utrosque ut Iuno, Iunonis, rectos modo ut Iupiter, Maspiter, obliquos solum ut Iovis, Iovem: non ergo in his est analogia.

50 27. nunc videamus in illa quadripertita. primum si esset analogia, ut in infeineiteis articulis, ut est quis quem quoius, sic diceretur quae quam ⟨qua⟩ius; et ut est quis quoi, sic diceretur qua quae: nam est proportione simile: ut deae bonae quae, sic dea bona qua[e] est, et ut est quem quis, sic quos ques. quare quod nunc dicitur qui homines, dici oportuit ques.

51 28. pr⟨a⟩eterea ut est ab [h]is ⟨ei⟩, sic ab ea eae diceretur, quod

---

6 *Cf. GL. II 233, 12* (aper apri cuius femininum veteres protulerunt apra, ut Plinius) ‖ 9 *sq. Cf. IX 63; X 54; GL. I 34, 26* (semper singularia . . . hoc cicer) = *328, 20. 550, 29 et 32, 14* (siser ἀγριοσέλινον); *Mart. Cap. III 298* (cicer . . . in numero singulari); *TG. s. v.* ‖ 11 *Cf. GL. I 33, 23* (salinae ἁλικαί). *549, 31* (hae salinae ἁλοθήκια) ‖ 11 *sq. Cf. IX 68; GL. I 99, 3* (balneum veteres dixerunt . . . in privatis. in publicis autem feminini generis et quidem numero semper plurali *e. q. s.*). *327, 7; IV 375, 31. 431, 29. 195, 26; V 162, 23. 345, 12. 426, 23. 572, 16; VII 108, 7. 265, 15; Non. 194, 7; TG. s.* balneum ‖ 17 *Cf. ad VIII 33 ibique adnotata* ‖ 20 *Cf. 136, 23* ‖ 24 *Cf. GL. I 91, 16. 133, 2. 158, 21. 558, 14; III 9, 13; IV 502, 13. 546, 36; Fest. 261ª, 23; Serv. in Aen. I 95*

---

2 ovis *Sp., recte ut vid (cf. § 49)* ‖ 3 decretis: *corr Aug* | singula^s (^s *pallidiore, ut alia, sed ead. m.*) ‖ 6 hab̆ (n s. scr.) quędã ‖ 8 duo *lineolis del et* plures *s. scr.* ‖ 9 debuerint ‖ 10 s̃· ‖ 11 *distinximus* ‖ 14 qq̄ *s. scr.* ‖ 15 ália casus· alia casus ‖ 16 habent· Utrosq; (·habent utrosque *v*) ‖ 19 in *secl Sciop* | quadriptita primũ ‖ 20 infej nej· tejs: *corr Sp.* | ·quẽ: *secl Sp.* | ·cuius· ‖ 21 *sqq.* quae quãuis (*nequaquam ex* quaius): *corr Aug* (quam *secl Sp.*) | est a quis· cui: *corr Aug* | qua quęnã ẽ· ꝓportione | sit: *corr Sp.* | quę ẽ·: *corr Sciop* | quẽ qs· *ex* quiuis· (ẽ *ex* i *et* q *ex* u, *del alt.* i) ‖ 24 homines *ex* hominis ‖ 25 ẽ ab his·: *del et* ei *add Laet*

nunc dicitur ei; pronuntiaretur ut in iis viris, sic es mulieribus, et ut est in rectis casibus ⟨is⟩ ea [id], in obliquis esset eius eaius; nunc non modo in virili sicut in muliebri dicitur eius, sed etiam in neutris articulis, ut eius viri, eius mulieris, eius pabuli, cum discriminentur in rectis casibus is ea id. de hoc genere parcius tetigi, quod librarios haec sp⟨in⟩onsiora indiligentius elaturos putavi.

52 29. de nominatibus qui accedunt proxime ad ⟨in⟩finitam naturam articulorum atque appellantur vocabula, ut homo equus, eorum declinationum genera sunt quattuor: unum nominandi, ut ab equo equile, alterum casuale, ut ab equo equum, tertium augendi, ut ab albo
53 albius, quartum minuendi, ut cista cistula. primum genus, ut dixi, id est, cum ⟨ab⟩ aliqua parte orationis declinata sunt recto casu vocabula[m], ut a balneis balneator. hoc fere triplices habet radices, quod et a vocabulo oritur, ut a venatore uenabulum, et a nomine, ut a Tibure Tiburs, et a verbo, ut a currendo cursor. in nullo horum analogiam servari videbis.

54 30. primum cum dicatur ut ab ove et sue ovile et suile, sic a bove bovile non dicitur; et cum simile sit avis et ovis, neque dicitur ut ab ave aviarium ⟨ab ove oviarium, neque ut⟩ ab ove ovile ab ave avile, et cum debuerit esse ut a cubatione cubiculum sic a sessione
55 sediculum, non est. quoniam taberna, ubi venit vinum, a vino vinaria, a creta cretaria, ab unguento unguentaria dicitur, *ἀνὰ λόγ[ι]ον* si essent vocabula, ubi caro venit, carnaria, ubi pelles, pelliaria, ubi calcei, calcearia diceretur, non laniena ac pellesuina et sutrina. et sicut est ab uno uni, ab tribus trini, a quattuor quadrini, sic a duobus

---

8 *Cf. Apoll. de constr. I p. 40, 10 et II p. 106, 3 Uhl.* (ἐπὶ τοῦ ἵππος ἢ ἄνθρωπος) ‖ 10 *Cf. Aristot. rhet. III 2 s. f.; Dion. Thr. 27 sq. U.; GL. I 324 sq., al.* ‖ 15 *Cf. IX 34; GL. II 118, 24* (Tiburtum Tiburs). *134, 1* (Tiburtis pro Tiburs teste Capro)*; Serv. in Aen IX 358* (Tiburti . . . aut . . . dativus ab appellativo veniens hic Tiburs aut . . . filio Tiburti ab eo quod est hic Tiburtus) *et VII 670* ‖ 18 *GL. I 104, 28:* bovile vetat dici Varro ad Ciceronem VIII et ipse semper bubile [*sic Mue coll. r. r. I 13, 1* buuile *cod.*] dicit; sed Cato de abrogandis legibus bovile [*sic vulg.* buuile *cod.; de* sed ⟨et⟩ *cogitat Keil*] dixit ‖ 19 *Cf. Serv. in Georg. II 430 = Isid. XVII 6, 9 (cf. XIV 8, 32); TG. s.* aviarium ‖ 20 *sq. Cf. Fest. Pauli 336, 6* (sediculum sedile) ‖ 25 *Cf. GL. II 126, 23. III 112, 18* (binae pro biunae)

---

1 ⟨et⟩ pronuntiaretur *C. F. W. Mue* | In his uiris | e⟨ai⟩s *A. Sp. duce Aug* | mulierib;· ‖ 2 ea⸍ id⸍ In (*⸍⸍ ex · ·, nequaquam traiciendi signa sunt*) | *add et del Mue* | eaIus *(ut saepe)* ‖ 6 *add Vict* (spinosiora) | indulgentius: *corr Sciop* ‖ 7 nominatiuis: *corr Sp.* | quę | *add Aug (cf. § 45. 80)* ‖ 12 *sq. add Sp.* | uocabulũ· ut: *corr Ald* ‖ 14 *sq.* atibura: *corr Laet* | tibur· Sed | uerbo et ‖ 16 seruare ‖ 17 ab oue *ex* a boue | ouiḷle et suiḷle ‖ 19 *suppl Mue* ‖ 20 auile *ex* auele (e *lineola del,* i *s. scr.*) | sit· a ‖ 21 ñ ẽ· | uen& ‖ 22 analogjon (analogon *Sp.*) ‖ 23 ẽẽnt *ex* e͡& *inter scribendum*

duini, non bini diceretur; nec non ut quadrigae trigae, sic potius
duigae quam bigae. permulta sunt huiusce generis, quae quoniam admonitus perspicere potest, omitto.

31. vocabula quae ab nominibus oriuntur, si ab similibus nomini- 56
bus similia esse debent, dicemus, quoniam gemina sunt Parma Alba
Roma, †Parmenses; aut quoniam est similis Roma Nola Parma, dicemus ut Romani Nolani sic Parmani; et a Pergamo, ab Ilio similiter
Pergamenus Ilienus; aut ut Ilius [unus] et Ilia mas et femina, sic
Pergamus et Pergama vir et mulier; et quoniam similia nomina sunt
Asia Libya, dicemus Asiaticos et Libyaticos homines.

32. quae vocabula dicuntur a verbis, fiunt ut a scribendo scriptor, 57
a legendo lector, haec quoque non servare similitudinem licet videre
ex his: cum similiter dicatur ut ab amando amator, ab salutando
salutator, a cantando cantator, et cum dicatur lassus sum metendo
ferendo, ex his vocabula non reddunt proportionem, quo⟨niam⟩ non
fit ut messor fertor. multa sunt item in hac specie in quibus potius
consuetudinem sequimur quam rationem verborum. pr⟨a⟩eterea cum 58
sint ab eadem origine verborum vocabula dissimilia superiorum, quod
simul habent casus et tempora, quo vocantur participia, et multa sint
contraria ut amor amo, seco secor, ab amo et eiusmodi omnibus verbis oriuntur praesens et futurum et amans [u]et amaturus, ab eis
verbis tertium quod debet fingi praeteriti, in lingua latina reperiri
non potest: non ergo est analogia. sic ab amor legor et eiusmodi
verbis vocabulum eius generis praeteriti te⟨m⟩poris fit, ut amat[ur]us
eram, sum, ero, neque praesentis et futuri ab his fit. non est ergo 59

---

1 *sq. Cf. IX 63 sq. X 24. 66 sq.; Caesar et Fronto apud Gell. XIX 8, 4. 8. 15. 17; GL. I 33, 7. 327, 34. 549, 2; II 126, 23; V 167, 21. 177, 24. 428, 9; VII 104, 16. 265, 21; Serv. in Aen. II 272. V 721. XII 164. in Georg. I 192; Anecd. Helv. 113, 10. 241, 17; Isid. XVIII 36, 1; TG. s. v.* biga ‖ 7 *Cf. § 83. X 16* ‖ 11 *sqq. Cf. Quint. I 4, 28* (quaedam verba appellationibus similia, ut fraudator nutritor)*; GL. I 155, 22* (quae ab his ῥηματικὰ dicuntur, nos non absurde verbalia dixerimus, ut a verbo lego lectio *e. q. s.*)*. 334, 10. 535, 29; II 434, 1* (artium vero nomina . . . post verba naturaliter sunt accipienda . . . scribo post scriptor . . . omnia quoque quae ex . . . ipso actu agentibus imponuntur . . . ut amo amator . . . lego lector)*; IV 374, 12* (alia facta de verbo, ut doctor lector)*. 539, 14; V 340, 16; VII 396, 5, al.* ‖ 14 *Cf. GL. III 467, 5* (cantus . . . et . . . cantator et cantatrix)*; IV 181, 26; V 149, 18; VII 268, 16; TG. s. v.*

---

2 duigę, g *ex* d *c. ras.* ‖ 5 [Alba] *Sciop, recte* (*cf. VIII 35 et nota* gemina) ‖ 6 ⟨Romenses et Albenses ut⟩ Parmenses *vir doctus ap. Aug, recte, modo* et Albenses *omittas* ‖ 7 ut a *Mue* ‖ 8 un; ‖ 10 ·libia· | libiaticos ‖ 11 *aut* dicuntur *aut* fiunt *secl Sp., etiam de* dicuntur ⟨et⟩ *cogitans* (*immo* ⟨et⟩ fiunt)*; v. test.* ‖ 12 *sq.* uidere· Ex his cũ ‖ 15 *add Sp.* ‖ 21 futurum ut *Bent* | & a mansueta (*sic cum lineolis*) maturu$^s$· ‖ 23 *sq.* sic amabor: *corr Aug* | ej modi ũbi ẽ (*nequaquam del* omnibus): *corr Aug* | ej generis· p̄teriti teporis fit· | *del Laet*

analogia, praesertim cum tantus numerus vocabulorum in eo genere inter[or]ierit quod dicimus. in his verbis quae contraria non habent, loquor et venor, tamen dicimus loquens et venans, locuturus ⟨et venaturus⟩, quod secundum analogias non est, quoniam dicimus loquor et venor, ⟨non loquo et veno⟩, un[t]de illa erant superiora; e⟨o⟩ minus servantur, quod [cum] ex his quae contraria verba non habent[ur] alia efficiunt terna, ut ea quae dixi, alia bina, ut ea quae dicam: currens ambulans, cursurus ambulaturus: tertia enim praeteriti non
60 sunt, ut cursus sum, ambulatus sum. ne in his quidem, quae s⟨a⟩epius quid fieri ostendunt, servatur analogia: nam ut est a cantando cantitans, ab amando amitans non est et sic multa. ut in his singularibus, sic in multitudinis: sicut enim cantitantes †sed ettitantes non dicuntur.

61 33. quoniam est vocabulorum genus quod appellant composititicium et negant conferri id oportere cum simplicibus de quibus adhuc dixi, de compositis separatim dicam. cum ab tibiis et canendo tibicines dicantur, qu⟨a⟩erunt, si analogias sequi oporteat, cur non a cithara et psalterio et pandura dicamus citharicen et sic alia; si ab aede et tuendo ⟨aeditumus dicatur, cur non ab atrio et tuendo⟩ potius atritumus sit quam atriensis; si ab avibus capiendis auceps dicatur, debuisse aiunt a piscibus capiendis ut aucupem sic pisci⟨cu⟩pem dici.
62 ubi lavetur aes ⟨a⟩erarias, non aerelavinas nominari; et ubi fodiatur argentum argentifodinas dici, neque ⟨ubi⟩ fodiatur ferrum ferrifodinas; qui lapides c⟨a⟩edunt lapicidas, qui ligna, lignicidas non dici; neque ut aurificem sic argentificem; non doctum dici indoctum, non salsum insulsum. sic ab hoc quoque fonte quae profluant, animadvertere est facile.

63 34. relinquitur de casibus, in quo Aristarchei suos contendunt nervos.

---

10 *sqq. Cf. Virgil. gramm. 57, 1* (ut clamo . . . clamito . . . sic . . . amo amito) ‖ 16 *Cf. GL. I 117, 4* (Aristarchus . . . addidit, ne umquam simplicia compositis aptemus)*: cf. Lersch II 62 (et post eum Reitzenstein 49 adn. 6)* ‖ 16 *sq. Cf. VI 75 ibique adnotata* ‖ 19 *Cf. VII 12 ibique adnotata* ‖ 21 *Cf. Mart. Cap. III 325* (cur venor piscor aucupor similia sint, cur venator et piscator dicitur et aucupator non dicitur, sed auceps?)*; Isid. X 13; TG. s. v.* ‖ 24 *Cf. V 7*

---

2 int̃ orierit·: *corr Laet* | ꝗd dicim; In ‖ 3 *sq. suppl Laet* ‖ 5 uenerunt de: *corr Laet, suppl Sp.* | erant· superiora | emin;: *corr Sp.* ‖ 6 cum *secl Mue* | habent (2) ‖ 12 Sic̄ enĩ | seditantes *v; an:* sectitantes (*vel* spectitantes)*?* ‖ 17 cythara ‖ 18 cytharicen′ ‖ 19 *sq. suppl Laet, nisi quod* dicatur (*pro* est) *A. Sp. et* non *Mue duce Ald* | atritumus *ex* atrutumus (*lineola infra alteram* u *litt. partem, nequaquam* adrut.) ‖ 21 a *ex* p (*incohato* pisc., *non ex* ex) | piscipem *tutatur Canal* (*debuit* piscupem) ‖ 22 ęserarias· ‖ 23 neq; fodiat (2) (*suppl Laet*)

35. primum si in his esse[n]t analogia, dicunt debuisse omnis
nominat[i]u[o]s et articulos habere totidem casus: nunc alios habere
unum solum, ut litteras singulas omnes, alios tris, ut praedium praedii
praedio, alios quattuor, ut mel mellis melli melle, alios quinque, ut
quintus quinti quinto quintum quinte, alios sex, ut unus unius uni
unum une uno: non esse ergo in casibus analogias.

36. secundo quod Crates, cur quae singulos habent casus, ut 64
litterae graecae, non dicantur alpha alphati alphatos, si idem mihi
respondebitur quod Crateti, non esse vocabula nostra, sed penitus bar-
bara, qu⟨a⟩eram, cur idem nostra nomina et Persarum et ceterorum
quos vocant barbaros cum casibus dica⟨n⟩t. quare si essent in ana- 65
logia, aut, ut Poenicum et ⟨A⟩egyptiorum vocabula singulis casibus
dicerent, aut pluribus, ut Gallorum ac ceterorum: nam dicunt alacco
alaucus et sic alia. sin quod scribunt dicent, quod Poenicum si⟨n⟩t
singulis casibus, ideo eas litteras graecas †nominari: sic Graeci nostra
senis casibus non quinis dicere debebant; quod cum non faciunt, non
est analogia.

37. quae si esse[n]t, negant ullum casum duobus modis debuisse 66
dici; quod fit contra. nam sine reprehensione vulgo alii dicunt in
singulari hac ovi et avi, alii hac ove et ave; in multitudinis hae
puppis restis et hae puppes restes; item quod in patrico[s] casu hoc

---

3 *Cf. Anecd. II 861 Bk. (Reitzenstein p. 46 adn. 1)* ‖ 5 *Cf. GL. I 150, 22. 308, 7. 559, 21; IV 121, 9. 214, 7. 377, 23. 433, 26. 544, 15; V 44, 26. 171, 34. 184, 12. 351, 20; Anecd. Helv. 90, 13. 27. 244, 8; Mart. Cap. III 304; Isid. I 7, 33* ‖ 8 *Cf. GL. III 443, 21* (litterarum . . . nomina indeclinabilia sunt tam apud Graecos quam apud Latinos et neutra). *490, 25; IV 48, 37* (nomen unius cuiusque litterae omnes artis latores, praecipue Varro, neutro genere appellari iudicaverunt et aptote declinari iusserunt)*; V 501, 24. 537, 39; Anecd. Helv. 89, 15. 20 (cf. Wilmanns 125)* ‖ 9 *sq. Cf. Democr. in Anecd. Gr. 781 Bk. (Reitzenstein 45, 4. 89); Choerobosc. I 340, 12 Hilg.* (*ἕτεροι δὲ λέγουσιν ὅτι διὰ τοῦτο τὰ ὀνόματα τῶν στοιχείων οὐ κλίνονται, ἐπειδὴ τὰ στοιχεῖα βαρβάρων εἰσὶν εὑρήματα e. q. s.*) ‖ 16 *Cf. Quint. I 5, 58 sq.* (inde illa quaestio exoritur, an eadem ratione per casus duci externa qua nostra conveniat. ac si reperias grammaticum veterum amatorem, neget quidquam ex Latina ratione mutandum, quia, cum sit apud nos casus ablativus quem illi non habent, parum conveniat uno casu nostro, quinque Graecis uti) ‖ 20 *Cf. GL. I 122, 22 et 29. 120, 24. 126, 7; II 344, 3; V 539, 44; Serv. in Aen. II 610* ‖ 21 *Cf. Serv. in Aen. I 108* | *Cf. Dionys. Thr. 31, 7 U.*

---

1 dicant | de risse: *corr Ald* | oms̃ (*bis*) ‖ 2 *del Sp.* ‖ 6 '''uno ''une ‖ 7 grates ‖ 9 grateti | ee^{nt} uocabula ‖ 11 dicat/: *corr Laet* ‖ 12 egiptio2̷ ‖ 14 ala^{u}cus· | alia^s· In (as *per compendium, ut saepe*): *corr Popma* | scribent | *add Rhol* ‖ 15 casib;· | graecas non in⟨clin⟩ari (*del* eas) *Reitzenstein, qui debuit* (*serv.* eas) ⟨a⟩ Graecis (*vel* graece *vel* Graecos) non inclinare | nominari· sic ‖ 16 qni^s ñ: *trai Laet; an:* quinis nostri ⟨Graeca⟩? (*ad* nr̄i: non *cf. ad 142, 18 sq.*)*: v. test.* ‖ 18 *del Laet* ‖ 21 patrico^s: *s del Laet*

genus dispariliter dicuntur civitatum parentum et civitatium paren-
tium, in accusandi hos montes fontes et hos montis fontis.
67 38. item cum, si sit analogia, debeant ab similibus verbis simi-
liter declinatis similia fieri et id non fieri ostendi possit, despicien-
dam eam esse rationem. atqui ostenditur: nam qui potest similius
esse quam gens, mens, dens? cum horum casus patricus et accusa-
tivus in multitudine sint disparilis: nam a primo fit gentium et gen-
tis, utrubique ut sit ⟨I⟩, ab secundo mentium et mentes, ut in priore
68 solo sit I, ab tertio dentum et dentes, ut in neutro sit. sic item
quoniam simile est recto casu surus lupus lepus, rogant, quor non
dicatur proportione[m] item suro lupo lepo. sin respondeatur similia
non esse, quod ea vocemus dissimiliter sure lupe lepus (sic enim re-
spondere voluit Aristarc⟨h⟩us Crateti: nam cum scripsisset similia
esse Philomedes Heraclides Melicertes, dixit non esse similia: in vo-
cando enim cum ⟨E⟩ brevi dici Philomede⟨s⟩, cum E longo Heraclide,
cum ⟨A⟩ brevi Melicerta), in hoc dicunt Aristarc⟨h⟩um non intellexisse
69 quod qu⟨a⟩eretur se non solvere[t]. sic enim, ut quicque in obliquis
casibus discrepavit, dicere potuit propter eam rem rectos casus non
esse similis; quom qu⟨a⟩eratur duo inter se similia sint necne, non
70 debere extrinsecus adsum⟨i⟩ cur similia sunt. item si esset analogia,
similiter ut dicunt aves oves sues, dicerent item ut avium ovium suium.
si analogia est, inquit, cur populus dicit dêi penates, dêi consentes,
cum sit ut hic reus fer⟨re⟩us deus, sic hei re⟨e⟩i fer⟨re⟩ei de⟨e⟩i?

1 *Cf. GL. I 138, 9; II 355, 1; IV 96, 8. 496, 16 et I 125, 16.* ‖ 2 *Cf. Dion. Thr. 32, 1 cum adn. Uhligii* ‖ 8 *Cf. Serv. in Aen. I 430; GL. IV 125, 7* ‖ 10 *Cf. Gell. II 25, 6 (v. s. f. libri VIII); Quint. I 6, 12* (cum deprehensum est lepus et lupus similia positione quantum casibus numerisque dissentiant *e. q. s.*); *GL. I 135, 10; II 79, 17; IV 26, 36 (= VI 477, 27) sqq.* ‖ 13 *Cf. IX 91* ‖ 18 *Cf. § 39* ‖ 22 *Cf. Quintil. I 7, 15 sq.* (diutius duravit, ut e et i iungendis eadem ratione qua Graeci ει uterentur . . . quod quidem cum supervacuum est, quia i tam longae quam brevis naturam habet, tum incommodum aliquando: nam in iis quae proximam ab ultima litteram e habebunt et i longa terminabuntur, illam rationem sequentes utemur e gemina *e. q. s.*); *Mart. Cap. III 325* (cum nominativo singulari reus et deus similia sint, quare plurali hi rei dicuntur, et usus dicit hi di contra regulam, cum dei tantum dici deberet); *GL. II 298, 2; IV 103, 36. 213, 6. 521, 30; VI 15, 17*

5 q̃ (*sic c. accentu*) ‖ 6 mens· gens· dens·: *trai Sp. duce Laet* ‖ 8 secđo, o *ex* u (*non* a) *inter scribendum* | m̃tis: *corr Laet* ‖ 10 Surus·: s⟨ci⟩urus *Aug* (*item mox* s⟨ci⟩uro . . . s⟨ci⟩ure) | lupus· Lepus· | quor [cur] (*suprascr m. 2 ut vid*) ‖ 11 *sq.* proportionẽ: *corr Ald* | Suro· lupo· lepo· | Sure· lupe· lepus· ‖ 12 *sqq. dist Mue* | cratetinã· Cũ: *corr Laet* ‖ 14 *sq.* vocandei *Aug* | E *add Laet* | s *add Mue* ‖ 16 *add Sciop* | meljcerte: *corr Sciop duce Scal* ‖ 17 si ñ soluer&·: *corr Groth* ‖ 18 *sq.* notj esse | quõ [con] (con *suprascr m. 2 ut vid*) ‖ 20 adsũ: *corr Laet (cf. 136, 7)* | sint *Sp.* ‖ 22 *accentus addidimus* (di *Canal duce v*): *cf test.* ‖ 23 ·rej· ferej· dej·: *corr Sp. (cf. test.)*

item qu⟨a⟩erunt, si sit analogia, cur appellant omnes aedem deum 71
consentium et non deorum consentium? item quor dicatur mille denarium, non mille denariorum? est enim hoc vocabulum figura ut Vatinius, Manilius, denarius: debet igitur dici ut Vatiniorum Maniliorum denariorum; et non equum puplicum mille assarium esse, sed mille assariorum: ab uno enim assario multi assarii, ab eo assariorum.
item secundum illorum rationem debemus secundis syllabis longis 72
Hectórem Nestórem: est enim ut qu⟨a⟩estor praetor Nestor qu⟨a⟩estorem praetorem Nestórem, qu⟨a⟩estóris praetóris Nestóris; et non debuit dici quibus das, [q]his das: est enim ut hi qui his quis, a⟨u⟩t
sicut quibus hibus. cum dicatur da patri familias, si analogias sequi 73
vellent, non debuerunt dicere [da] hic pater familias, quod est ut Atiniae Catiniae familiae, sic una Atinia Catinia familia. item plures patres familias dicere non debuerunt, sed, ut Sisenna *(Funai. p. 128)* scribit,
patres familiarum. neque oportebat consuetudinem natare alios dicere 74
boum greges, alios boverum, et signa alios Ioum, alios Ioverum, cum esset ut Iovis bovis struis et Iovem bovem struem Iovi bovi strui; nec cum haec convenirent in obliquis casibus, dubitare debuerunt in rectis, [prop]in quibus nunc in consuetudine aliter dicere, pro Iovis Iupiter, pro bus bos, pro stru[u]s strues.
39. deinceps dicam de altero genere vocabulorum, in quo con- 75

1 *sqq. Cf. Cic. or. 155* (a quibusdam sero iam emendatur antiquitas, qui haec reprehendunt; nam pro 'deum atque hominum fidem' deorum aiunt. ita, credo, hoc illi nesciebant, an dabat hanc licentiam consuetudo? *e. q. s.*); *Quintil. I 6, 18* (idem centum milia nummum et fidem deum ostendant duplices quoque soloecismos esse, quando et casum mutant et numerum)*; GL. II 306, 18; IV 103, 31* | *Cf. IX 85* || 7 *sqq. Cf. Quint. I 5, 60* (Castorem media syllaba producta pronuntiarunt, quia hoc omnibus nostris nominibus accidebat, quorum prima positio in easdem quas Castor litteras exit*: quo de loco non prorsus recte disputat Radermacher Mus. Rh. LX 243 sq.*)*; Mart. Cap. III 298* (Castoris et Hectoris genitivos veteres produxerunt, sed nos corripimus, quoniam Graeci horum nominum genitivos corripiunt)*; GL. I 43, 24. 86, 1* (Hector Hectoris, Nestor Nestoris). *131, 28* || 10 *sq. Cf. GL. I 54, 19; III 10, 15* (his, quamvis et hibus pro his antiqui protulerunt. Plautus in Curculione [506]). | *Cf. GL. I 107, 9* (pater familias et mater familias antiqui magis usurpaverunt . . . sed emendatius familiae dicemus. quod ne celebraretur Sisenna effecit. ait enim eum qui diceret pater familiae etiam pluraliter dicere debere patres familiarum *e. q. s.*). *120, 10; IV 211, 27. 543, 17; Serv. in Aen. XI 801* || 15 *Cf. GL. I 54, 25* || 17 *Cf. IX 79; GL. I 123, 18; II 17, 17. 253, 16. 326, 8. 356, 2; IV 20, 6. 121, 37; VII 177, 15; Anecd. Helv. 61, 17. 117, 36; Serv. in Buc. VIII 86* (bos anomalum nomen est *e. q. s.*)

2 quor (cur *s. scr. m. 2 ut vid*) || 3 *sq.* uarinius *et* uariniorum: *corr Laet* || 5 publicũ *ex* puplicũ || 10 qb; das qs das: *corr Mue* | ut ej/ q· his· qs | *add Sp.* (ac *Sciop*) || 11 familiâi (i *pro* s *ut saepius*) || 12 *lineolis del ipse cod* || 13 ⟨S⟩catiniae *et* ⟨S⟩catinia *v* || 15 notare: *corr Canal* || 19 ppinqb;· Nunc: *corr Sp.* || 20 *del Sp.* *(cf. IX 79)* | ·struis·

tentiones fiunt, ut album albius albissumum, in quo †id analogias non servari apparet: nam cum sit simile salsum caldum et dicatur ab his salsius caldius, salsissimum caldissimum, debuit dici, quoniam simile est bonum malum, ab his bonius et malius, bonissimum et malissimum. nonne dicitur bonum melius optimum, ⟨malum peius pessimum⟩?
76 in aliis verbis ni[c]hil ⟨de⟩est, ut dulcis dulcior dulcissimus, in aliis primum, ut peium peius pessimum, in aliis medium, ut caesior caesius c⟨a⟩esi⟨s⟩sumus, in aliis bina sunt quae ⟨de⟩sint ab eadem voce declinata, et ea ita ut alias desint secundum et tertium, ut in hoc mane manius manissime, alias ut duo prima absint, ut ab optimum optius optum, alias ut primum et tertium desit, ut a melius melum melissu-
77 mum. pr⟨a⟩eterea si dicerentur similiter, cum similia essent ⟨m⟩acer sacer tener et macerrimus sacerrimus tenerrimus, non discreparet in his macrior tenerior, neque alia trisyllaba fierent; et si in his dominaretur similitudo, diceremus ut candidissimus candidissima, pauperrumus pauperrima, sic candidus candida, pauper paupera; et ut dicimus doctus docta, doctissimus doctissima, sic diceremus frugalissumus
78 frugalissima, frugus et fruga. et si proportione[m] esse⟨nt⟩ verba, ut uno vocabulo dicimus virum et mulierem sapientem et diligentem et sapientiorem et diligentiorem, sic diceremus item, cum pervenissemus ad summum, quod nunc facimus aliter: nam virum dicimus sap⟨i⟩entissimum et diligentissimum, feminam sapientissimam et diligentissimam. quod ad vocabulorum huius generis exempla pertinet, multa sunt reliqua; sed ea quae dicta, ad iudicandum satis sunt, quor analogias in collatione verborum sequi non debeamus.

---

3 *sqq. Cf. Mart. Cap. III 325* (cum sanctus pius bonus similia sint, cur dicimus . . . sanctior sanctissimus, bonior bonissimus non dicamus?)*; GL. I 113, 18. 116, 27. 157, 2* ‖ 9 *sq. Cf. GL. IV 439, 18* (nemo enim dicit manius, nemo manissime). *512, 30; V 65, 20. 68, 18. 249, 36* ‖ 16 *Cf. GL. II 152, 8* (pauper cuius femininum in a quoque vetustissimi proferebant *e. q. s.*). *343, 24* (hic et haec et hoc pauper)*; IV 16, 11. 82, 39. 197, 31* (pauper mulier, non paupera mulier)*; VII 95, 2; Serv. in Aen. III 539. XII 519; TG. s. v.* (pauper aut vir aut mulier) ‖ 17 *sq. Cf. Quint. I 6, 17* (frugalis quoque sit apud illos, non frugi; nam quo alio modo fiet frugalitas?)

---

1 *sq.* albus albius: *corr Rhol* | albissimũ · *ex* albussumũ · *lineola subducta* | it⟨em⟩ *Mue* | ñ seruari *ex* seruuri *inter scribendum* ‖ 3 *sq. dist Mue* ‖ 5 Nõnne | optimũ · ‖ 6 ẽ ·: *corr Ald* ‖ 8 cesifum;· in | *add Mue* ‖ 11 *sq.* a melũmelius melissumũ ·: *trai Sp.* ‖ 12 *add Laet* ‖ 13 discepar& (*sic*) *et in marg* ″ scre (″ *et* ″ scre *m. 2 ut vid*) ‖ 14 macrior tenerrim;· | perissosyllaba *Popma coll. GL. I 115, 17 sqq.* ‖ 15 *sq.* pauprum; | paupera *ex* pauperi *inter scribendum* ‖ 17 doctissim; doctissimus (*sed del alt. in fine v.*) ‖ 17 *sq.* ″ frugalissima ″ frugalissim; | proportionẽ (*corr Laet*) ẽẽ | &: *corr Ald* ‖ 21 facim; (f *ex* d *inter scribendum*) ‖ 24 *sq.* quod *ex* quoꝝ : *corr Sp.* | analogîas (*sic c. accentu*)

40. magnitudinis vocabula cum possint esse terna, ut cista cistula 79
cistella, †in mediis non sunt, ut in his macer macricolus macellus,
niger nigricolus nigellus. item minima in quibusdam non sunt, ut
avis avicula aucella, caput capitulum capitellum. in hoc genere voca-
bulorum quoniam multa desunt, dicendum est non esse in eo potius
sequendam quam consuetudinem rationem.

quod ad vocabulorum genera quattuor pertinet, ut in hoc potius
consuetudinem quam analogias dominari facile animadverti possit, dic-
tum est.

41. sequitur de nominibus, quae differunt a vocabulis ideo quod 80
sunt finita ac significant res proprias, ut Paris ⟨H⟩elena, cum voca-
bula sint infinita ac res com⟨m⟩unis designent[ur], ut vir mulier; e
quibus sunt alia nomina ab nominibus, ut Ilium ab Il[l]o et Ilia ab
Ilio, alia a vocabulo, ut ab albo Albius, ab atro Atrius. in neutris
servata est analogia: nam et cum sit a Romulo Roma, proportione
non est quod debuit esse * * * Perpenni filia, non Perpennae. Per- 81
penna mulieris nomen esse debuit et nata esse a Perpenno, quod est
ut Arbernus Percelnus Perpennus, Arberna Percelna Perpenna. quod
si Marcus Perpenna virile est nomen et analogia sequenda, Lucius
⟨A⟩elia et Quintus Mucia virilia nomina esse debebunt; item quae
dicunt ab Rhodo, Andro, Cyzico Rhodius, ⟨Andrius⟩, Cyzicenus, si- 82
militer Cyzicius dici et civis unusquisque (non ut Athen⟨a⟩eus dici-
tur rhetor nomine, etsi non sit Atheniensis). in hoc ipso analogia
non est, quod alii nomina habent ab oppidis, alii aut non habent aut
non ut debent habent. habent plerique libertini a municipio manu- 83
missi, in quo, ut societatum et fanorum servi, non servarunt pro-
portione[m] rationem, et Romanorum liberti debuerunt dici ut a Fa-
ventia Faventinus, ab Reate Reatinus sic a Roma Romanus, ut

---

1 *Cf. GL. I 94, 2* (item deminutionis inaequalitas dura est, ut iuvenis iuvenculus *e. q. s.*); *II 102, 5; IV 373, 15* (deminutivorum tres sunt gradus *e. q. s.*); *V 340, 24* ‖ 2 *Cf. Non. 136, 27* (macellum dictum pro macilento) ‖ 4 *Cf. GL. IV 536, 35* (caput capitulum) ‖ 11 *Cf. Non. 354, 12* (nomen est proprium vocabulum singulorum); *Scaurus in GL. I 320, 14. 533, 11; II 55, 6; IV 373, 5; V 34, 29. 243, 10. 31* ‖ 13 *Cf. Serv. in Aen. I 267* (Ilum dictum a rege Ilo, unde et Ilium); *TG. s.* Ilius | *Cf. X 44* ‖ 15 *Cf. V 144 s. f. (aliter V 33) et IX 50* ‖ 16 *Cf. ad § 41 (Quintil. I 4, 24. 5, 54); IX 41. X 27* ‖ 21 *Cf. Don. in Andr. praef. I 1 et ad I 1, 46* (ex Andro Andria) ‖ 28 *sq. Cf. Liv. IV 61, 8—10*

---

2 Inmediis | in ⟨aliis⟩ media non *quidam apud Aug itemque sed* ⟨quibusdam⟩ *Sp.; vix:* in mediis ⟨nonnulla⟩ non *(cf. v. 3)* ‖ 13 *sq.* illũ ab illo· & illa ab illo· ‖ 16 *lac sign Steph coll. IX 50; praeter* Romula *supplendum erit nomen eius quae* ⟨debuit esse⟩ Perpenni filia, non Perpennae ‖ 21 *suppl Ald* ‖ 22 dici ⟨debebat⟩ et ⟨sic⟩ civis *Mue* | nam ut: *corr Canal* ‖ 26 *sq.* fanoꝝ· serui ñ | proportionẽ: *corr Sp.*

nominantur libertinis orti publicis servis Romani, qui manumissi ante
quam sub magistratus nomina, qui eos liberarunt, succedere c⟨o⟩epe-
84 runt. hinc quoque illa nomina Lesas, Ufenas, Carrinas, M⟨a⟩ecenas,
quae cum essent ab loco ut Urbinas, et tamen U[e]rbin⟨i⟩us, ab his
debuerunt dici ad nostrorum nominum * * * * *

*Gellius N. A. II 25, 5 sqq.:* (M. Varronis liber ad Ciceronem de lingua Latina octavus nullam esse observationem similium docet inque omnibus paene verbis consuetudinem dominari ostendit: sicuti cum dicimus, inquit, lupus lupi, probus probi et lepus leporis *[v. s. § 68]*), item paro paravi et lavo lavi, pungo pupugi, tundo tutudi et pingo pinxi. cumque (inquit) a ceno et prandeo et poto et cenatus sum et pransus sum et potus sum dicamus, a destringor tamen et extergeor et lavor destrinxi et extersi et lavi dicimus.

item cum dicamus ab Osco Tusco Graeco Osce Tusce Graece, a Gallo tamen et Mauro Gallice et Maurice dicimus; item a probus probe, a doctus docte, sed a rarus non dicitur rare, sed alii raro dicunt, alii rarenter.

(inde M. Varro in eodem libro:) sentior (inquit) nemo dicit et id per se nihil est, adsentior tamen fere omnes dicunt. Sisenna unus adsentio in senatu dicebat et eum postea multi secuti, neque tamen vincere consuetudinem potuerunt.

*adde VII 90 et cf. IX 111. 112; item IX 53. 55. 66. 79. 80. 81. 89. 90. 91. 96. 97. 100. 101. 104. 105. 108. 110.*

---

3 *Cf. Quintil. I 5, 62* (ut Maecenas Sufenas Aspr[a]enas) ‖ 11 *Cf. GL. I 262, 15. 402, 6; II 483, 23. 512, 15. 565, 27. 573, 21; III 154, 12; V 72, 4; Anecd. Helv. 255, 23* ‖ 13 *Cf. IX 106* ‖ 16 *sq. Cf. GL. I 217, 14* (rarenter Cato . . . pro raro)*; V 517, 12; Anecd. Helv. 54, 7; Non. 164, 21* (rarenter pro rare). *515, 24; TG. s.* rare (raro) rarenter ‖ 18 *sq. Cf. GL. I 381, 23. II 399, 12* (sentio neutrum: ex eo assentio et assentior . . . in una eademque inveniuntur significatione). *435, 10* (sentio neutrum, assentior deponens, in quo coniugatio mansit: dicitur tamen et assentio). *436, 3; IV 383, 19; V 233, 34. 369, 14; VII 107, 9; Quintil. IX 3, 7; Non. 469, 18* ‖ 19 *sq. Cf. Quintil. I 5, 13 sq.* (sive est adsentior, Sisenna dixit adsentio multique et hunc et analogian secuti, sive illud verum est, haec quoque pars consensu defenditur: at ille pexus pinguisque doctor aut illic detractionem aut hic adiectionem putabit)

---

1 orti publicis orti seruis (*alt.* orti *lineolis del*) | *an:* Publici⟨i⟩, Servi⟨i⟩*? v. adn. et test. ad 145, 28* ‖ 2 magistratuum *Lipsius,* magistratum *Sciop* ‖ 3 carrinas· mecenas· ‖ 4 & tam̃ ũbin; | *addidimus* ‖ 5 *post* nominum (*ubi* similitudinem *suppl Laet*) *vacua relicta sunt versus dimidius et fol.* $22^b$ *et fol. 23 versus 16; post quos 23 tantum perscripti sunt (ut etiam in tribus paginis sequentibus 39 tantum v. sunt)*

## ⟨M. TERENTI VARRONIS

# DE LINGVA LATINA

### LIBER VIII EXPLICIT INCIPIT

# LIBER VIIII⟩

1. * * * nesciunt docere quam discere quae ignorant: in quo fuit 1
Crates, nobilis grammaticus, qui fretus Chrysippo, homine acutissimo
qui reliquit περὶ ἀνωμαλίας †lei libri contra analogian atque Aristar-
chum est nixus, sed ita, ut scripta indicant eius, ut neutrius videatur
pervidisse voluntatem, quod et Chrysippus *(fr. 151 Arn.)* de inaequa-
bilitate cum scribit sermonis, propositum habet ostendere similes res
dissimilibus verbis et dissimiles similibus esse vocabulis notatas, id
quod est ver[b]um, et [cum] Aristarchus, de aequabilitate cum scribit
†et de, verborum similitudinem qua[ru]ndam ⟨in⟩ inclinatione[s] sequi
iubet, quoad patiatur consuetudo. sed ii qui in loquendo partim se- 2
qui iube⟨n⟩t nos consuetudinem partim rationem, non tam discrepant,
quod consuetudo et analogia coniunctiores sunt inter se quam iei
credunt, quod est nata ex quadam consuetudine analogia et ex hac 3

2 *sqq. Cf. v. 8; Gell. II 25, 2 sq.* (ἀναλογία est similium similis declinatio, quam quidam latine proportionem vocant; ἀνωμαλία est inaequalitas declinationum consuetudinem sequens: duo autem Graeci grammatici illustres, Aristarchus et Crates summa ope ille ἀναλογίαν, hic ἀνωμαλίαν defensitavit) ‖ 12 *sqq. Cf. Pindario apud Sext. Emp. adv. mathem. I 10 § 202* (*ἀναλογία ὁμολογουμένως ἐκ τῆς συνηθείας ὁρμᾶται· ἔστι γὰρ ὁμοίου τε καὶ ἀνομοίου θεωρία· τὸ δ' ὅμοιον καὶ ἀνόμοιον ἐκ τῆς δεδοκιμασμένης λαμβάνεται συνηθείας*); *Quint. I 6, 16* (ipsam analogiam nulla res alia fecerit quam consuetudo)

Liber VIIII *quod Vict supercilio pagellae ascriptum fuisse tradit nunc deletum est ne umbris quidem relictis* ‖ 1 Nesciunt· docere | ⟨Insignis eorum est error qui malunt quae⟩ n. d. *suppl Boot,* ⟨Multi minus⟩ *Sp.* ‖ 2 chrisippo ‖ 3 *sq.* perjanomalias | lej (e *ex* j, *incohato* ljbri) ljbri: his (ieis *Vahlen*) libris *Ald;* III (*vel* IU) libros *Sp.* | aristarcũ ‖ 5 chrisippus ‖ 6 sermones' ‖ 7 dissimilib; similes: *corr Wilm* (similibus dissimiles *Canal*) ‖ 8 ũbũ· et: *corr Ald* | *secl Sp.* | Conscribit (C *ex* ſ *inter scribendum*): *corr Mue* ‖ 9 ´et de (*lineolis del* de): *secl. Sp. adiuncto* verborum*; an:* eiusdem (ejdẽ, *scil.* sermonis)*?* | similitudinẽ· quarũdã: *corr Groth* | *add A. Sp.* | *del Sp.* (in ⟨de⟩clinatione) ‖ 10 ·ij· q ‖ 11 iub&: *corr Vict* ‖ 12 Iej ‖ 13 *sq.* hac c̄suetudo· Ex: *lac sign Mue* (*et suppl* consuetudine item anomalia, itaque, *ubi* quare quoniam *pro* itaque *Sp.*)

* * * consuetudo ex dissimilibus et similibus verbis eorumque declina-
tionibus constat, neque anomalia neque analogia est repudianda, nisi
si non est homo ex anima, quod est [homo ex anima quod est] ex
4 corpore et anima. sed ea quae dicam quo facilius pervideri possint,
prius de trinis copulis discernendum (nam [cum] confusim ex utra-
que parte pleraque dicuntur, quorum alia ad aliam referri debent
summam): primum de copulis naturae et ⟨u⟩suis: haec enim duo sunt
quod †erigunt diversa, quod aliud est dicere ⟨esse⟩ verborum ana-
logias, aliud dicere uti oportere analogiis; secundum de copulis multi-
tudinis ac finis, utrum omnium verborum dicatur esse analogia †an
usus an maioris partis; tertium de copulis personarum, qui eis debent
5 uti, quae sunt plures. alia enim populi universi, alia singulorum, et
de ieis non eadem oratoris et poetae, quod eorum non idem ius. ita-
que populus universus debet in omnibus verbis uti analogia et, si
perperam est consuetus, corrigere se ipsum, cum orator non debeat
in omnibus uti, quod sine offensione non potest facere, cum poeta[e]
6 transilire lineas impune possit. populus enim in sua potestate, sin-
guli in illius: itaque ut suam quisque consuetudinem, si mala est,
corrigere debet, sic populus suam. ego populi consuetudinis non sum
ut dominus, at ille meae est. ut rationi optemperare debet guberna-
tor, gubernatori unusquisque in navi, sic populus rationi, nos singuli
populo. quare ad quamcumque summam in dicendo referam si ani-
madvertes, intelleges, utrum dicatur analogia esse an uti †oporteret
redigeretur dici id in populum aliter ac inde omnibus dici in eum
qui sit in populo.
7 2. nunc iam primum dicam pro universa analogia, cur non modo
videatur esse reprehendenda, sed etiam cur in usu quodammodo se-
quenda; secundo de singulis criminibus, quibus rebus possint quae
dicta sunt contra solvi, dicam ita ut generatim comprehendam et ea

12 *Cf. § 114 sq. X 74* ‖ 15 *sq. Cf. GL. I 51, 11* | *Cf. Otto 'Sprichw.' p. 194*

1 eoꝝ qđ: *corr Sp.* ‖ 3 anima *2,* n *ex* m *incohato* ‖ 5 *dist et secl Mue* ‖ 6 quarum: *corr Ald* ‖ 7 copuljs, js *m. 1 in ras* (*fort.* ę *er.*) | *add Sp. coll. Gell. IV 16 (cf. X 73)* ‖ 8 quae exigunt *Laet c. al.;* quod derigunt *Sp. olim; an:* quo derigunt⟨ur⟩ (*scil.* analogiae*: cf. X 74*)*?* | *suppl. Sp. (cf. § 6)* ‖ 10 anusus· an (*alt.* a *ex* u *incohata ut vid [item v. 23]*)*;* an unius an *Aug.*; *fort.* an ⟨alic⟩uius (*vel* ⟨c⟩uius⟨dam⟩) an *(cf. X 74. IX 45. 114)* ‖ 13 Iejs ‖ 16 *sq.* poetę: *corr Sp.* (possi⟨n⟩t *v*) ‖ 21 ñ singuli ‖ 23 *sqq.* oportere[t] *Mue (v. adn.); verba et corrupta et lacunosa sic fere refingas:* an uti oportere ⟨ea itemque intelleges si ad analogiam usus loquendi⟩ redigeretur (*cf. v. 24 vel coll. IX 19. X 22* derigeretur), dici id in populum aliter ac ⟨in singulos nec⟩ i⟨de⟩m de omnibus dici in eum qui sit in populo ‖ 26 non modo ⟨non⟩ *Steph (cf. 150, 3 sq. 151, 3)* ‖ 29 cōp̄hendant: *corr Ald*

quae in priore libro sunt dicta et ea quae possunt dici atque illic praeterii.

3. primum quod aiunt, qui bene loqui velit consuetudinem sequi 8
oportere, non rationem similitudinum, quod, alterum si neglegat, sine offensione facere non possit, alterum si sequatur, quod sine reprehensione non sit futurum, e⟨r⟩ra⟨n⟩t, quod qui in loquendo consuetudinem qua oportet uti sequitur, ⟨sequitur⟩ non sine [ea] ratione.

4. nam vocabula ac verba quae declinamus similiter, ea in con- 9
suetudine esse videmus et ad ea⟨m⟩ conferimus et, si quid est erratum, non sine ea corrigimus. nam ut, qui triclinium constrarunt, si quem lectum de tribus unum imparem posuerunt aut de paribus nimium aut parum produxerunt, una corrigimus et ad consuetudinem co⟨m⟩munem et ad aliorum tricliniorum analogias, sic si quis in oratione in pronuntiando ita declinat verba ut dicat disparia, quod peccat redigere debemus ad ceterorum similium verborum rationem.

5. cum duo peccati genera sint in declinatione, unum quod in 10
consuetudinem perperam receptum est, alterum quod nondum est et perperam dicatur, unum dant non oportere dici, quod ⟨non⟩ sit in consuetudine, alterum non conceditur quin ita dicatur, ut si⟨t⟩ similiter, cum id faciant, ac, si quis puerorum per delicias pedes male ponere atque imitari vatias c⟨o⟩eperit, hos corrigi oportere si conceda⟨n⟩t, contra si quis in consuetudine ambulandi iam factus sit vatia aut conpernis,
si eum corrigi non conceda⟨n⟩t. non sequitur, ut stulte faciant qui 11
pueris in geniculis alligent serperastra, ut eorum depravata corrigant crura? cum [de] ⟨vi⟩tuperandus non sit medicus qui e longinqua mala consuetudine aegrum in meliorem traducit, quare reprehendendus sit qui orationem minus valentem propter malam consuetudinem traducat in meliorem?

6. pictores Ap[p]elles, Protogenes, sic alii artufices egregii non 12
reprehendundi, quod consuetudinem Miconos, Dioris, Arimm⟨a⟩e, etiam superiorum non sunt secuti, Aristophanes improbandus, qui potius in quibusdam ve[te]ritatem quam consuetudinem secutus?

7. quod si viri sapientissimi, et in re militari et in aliis rebus 13
multa contra veterem consuetudinem cum essent ⟨a⟩usi, laudati,

---

1 atquę ‖ 4 [similitudinum] *vel* (⟨et⟩ similitudinem *Sp.: cf. v. 15* ‖ 7 sequit[2]· ñ sine ea ratione· | *suppl Canal duce Sp. et Mue* | *delevimus ut illatum ex v. 10;* (ea⟨m⟩ *trai Sp., al.*) ‖ 9 ad eac̆ferim; ‖ 16 Indeclinationũ·: *corr Sp.* ‖ 18 *suppl Aug c. al.* ‖ 19 *add Laet* ‖ 21 c̆cedat: *corr Ald* ‖ 22 sit, s *ex* e *vel* ẽ (*i. e. ex* est *incohato*) *inter scribendum* ‖ 25 *dist Mue* (? *pro* ·) | detuperandus ‖ 26 ęgrũ, g *ex* r *incohata* ‖ 30 myconos | dioros arj̃· me ‖ 34 *add Canal*

despiciendi sunt qui potiorem dicunt oportere esse consuetudinem ratione.

14 8. an cum quis perperam consuerit quid facere in civitate, non modo patiemur, sed etiam p⟨o⟩ena[m] afficiemus, idem si quis perperam consuerit dicere verbum, non corrigemus, cum id fiat sine p⟨o⟩ena?

15 9. et hi qui pueros in ludum mittunt, ut discant quae nesciunt verba quemadmodum scribant, idem barbatos qui ignorabunt verba quemadmodum oporteat dici non docebimus, ut sciant qua ratione conveniat dici?

16 10. sed ut nutrix pueros a lacte non subito avellit a consuetudine, cum a cibo pristino in meliorem traducit, sic maiores in loquendo a minus commodis verbis ad ea quae sunt cum ratione modice traducere oportet. cum sint ⟨in⟩ consuetudine contra ratione⟨m⟩ alia verba ita ut ea facile tolli possint, alia ut videantur esse fixa, quae leviter h⟨a⟩erent ac sine offensione commutari possunt statim ad rationem corrigi oportet, quae autem sunt ita ut in praesentia corrigere nequeas quin ita dicas, his oportet, si possis, non uti: sic enim obsolescent ac postea iam obliterata facilius corrigi poterunt.

17 11. quas novas verbi declinationes ratione[s] introductas respuet forum, his boni poetae, maxime scenici, consuetudine subigere aures populi debent, quod poetae multum possunt in hoc: propter eos quaedam verba in declinatione melius, quaedam deterius dicuntur. consuetudo loquendi est in motu: itaque sole⟨n⟩t fieri et meliora deteriora ⟨et deteriora⟩ meliora; verba perperam dicta[m] apud antiquos aliquos propter poetas non modo nunc dicuntur recte, sed etiam quae ratione dicta sunt tum, nunc perperam dicuntur.

18 12. quare qui ad consuetudinem nos vocant, si ad rectam, sequemur: in eo quoque enim est analogia; si ad eam invitant quae est depravata, ni[c]hilo magis sequemur, nisi cum erit necesse, [se]quam in ceteris rebus mala exempla: nam ea quoque, cum aliqua vis urget, inviti sequemur.

28 *Cf. Pindario apud Sext. Emp. adv. mathem. I 10 § 202 (cf. 147, 12)*

4 modo ⟨non⟩ *v (cf. 148, 26)* | penã ‖ 5 fiat fiat *(sed alt. lineola subductum)* ‖ 6 pena· ‖ 12 In maioris: *trai Mue* ‖ 13 anim; ‖ 14 *suppl ed. Ven.* | ratione· ‖ 16 possint·: *corr Ald* | statim *Mue*: ·Si enĩ *(in ras, ut alia in hac pagina, sine corr)* ‖ 17 *inter* aũ *et* s̃ ita *lineolis del* adrationẽ | In (*non* Im) p̃sentia ‖ 20 *del Laet* ‖ 22 possunt (*non* possint) ‖ 24 *sq.* solet fieri & meliore deteriora meliora ũba: *suppl et corr Canal* (solet fieri ex meliore deterior ⟨ex deteriore⟩ melior *Sp.*) | dicta ‖ 27 nũ ‖ 30 sequem̃ nisi cũ (*sic, nil del ante* nisi) | necesse· sequar: *corr Canal*

13. neque enim Lysippus artificum priorum potius ⟨secutus⟩ est
vitiosa quam artem; sic populus facere debet, etiam singuli, sine
offensione quod fiat populi. qui amissa ⟨non⟩ modo qu⟨a⟩erant, sed 19
etiam quod indicium dent, idem, ex sermone si quid deperiit, non
modo ni[c]hil impendunt ut requirant, sed etiam contra indices re-
pugnant ne restitua[n]tur? verbum quod novom et ratione introduc- 20
tum quo minus [ut] recipiamus, vitare non debemus.

14. nam ad usum in vestimentis aedificiis sup[p]ellectili[s] novi-
tati non impedit vetus consuetudo: quem enim amor assuetudinis po-
tius in pannis possessorem retinet quam ad nova vestimenta traducit?

15. an non s⟨a⟩epe veteres leges abrogatae novis cedunt?

16. nonne inusitatis formis vasorum recentibus e Graecia adlatis 21
obliteratae antiquae consuetudinis sinorum et capu[l]larum species?
his formis vocabulorum incontaminati⟨s⟩ uti nol[l]ent quas docu⟨e⟩rit
[o]ratio propter consuetudinem veterem? et tantum inter duos sensus
interesse volunt, ut oculis semper aliquas figuras supellectilis novas
conquirant, contra auris expertis velint esse?

17. quotus quisque iam servos habet priscis nominibus? quae 22
mulier suum instrumentum vestis atque auri veteribus vocabulis ap-
pellat? sed indoctis non tam irascendum quam huiusce pravitatis
patronis. si enim usquequaque no[me]n esset analogia, tum sequeba- 23
tur, ut in verbis quoque non esset, non, cum esset usquequaque, ut
est, non esse in verbis.

18. quae enim est pars mundi quae non innumerabiles habeat
analogias? caelum an mare an terra, quae in his? nonne in caelo ut 24
ab aequinoctiali circulo ad solstitialem et hinc ad septemtrionalem
divisum, sic contra [a] paribus partibus idem a bruma versum con-
traria parte? non quantum polus superior abest [et abest et] a sep-
temtrionali †circumit cum his ad sol[i]stitium, tantundem abest in-
ferior ab eo quem *ἀνταρκτικὸν* vocant astrologi et is ad brumalem?

---

1 *Cf.* § *12*

---

1 *sq.* lisippus | *supplevimus duce Laeto* (vitiosa ⟨secutus⟩, vitia sec. *A. Sp. c. al.*) ‖ 3 *dist Mue* ‖ 6 restituant·: (2 above t) *corr ed. Ven.* | nouū, ũ *ex* õ *inter scribendum* ‖ 7 *del Vertr* ‖ 10 possessorem *suspectum Muellero* | quẽ: *corr Vict* ‖ 12 ablatis: *corr Laet* (all.) ‖ 13 syno♃ et capulla♃ ‖ 14 *add Sp. duce Mue* | nollent quę: *corr H. Steph.* ‖ 15 *del Rhol* ‖ 17 *sq.* ẽẽ quotus | seruor: *corr Ald* ‖ 20 inductis: *corr Aug* ‖ 21 nom̃ ‖ 27 Jdẽ (*non* Jd ẽ) ‖ 28 polo: *corr Scal; an: πόλος?* | abest· & abest &: *secl Mue c. al.* ‖ 29 circulo et is ad *Mue; an:* cir⟨culo et is ad solstitialem, quem, sol cir⟩cumit cum it ad*? cf. Mart. Cap. VIII 818 sq.* | soljstjtiũ ‖ 30 artj artj (con above) uocant

non, quemadmodum quodque signum exortum hoc anno, [quod] quot-
25 quot annis eodem modo exoritur? num aliter sol a bruma venit ad aequinoctium, ac contra cum ad solstitium venit, ad aequinoctialem circulum et inde ad brumam? nonne luna, ut ab sole discedit ad aquilonem et inde redit in eandem viam, sic inde fertur ad austrum et regreditur inde? sed quid plura de astris, ubi difficilius reperitur quid sit aut fiat in motibus dissimiliter?

26 19. at in mari, credo, motus non habent [dis]similitudines geminas, qui in XXIIII horis lunaribus cotidie quater se mutant, ac cum sex horis ⟨a⟩estus creverunt, totidem decreverunt, rursus idem, itemque ab his. an hanc analogian ad diem servant, ad mensem non item, alios motus sic item cum habeant alios inter se convenientes? de quibus in libro quem de ⟨a⟩estuariis feci scripsi.

27 20. non in terra in sationibus servata analogia? nec cuius modi in praeterito tempore fructuum genera reddidit, similia in praesenti reddit? et cuius modi tritico iacto reddidit segetes, sic ordeo sato proportione reddidit parilis? non, ut Europa habet flumina lacus, montis campos, sic habet Asia?

28 21. non in volucribus generatim servatur analogia? non ex aquilis aquilae atque ut ex turdis qui procreantur turdi, sic ex reliquis sui[s] cuiusque generis?

22. an aliter hoc fit quam in aere in aqua? non hic conchae inter se generatim innumerabili numero similes? non pisces? [s]an e murena fit lupus aut merula? non bos ad bovem collatus similis et qui ex his progenerantur inter se vituli? etiam ubi dissimilis fetus, ut ex ⟨asino et⟩ equa mulus, tamen ibi analogia: quod ex quocumque asino et equa nascitur id est mulus aut mula, ut ex equo et asina hinnulei.

29 23. non sic ex viro et muliere omnis similis partus, quod pueri

---

8 *sqq. Cf. Reitzenstein p. 60, 1 (Posidonio haec cum Schwartzio tribuens)* ‖ 27 *sq. Cf. d. r. r. II 8, 6* (hinnus qui appellatur est ex equo et asina*: quem locum, vix hunc respexit Non. 122, 3:* hinnos vel hinnas sub quo sensu accipere debeamus, Varro designat: ait enim ex equis et hinnulis [in nullis $L^1$, mulis $L^2$; asinis *Guyet*] qui nascantur hinnos vocari)*; Colum. VI 37, 5* (ex equo et asina concepti)*; Plin. VIII 172* (equo et asina genitos)*, al.*

---

1 exortũ· hoc anno qđ | *secl Ald c. al.* ‖ 2 solabruma ‖ 3 ęqnoctiũ˒ ac ‖ 4 In *supra* ad *lineolis del* ‖ 7 In, I *supra˒ scr* ‖ 8 *del Mue* ‖ 9 XXIIJ: *corr Ald* ‖ 12 alios motus˒ Sic Itẽ | *verba ab* alios *ad* alios *difficultate laborant, quam tollas aut priore aut posteriore* alios *deleto* ‖ 15 reddidit· similia In ‖ 17 reddit *v* ‖ 20 qꝑcreant[2] (qꝑ *ut alia in hac pagina fere evanida*) ‖ 23 *sq.* pisces sane· murena: *corr Aug* ‖ 25 Int̃ se· Uituli etiã· Ubi | fętus ‖ 26 *suppl Sp. duce v* (equa ⟨et asino⟩*: v. test.*) ‖ 29 *sq.* partuˢ· qđ puerj et puellę ñ (*ubi* quod *secl Mue*)

et puellae? non horum ita inter se [non] omnia similia membra, ut
separatim in suo utroque genere similitudine sint ea paria? non, omnes
cum sint ex anima et corpore, partes quoque horum proportione si-
miles? quid ergo cum omnes animae hominum sint divisae in octo- 30
nas partes, eae inter se non proportione similes? quinque quibus
sentimus, sexta qua cogitamus, septuma qua progeneramus, octava qua
voces mittimus? igitur quoniam qua loquimur voce †orationem, hanc
quoque necesse est natura habere analogias: itaque habet.

24. an non vides, ut Graeci habeant eam quadripertitam, unam 31
in qua si⟨n⟩t casus, alteram in qua tempora, tertiam in qua neutrum,
quartam in qua utrumque, sic nos habere? ecquid verba nescis ut
apud illos sint alia finita, alia non, sic utra⟨que⟩ esse apud nos?
equidem non dubito, qui⟨n⟩ animadverteris item in ea[m] innumera- 32
bilem similitudinum numerum, ut trium temporum verba, ut trium
personarum.

25. quis enim potest non una animadvertisse in omni oratione
esse ut legebam lego [lego] legam si⟨c⟩ lego legis legit, cum haec
eadem dicantur alias ut singula, alias ut plura significentur? quis est
tam tardus qui illas quoque non animadvert⟨er⟩it similitudines, qui-
bus utimur ⟨in⟩ imperando, quibus in optando, quibus in interro-
gando, quibus in infectis rebus, quibus in perfectis, sic in aliis discri-
minibus?

26. quare qui negant esse rationem analogiae, non vide⟨n⟩t na- 33
turam non solum orationis, sed etiam mundi; qui autem vident et
sequi negant oportere, pugnant contra naturam, non contra analogian,
et pugnant volsillis, non gladio, cum pauca excepta verba ex pelago
sermonis †puli minus trita afferant, cum dicant propterea analogias
non esse, similiter ut, si quis viderit mutilum bovem aut luscum ho-
minem claudicantemque equum, neget in [cornibus] bovom hominum
et equorum natura similitudines proportione constare.

---

4 *sqq. Cf. Plut. d. plac. philos. 898 E; Diog. Laert. VII 110. 157, al. (cf. Wilmanns p. 11, Reitzenstein p. 42 adn. 1. 55)* ‖ 10 *sq. Cf. ad VIII 44; X 17 (VI 36)* ‖ 14 *Cf. § 96. 101. X 31. 47*

---

1 *secl Sciop* ‖ 2 similitudines· Intra paria· (*ubi* sint *corr Mue*, ea *Lachm*) ‖ 3 quaq; ‖ 4 s̃: *corr Laet* ‖ 5 ee̜ | ñ (*ut saepissime, non* n) | similes *ex* similjs ‖ 7 *de lacuna v. adn.* ‖ 11 & qd: *corr Sciop* ‖ 12 *sq.* ne sic | nos eq̧dẽ ñ dubito· q animaduertunt: *corr Sciop* | in eã: *corr Sp.; an:* in latin⟨is⟩*?* ‖ 14 similitudinẽ·: *corr Sciop* ‖ 16 nonuna ‖ 17 *linea supra alt.* lego | legã Si: *corr Bent* ‖ 19 *add Sp.* (animadvertat *Sciop*) ‖ 20 *suppl Sciop c. al.* ‖ 23 °rationẽ | ñ uid& ‖ 27 ⟨po⟩puli *Canal; an:* ⟨usu po⟩puli*?* | afferant (*sic cum parvula* ᶻ) ‖ 28 ẽẽ similit· ut ‖ 29 *secl Sciop*

34 27. qui autem duo genera esse dicunt analogiae, unum naturale, quod ut ex †natis nascuntur lentis sic et lupinum, alterum voluntarium, ut in fabrica, cum vident scenam ut in dexteriore parte sint ostia, sic esse in sinisteriore simili ratione factam, de his duobus generibus naturalem esse analogian, ut sit in motibus caeli, voluntariam non esse, quod ut quo⟨i⟩que fabro lubitum sit possit facere partis scenae: sic in hominum partibus esse analogias, quod ea⟨s⟩ natura faciat, in verbis non esse, quod ea homines ad suam quisque voluntatem fingat, itaque de eisdem rebus alia verba habere Graecos, alia Syros, alia Latinos: ego declinatus verborum et voluntarios et naturalis esse puto, voluntarios quibus homines vocabula imposierint rebus quaedam, ut ab Romulo Roma, ab Tibure Tiburtes, naturales ut ab impositis vocabulis quae inclinantur in tempora aut in casus, ut ab ⟨Romulus⟩ Romulo Romuli Romulum et ab dico dicebam
35 dixeram. itaque in voluntariis declinationibus inconstantia est, in naturalibus constantia; quas utrasque quoniam iei non debeant negare esse in oratione, quom in mundi partibus omnibus sint, et declinationes verborum innumerabiles, dicendum est esse in his analogias. neque ideo statim ea in omnibus verbis est sequenda: nam si qua perperam declinavit verba consuetudo, ut ea aliter sine offensione multorum ⟨efferri non possint⟩, hinc [o]rationem verborum praetermittendam ostendit loquendi ratio.

36 28. quod ad universam pertinet causam, cur similitudo et sit in oratione et debeat observari et quam ad finem quoque, satis dictum. quare quod sequitur de partibus singulis deinceps expediemus ac sin-
37 gula crimina quae dicunt ⟨contra⟩ analogias solvemus. in quo animadvertito natura quadruplicem esse formam, ad quam in declinando accommodari debeant verba: quod debeat subesse res qu⟨a⟩e designe[n]tur, et ut sit ea res in usu, et ut vocis natura ea sit quae significavit, ut declinari possit, et [similitudo] figura verbi ut sit ea

1 *Cf. Ammon. in Aristot. π. ἑρμ. 34, 10 sqq. Busse (Reitzenstein p. 24 sq. 55 adn. 1)* ‖ 8 *Cf. Sext. Emp. adv. mathem. § 145 et Ammon. l. s. s. p. 19, 9 sqq. (Reitzenstein p. 35 adn. 1)* ‖ 10 *sq. Cf. VIII 21 sq. X 15* ‖ 12 *Cf. ad VIII 53* ‖ 28 *Cf. X 83; Quintil. III 6, 37 (Reitzenstein p. 60 adn. 1)*

1 ꝗ aũ ‖ 2 ⟨lentibus semi⟩natis *v* | sic &: sic ex ⟨lupinis⟩ *v* ‖ 6 qq̃ (*ut saepe*) ‖ 7 *add Laet* ‖ 10 siros ‖ 12 tybere tyburtes | *an:* Tiburtis *vel* Tiburtus? *v. test. ad 138, 15* ‖ 13 ut *del Sp.* | tẽpore ‖ 16 Inconstantia (*puncta infra* n *m. 2 ut vid*) | IЄJ· ñ ‖ 17 quã ‖ 21 *suppl Ald* (*post* aliter), *trai Sp.* | multoꝝ· Hinc ‖ 22 *sq.* ratio qđ . . . causã· Cur ‖ 25 deInceps, n *ex* u *inter scribendum* ‖ 26 *suppl Sp. (cf. 148, 29)* ‖ 28 *sq.* subesse· resq; designent[2] | *add Rhol* | *del Laet* | ut sit cares ‖ 30 ut *ante* declinari *legi nequit et fere aliud subesse videtur* | *secl Ant. Miller; an:* similitudo figura⟨ve⟩ verbi?

quae ex se declinatu genus prodere certum possit. quo neque a terra 38
terrus ut dicatur postulandum est, quod natura non subest, ut in hoc
alterum maris, alterum feminae debeat esse; sic neque propter usum,
ut Terentius significat unum, plures Terentii, postulandum est, ut sic
dicamus faba et fabae: non enim in simili us⟨u⟩ utrumque; neque ut
dicimus ab Terentius Terentium, sic postulandum ut inclinemus ab
A et B, quod non omnis vox natura habet declinatus; neque in forma 39
collata qu⟨a⟩erendum solum, quid habeat in figura simile, sed etiam
nonnunquam in eo quem habeat effectum. sic enim lana Gallicana et
Apula videtur imperito similis propter speciem, cum peritus Apulam
emat pluris, quod in usu firmior sit. haec nunc strictim dicta apertiora fient infra *(§ 92)*. incipiam hinc.

29. quod rogant *(VIII 40)* ex qua parte oporteat simile esse 40
verbum, a voce an a significatione, respondemus a voce; sed tamen
nonnunquam qu⟨a⟩erimus genere similiane sint quae significantur ac
nomen virile cum virili conferimus, feminae cum muliebri: non quod
id quod significant vocem commoveat, sed quod nonnunquam †in re
dissimilis figurae formas indissimiles imponunt dispariles, ut calcei
muliebres sint an viriles dicimus ad similitudinem figurae, cum tamen
sciamus nonnunquam et mulierem habere calceos viriles et virum
muliebris. sic dici virum Perpennam ut Alfenam muliebri forma[m] 41
et contra parietem ut abietem esse formam similem, quo⟨m⟩ alterum
vocabulum dicatur virile, alterum muliebre et utrumque natura neutrum sit. itaque ea virilia dicimus non quae virum significant, sed quibus proponimus hic et hi, et sic muliebria in quibus dicere possumus haec aut hae.

---

4 *Cf. VIII 48. X 84* ‖ 7 *Cf. VIII 64* ‖ 10 *sq. Cf. Plin. VIII 190* (lana . . . laudatissima Apula); *Martial. VIII 28, 3; Colum. VII 2* ‖ 21 *Cf. VIII 41. X 27* ‖ 22 *Cf. Arnob. I 59 p. 40, 20 R.* (quaenam est enim ratio naturalis aut in mundi constitutionibus lex scripta, ut hic paries dicatur et haec sella?) ‖ 24 *sqq. Cf. Anecd. Gr. p. 846. 902 Bk.* (*τὰ γένη ἐξ ἀκριβείας κατὰ γραμματικοὺς οὐ λαμβάνεται, ἀλλ' ἐκ τῆς συντάξεως καὶ τῆς εὐφωνίας τῶν ἀνθρώπων συνταττόμενα διαφόροις τοῖς ὀνόμασιν. ἐκεῖνο γάρ ἐστιν ἀρσενικόν, ᾧ συντάττεται τὸ ὁ ἄρθρον e. q. s.*); *Gramm. Gr. I 3 p. 361, 15. 362, 5. 35. 524, 30 sqq., ut alia mittamus*

---

1 declinata: *corr Sp.* | possunt: *corr Aug* ‖ 3 ẽẽ· sic ‖ 5 Insimilius: *corr Sp.* ‖ 12 *sq.* hinc qđ | partẽ (*sed ~ lineola del*) ‖ 14 ɑ̊boceana: *corr Laet* (*sed* ab, *ubi* a *Neue*) ‖ 15 similia ne | quę, q *ex* u *inter scribendum* ‖ 17 *sq.* significa^n^t | in re dissim⟨ili sim⟩ilis figurae formas, in ⟨re⟩ [dis]simili imponunt dispariles *Mue: ubi* ⟨par⟩ilis *praeferas et alt.* re *omittas* | ·disperiles· ‖ 21 aut plenã: ut Alphenam *Mue (cf. 135, 24)* | formã: *corr Ald* ‖ 22 *add Mue* (cum *v*) ‖ 23 *sq.* ^di^ụocatur (*sic, c. punctis sub* u, *non* o) | neutrũ· Sic itaq;: *corr Ant. Miller* | utrũ: *corr Ald* ‖ 25 *sq.* possim;

42 30. quare ni[c]hil est, quod dicunt *(VIII 41)* Theona et Diona non esse similis, si alter est ⟨A⟩ethiops, alter [g]albus, si analogia rerum dissimilitudines adsumat ad discernendum vocis verbi figuras.

43 31. quod dicunt *(VIII 42)* simile sit necne nomen nomini impudenter Aristarc⟨h⟩um praecipere oportere spectare non solum ex recto, sed etiam ex eorum vocandi casu: esset enim deridiculum, si similes inter se parentes sint, de filiis iudicare: qui errant, quod non ab eo⟨rum⟩ obliquis casibus fit, ut recti simili facie ostendantur, sed propter eos facilius perspici similitudo potest eorum quam vim habea[n]t, ut lucerna in tenebris allata non facit quae ibi sunt posita
44 similia sint, sed ut videantur, quae sunt quoius ⟨mo⟩di[s] sint. quid similius videtur quam in his est extrema littera crux Phryx? quas, qui audit voces, auribus discernere potest nemo, cum easdem non esse similes ex aliis verbis intellegamus, quod cum sit cruces et Phryges et de his extremis syllabis exemptum sit E, ex altero fit, ut ex C et S, crux, ex altero G et S, Phryx. quod item apparet, cum est demptum S: nam fit unum cruci, alterum Phrygi.

45 32. quod aiunt *(VIII 37)*, cum in maiore parte orationis non sit similitudo, non esse analogian, dupliciter stulte dicunt, quod et in maiore parte est et si in minore parte [est et si in minore] sit, tamen sit [in maiore], nisi etiam nos calceos negabunt habere, quod in maiore parte corporis calceos non habeamus.

46 33. quod dicunt *(VIII 31 sq.)* nos †dissimilitudinem: itaque in vestitu in supellectile delectari varietate, non paribus subuculis uxoris, respondeo, si varietas iucunditas, magis varium esse in quo alia sunt similia, alia non sunt: itaque sicut abacum argento ornari, ut alia ⟨paria sint, alia⟩ disparia, sic orationem.

47 Rogant, si similitudo sit sequenda, cur malimus habere lectos

1 *sq. Cf. VIII 38. 41* ‖ 8 *Cf. VIII 42* ‖ 15 *sq. Cf. Mart. Cap. III 246* (x . . . constat enim ex G et S, ut rex regis, aut ex C et S, ut nux nucis) *et 308; GL. I 8, 12. 422, 30. 426, 4; II 12, 3. 33, 14; IV 49, 35. 51, 4. 214, 35. 422, 17; VI 5, 23. 20, 17. 195, 14; VII 14, 1. 326, 13. 382, 2*

1 Theona· & diona· ‖ 2 gallus: *corr Mue c. al. ex 135, 21* ‖ 3 *sqq.* figuras qđ | imp⟨r⟩udenter *v (cf. 135, 26)* | esse[t] *C. F. W. Mue* ‖ 7 similes *ex* similjs ‖ 8 *add Sp.* | simile: *corr Laet* ‖ 9 *sq.* habeant· Ut: *corr Laet* ‖ 11 uideant[2] *ex* uideant *inter scribendum* | s̃· quoius dissint·: *corr Sp.* ‖ 12 ·Crux· frix*?* | *distinximus* (quas *scil.* litteras) ‖ 13 ·nemo· cũ (*priore · lineola del et* c *ex* q *c. ras.*) ‖ 14 *an:* ex ⟨declin⟩atis (*vel* flexis) verbis*?* ‖ 14 cruces & friges· ‖ 15 exẽpljs (js *lineola del, et* ṽ *et* ~ *s.* e *statim ut vid illatis*): *corr Ald* ‖ 16 frix ‖ 17 frigi· ‖ 20 *sq. secl Sp. (priora c. al.: ubi* [et si . . . est] *Mue)* ‖ 23 dissimilitudinẽ Itaq;: *lac sign ante* diss. *v, post* diss. *Sp.* ‖ 25 iucunda sit *Groth duce Ald*

alios ex ebore, alios ex testudine, sic item genere aliquo alio. ad quae dico non dis⟨similitudines solum nos, sed⟩ similitudines quoque sequi saepe. itaque ex eadem supellectili licet videre: nam nemo facit triclinii lectos nisi paris et materia et altitudine et figura. qui⟨s⟩ facit mappas triclinaris non similis inter se? quis pulvinos? quis denique cetera, quae unius generis sint plura?

cum, inquit *(VIII 28 sq.)*, utilitatis causa introducta sit oratio, 48
sequendum non quae habebit similitudinem, sed quae utilitatem. ego utilitatis causa orationem factam concedo, sed ut vestimenta: quare ut hic similitudines sequimur, ut virilis tunica sit virili similis, item toga togae, sic mulierum stola ut sit stola⟨e⟩ proportione et pallium pallio simile, sic cum sint nomina utilitatis causa, tamen virilia inter se similia, item muliebria inter se sequi debemus.

34. quod aiunt ut persedit et perstitit sic †percubuit quoniam 49
non sit, non esse analogian, ut in hoc er⟨r⟩ant: quod duo posteriora ex prioribus declinata non sunt, cum analogia polliceatur ex duobus similibus similiter declinatis similia fore.

35. qui dicunt *(VIII 54. 80)* quod sit ab Romulo Roma et non 50
Romula neque ut ab ove ovilia sic a bove bovilia, ⟨non⟩ esse analogias, errant, quod nemo pollicetur e vocabulo vocabulum declinari recto casu singulari in rectum singularem, sed ex duobus vocabulis similibus casus similiter declinatos similes fieri.

36. dicunt *(cf. VIII 64)*, quod vocabula litterarum latinarum non 51
declinentur in casus, non esse analogias. hi ea quae natura declinari non possunt, eorum declinatus requirunt, proinde ut non eo⟨rum⟩ dicatur *(VIII 23)* esse analogia quae ab similibus verbis similiter esse⟨nt⟩ declinata. quare non solum in vocabulis litterarum haec non requirenda analogia, sed ⟨ne⟩ in syllaba quidem ulla, quod dicimus hoc BA, huius BA, sic alia. quod si quis in hoc quoque velit dicere 52
esse analogias rerum, tenere potest: ut eni⟨m⟩ dicunt ipsi *(VIII 63)*

---

18 *Dubium an huc spectaverit Fest. 269[b], 28*

---

2 *suppl Mue* ‖ 3 seq· Sepe Itaq; | idque *Mue* ‖ 4 q: *corr Ald* ‖ 7 inquiunt *Vertr* ‖ 10 sequerem̃ (2): *corr Sciop* ‖ 11 stola· ut *ex* toga· ut *m. 1* | stola ꝓportione· ‖ 12 simile (*ex* similj)· Sic ‖ 13 ·se· Seq ‖ 14 *lac post* perc. *sign v, ante* perc. *Sp.* (⟨periacuit et⟩ *Canal*) ‖ 15 analogiãn· (~ *lineola del, sed* -an· *ab initio scr*) | ut in hoc *melius abesset* (ut *del Sp.*) ‖ 19 ouilla *et* bouilla | *add Steph* ‖ 22 *sq.* fieri dicunt· quod ‖ 25 *sqq.* seq[runt] de (*quid infra* [runt] *minoribus litt. a m. 1 suprascr. et ante* de *olim extiterit, latet: ubi m. rec.* uiꝝt; ꝓ In [*sic* t; *ante* ꝓ, *non* r *cum notula*] *intulit eademque mox in versibus sequentibus litteras* solū in uocab *et* BA· huius BA· sic *et* c *vocabuli* hoc *repetivit*) | eadicatur *ex* eodicatur *m. 2 ut vid*: *corr Sp.* ‖ 27 *add Sp.* (esset *v*) ‖ 28 *add Ald* ‖ 30 eni (*non* enĩ)

alia nomina, quod quinque habeant figuras, habere quinque casus, alia quattuor, sic minus alia, dicere poterunt esse litteras ac syllabas in voce quae singulos habeant casus, in rebus pluri[mi]s; quemadmodum inter se conferent ea quae quaternos habebunt vocabulis casus, item ea inter se qua⟨e⟩ ternos, sic qu⟨a⟩e singulos habebunt, ut conferant inter se dicentes, ut sit hoc A, huic A, esse hoc E, [huiusce E] huic E.

53 37. quod dicunt esse quaedam verba quae habeant declinatus ut caput, quorum par reperiri quod non possit, non esse analogias, respondendum: sine dubio, si quod est singulare verbum, id non habere analogias: minimum duo esse debent verba, in quibus sit similitudo.
54 quare in hoc †tollunt esse analogias. sed nihilum vocabulum recto casu apparet in hoc *(Enn. Ann. I 14 V.²)*: 'quae dedit ipsa capit neque dispendi facit hilum', quod valet nec dispendii facit quicquam. idem hoc obliquo apud Plautum *(Most. 245)*: 'video enim te ni[c]hili pendere prae Philolacho omnis homines', quod est ex ne et hili: quare dictus est ni[c]hili qui non hili erat. casus †tum cum commutantur, de quo dicitur, de homine: dicimus enim hic homo nihili [est] et huius hominis nihili et hunc hominem nihili. si in illo commutaremus, diceremus ut hoc linum et limum, sic nihilum, non hic nihili, et ⟨ut⟩ huic lino et limo, sic nihilo, non huic nihili. potest dici patricus casus, ut ei praeponuntur praenomina plura, ut hic casus Terentii, hunc casum Terentii, hic miles legionis, huius militis legionis, hunc militem legionis.

55 38. negant *(VIII 47)*, cum omnis natura sit aut mas aut femina aut neutrum, ⟨non⟩ debuisse ex singulis vocibus ternas figuras vocabulorum fieri, ut albus alba album; nunc fieri in multis rebus binas,

---

9 *Cf. X 82; GL. II 21, 6. 324, 5* ‖ 13 *Cf. V 60. 111 et ad v. 16* ‖ 16 *sqq. Cf. X 81; Fest. Pauli 101, 8. 175, 3; Isid. X 186 (cf. Kettner 'Varr. Stud.' p. 24 sq.); GL. I 102, 14* (nihil si dicas, quantitatem notas: si vero nihili adiuncta i, hominis mores)*; III 224, 16; VII 122, 23. 281, 31. 305, 29, ut alia mittamus* ‖ 25 *Cf. Sext. Emp. adv. math. I 7 § 145 sqq.*

---

2 alia; Dicere *ex* alia dicere | poterx | sillabas ‖ 3 *del Canal* ‖ 5 Itē, t *ex* n *incohata* | quaternos: *corr Koeler* | sicque ‖ 6 hoc ·ϵ· est (est *lineolis del*) | *secl Sp.* ‖ 9 caput ⟨capitis, nihil nihili⟩ *Reitzenstein* ‖ 12 iniuste *pro* esse *C. F. W. Mueller, ad sententiam recte* | Sed Initiū: *corr Lachm duce Sciop* (in nihil) ‖ 13 apparet· In hoc quę | ira caput·: *corr Sciop et Scal (ex V 60)* ‖ 14 *sq.* hilū qđ ual&· nec | qcquā idē· hoc ‖ 15 enim *c. Plauti codd. om Vertr* ‖ 16 pendere· Pręphilolacho· omīs (· *ante* omīs *del*) | Philolache *Plautus* ‖ 17 *sq.* q ñ, q *ex incohato* n | *an:* casus ⟨es⟩t uni⟨us⟩ *(cf. GL. I 93, 26)* cum commutantur (*scil.* casus eius) de quo dicitur, ⟨ut⟩ de homine? | De homine dicimus enim *v* | *secl Sp.* ‖ 20 (ñ hic) nihili, n *ex incohato* m *et* h *ex incohato* c ‖ 21 *suppl Mue* (ut *pro* et *Sp.*) ‖ 22 praeponantur *Mue* | p̄nomina ‖ 26 *suppl Mue*

ut Metellus Metella, Ennius Ennia, nonnulla singula, ut tragoedus,
comoedus; sic esse Marcum, Numerium, at Marcam, at Numeriam non
esse; dici corvum, turdum, non [non] dici corvam, turdam; contra dici
pantheram, merulam, non dici pantherum, merulum; nullius nostrum
filium et filiam non apte discerni marem ac feminam, ut Terentium
[et Terentium] et Terentiam, contra deorum liberos et servorum non
itidem, ut Iovis filium et filiam, †Iovem Iovem et Iovam; item magnum
numerum vocabulorum in hoc genere non servare analogias. ad h⟨a⟩ec 56
dicimus omnis orationis, quamvis res naturae subsit, tamen si ea in
usu⟨m⟩ non pervenerit, eo non pervenire verba: ideo equus dicitur et
equa: in usu enim horum discrimina; corvus et corva non, quod sine
usu id, quod dissimilis natura⟨e⟩. itaque quaedam al⟨i⟩ter olim ac
nunc: nam et tum omnes mares et feminae dicebantur columbae, quod
non erant in eo usu domestico quo nunc, ⟨nunc⟩ contra, propter do-
mesticos usus quod internovimus, appellatur mas columbus, femina
columba. natura cum tria genera transit et id est in usu discrimi- 57
natu⟨m⟩, tum denique apparet, ut est in doctus et docta et doctum:
doctrina enim per tria haec transire potest et usus docuit discriminare
doctam rem ab hominibus et in his marem ac feminam. in mare et
femina et neutro neque natura maris transit neque feminae neque
neutra, et ideo non dicitur feminus femina feminum, sic reliqua: ita-
que singularibus ac secretis vocabulis appellati sunt. quare in qui- 58
bus rebus non subest similis natura aut usus, in his vocabulis huiusce
modi ratio qu⟨a⟩eri non debet: ergo dicitur ut surdus vir, surda mu-
lier, sic surdum theatrum, quod omnes tres ad auditum sunt com-
paratae; contra nemo dicit cubiculum surdum, ad silentium, non ad
auditum; at si fenestram non habet, dicitur c⟨a⟩ecum, ut c⟨a⟩ecus et

---

1 *sq. Cf. logist. frgm. apud Non. 352, 31; frgm. de praen. ap. Valer. Max. p. 591, 7 Kempf*[2] *(cf. 588, 8 et v. adn.)* ‖ 3 *Cf. d. r. r. III 5, 6; GL. IV 494, 22* (*de* turda)

---

1 *sqq.* metelle·: *corr Laet* | enuus enua·: *corr Laet* | tragoedia· comedia·: *corr Christ; an:* ⟨tragoedus comoedus, non⟩ tragoeda comoeda*?* | ñ ẽẽ dici· Corbũ: *corr Ald* | ñ ‖ ñ dici corbã: *corr Ald* ‖ 4 *sqq.* neutros filium | apta | terentiũ & terentiũ· et terentiã· ‖ 7 ididẽ: *corr ed. Ven.* | Iouẽ Iouẽ & iouã·: non Iouem et Iouam *v* (Iovi⟨u⟩m et Iov⟨i⟩am *Sp.; an:* Iov⟨id⟩en et Iov⟨id⟩a*?*) ‖ 9 *sq.* Inusu | eq̌s ‖ 11 discrimine coruus & corua· ñ qđ ‖ 12 e *add Vertr* | alt̃ ‖ 13 et *aut delendum (sic v) aut ante* mares *collocandum (sic C. F. W. Mueller);* e⟨ra⟩t cum *Mue* (cum *c. Sp.*) ‖ 14 *suppl Sciop* ‖ 15 *sq.* Int̃ nouim; ‖ 16 *sq.* colũba natura . . . transit· & | discrimina· totũ denique: *corr Reiter; an:* discrimen, [ato] tum denique apparet ratio*? cf. v. 23. 24. 160, 8* ‖ 17 in docto ‖ 20 mares: *corr Sp.* ‖ 25 [t]res *Bent,* tres ⟨res⟩ *Mue* ‖ 26 ⟨quod⟩ ad silentium *Canal praeeuntibus* ⟨quod sit⟩ *Sciop,* ⟨quod id⟩ *Mue*

59 c⟨a⟩eca, quod omnia †habent lumen habere debent. mas et femina
habent inter se natura quandam societatem, †neutra cum his, quod
sunt diversa; inter se quoque de his perpauca sunt quae habeant
quandam co⟨m⟩munitatem. dei et servi nomina quod non item ut
libera nostra transeunt, eadem e⟨s⟩t causa, quod ad usum attinet ⟨et⟩
institui opus fuit de liberis, de reliquis nihil attinuit, quod in servis
gentilicia natura non subest in usu, in nostri⟨s⟩ nominibus qui sumus
in Latio et liberi, necessaria. itaque ibi apparet analogia ac dicitur
60 Terentius vir, Terentia femina, Terentium genus. in praenominibus
ideo non fit item, quod haec instituta ad usum singularia, quibus
discernerentur nomina gentilicia, ut ab numero Secunda, Tertia, Quarta,
in viris ut Quintus, Sextus, Decimus, sic ab aliis rebus. cum essent
duo Terentii aut plures, discernendi causa, ut aliquid singulare habe-
rent, notabant, forsitan ab eo, qui mane natus diceretur, ut is Manius
61 esset, qui luci, Luci[li]us, qui post patris mortem, Postumus. e qui-
bus qu⟨a⟩e cum item accidisset feminis, proportione ita appellata de-
clinarant praenomina mulierum antiqua, Mania, Lucia, Postuma: vide-
mus enim Maniam matrem Larum dici, Luciam Volaminiam Saliorum
carminibus *(frg. 5 p. 336 Maur.)* appellari, Postumam a multis post
62 patris mortem etiam nunc appellari. quare quocumque progressa est
natura cum usu vocabuli, similiter proportione propagata est analogia,
cum in quibus declinationibus voluntariis maris et feminae et neutri,

---

14 *sq. Cf. Fest. Pauli 148, 16* (Manius praenomen dictum est ab eo quod mane quis initio natus sit, ut Lucius qui luce)*; auct. d. praen. p. 590, 1 ed. Kempf*$^2$ (Lucii coeperunt adpellari qui ipso initio lucis orti erant . . . Manii qui mane editi erant *e. q. s.*) ‖ 15 *Cf. Fest. 238*$^b$*, 2* (Postumus cognominatur post patris mortem natus)*; Serv. in Aen. VI 763 = Isid. IX 5, 22; Gell. II 16, 3; GL. VII 200, 4. 307, 29; Quint. I 4, 25; Plut. Coriol. 11; auct. de praen. 3; TG. s. v.; Lyd. d. mag. I 23 = p. 26, 4 W.* ‖ 17 *Ad* Lucia *cf. inscr. ant. a Buechelero enarratam Mus. Rhen. LII p. 392* ‖ 18 *Cf. Fest. 129*$^a$*, 28 sqq.; Macrob. I 7, 34 sq.* (Maniae deae matri Larum)*; Arnob. III 41 = p. 139, 6* (Varro similiter haesitans nunc esse illos Manes et ideo Maniam matrem esse cognominatam Larum)*; Act. Fr. Arv. ed. Henzen p. 145* | *Cf. Augustin. d. civ. d. IV 21* (deae Volumnae) ‖ 19 *sq. Cf. TG. s.* Postumus (postuma puella similiter dicta *et* postigena)

---

1 *sqq.* [habent] *Mue;* ⟨ubi⟩ hab⟨it⟩ent *Canal, qui debuit saltem* ⟨ubi homines⟩ habent*: quamquam* habent *facilius falso repeti potuit quam alio sensu iuxta poni* | lum̃· habere debent mas & femina· Habent: *dist Mue* | *an:* ⟨non item⟩ neutra cum his *vel* n. c. h. ⟨nullam⟩*?* (n. c. h. ⟨non habent⟩ *Sp.*) ¦ cũ his· qđ s̃ diuersa· Int̃ ẽ quoq;· De his ‖ 5 *sq.* eadẽ &: *corr Sp.* | *add idem* | causa· qđ . . . Instituj· Opus . . . reliqs· | attinuit *ex* adtinuit ‖ 7 *sq.* nr̃ı | liberj· Necessaria Itaq; ‖ 11 in mulieribus *ante* Secunda *suppl Sp* (*melius ante* in viris) ‖ 14 dicere$\overset{2}{t}$, ere$\overset{2}{t}$ *in ras* ‖ 16 *sqq.* quę (= sunt quae) *om Mue c. al.* | declinarant· p̄nomina . . . antiqua· (*mox* ;Uidem; *ex* uidem;) | *v. test. et adn.* ‖ 20 ꝓgressa, ress *in ras* ‖ 21 *sq.* uocabula | analogia· Cũ | declinatus voluntarii *Sp.*

quae voluntaria, non debeant similiter declinari, sed in quibus naturales, sint declinatus hi qui esse reperiuntur. quocirca in tribus generibus nominum in⟨i⟩qu[a]e tollunt analogias.

39. qui autem eas reprehendunt *(VIII 48)*, quod alia vocabula 63
singularia sint solum, ut cicer, alia multitudinis solum, ut scalae, cum debuerint omnia esse duplicia, ut equus equi, analogiae fundamentum esse obliviscuntur naturam et usu⟨m⟩. singulare est quod natura unum significat, ut equus, aut quod coniuncta quodammodo ad unum usu[m], ut bigae: itaque ⟨ut⟩ dicimus una Musa, sic dicimus unae bigae.
multitudinis vocabula sunt unum infinitum, ut Musae, alterum finitum, 64
ut duae, tres, quattuor: dicimus enim ut hae Musae sic unae bigae et binae et trinae bigae, sic deinceps. quare tam unae et uni et una quodammodo singularia sunt quam unus et una et unum; hoc modo mutat, quod altera in singularibus, altera in coniunctis rebus; et ut
duo tria sunt multitudinis, sic bina trina. est tertium quoque genus 65
singulare ut in multitudine, uter, in quo multitudinis †ut utre · I ·; uter poeta singulari, utri poetae multitudinis est. qua explicata natura apparet non debere omnia vocabula multitudinis habere par singulare: omnes enim numeri ab duobus susum versus multitudinis sunt neque eorum quisquam habere potest singulare compar. iniuria igitur postulant, si qua sint singularia, oportere habere multitudinis.

40. item qui reprehendunt, quod non dicatur ut unguentum un- 66
guenta vinum vina sic acetum aceta garum gara, faciunt imperite: qui ibi desiderant multitudinis vocabulum, quae sub mensuram ac pondera potius quam sub numerum succedunt: nam in plumbo, [oleo,]

---

5 *Cf. ad VIII 48; X 54* ‖ 6 *Cf. IX 68. X 54; GL. I 33, 23. 93, 5. 328, 5. 549, 31; IV 195, 24. 376, 28. 393, 15. 446, 15; V 42, 27. 176, 29. 290, 6. 348, 9. 396, 5. 428, 11. 590, 18; VII 289, 5; TG. s.* scala ‖ 8 *Cf. ad 139,1 et 127,10* ‖ 15 *Cf. Serv. in Aen. VIII 168* ‖ 16 *Cf. GL. I 163, 6. 559, 4; IV 547, 2* ‖ 23 *Cf. GL. I 28, 10. 34, 29 sq. 93, 8* (garum oleum vinum . . . et cetera quae ad pondus numerum mensuramque rediguntur). *328, 22. 550, 30 sq.; II 176, 8. 310, 15; IV 194, 31. 376, 31; V 42, 31. 177, 29. 348, 12. 427, 23. 498, 36. 506, 25. 536, 31. 579, 9; Anecd. Helv. 85, 6; TG. s.* vinum; *Fronto ap. Gell. XIX 8, 13* (cur mel et vinum atque id genus cetera numerum multitudinis capiunt, lacte non capiat?) ‖ 24 *GL. I 141, 22* (de his est nominibus quae, cum pondere numero mensuraque constent, semper sunt singularia) ‖ 25 *sqq. Cf. GL. I 34, 20. 328, 13. 550, 24; IV 376, 29; Anecd. Helv. 43, 26. 85, 2 sq. 164, 10; Mart. Cap. III 297; TG. s.* argentum, plumbum

---

2 *dist Christ* ‖ 3 Inquę: *corr Ald* ‖ 7 naturã · & usu ‖ 8 aut, u *ex* c *inter scribendum* ‖ 9 usũ | *suppl Sp* ‖ 12 uni et unae *v* ‖ 16 ·ut utre · J ·: utri *Sp.* (utrei *A. Sp.*); utri utrae *Mue* (*qui addere debuit* ⟨utra⟩: *v. test.*); *an:* utri et*?* ‖ 18 uocaba(ul), b *ex* lj *c. ras.* ‖ 19 ũsv', v' *ex* i ‖ 23 gara · Faciunt ‖ 25 *secl Sp.*

a⟨r⟩ge⟨n⟩to, cum incrementum accessit, dicimus [enim] multum [oleum], sic multum plumbum, argentum; non [multa olea] plumba, argenta, cum quae ex hisce fiant, dicamus plumbea et argentea (aliud enim cum argenteum: nam id tum cum iam vas: argent⟨e⟩um enim, si pocillum aut quid item): quod pocilla argentea multa, non quod argen-
67 tum multum. ea, natura in quibus est mensura, non numerus, si genera in se habe⟨n⟩t plura et ea in usum venerunt, a genere multo, sic vina et unguenta, dicta: alii generis enim vinum quod Chio, aliud quod Lesb[i]o, sic ex regionibus aliis. †quae ipsa dicuntur nunc melius unguent[i]a, cui nunc genera aliquot. si item discrimina magna essent olei et aceti et sic ceterarum rerum eiusmodi in usu co⟨m⟩muni, dicerentur sic olea ut vina. quare in utraque re ⟨i⟩nique rescindere conantur analogiam, [s]et cum in dissimili usu similia vocabula qu⟨a⟩erant et cum item ea quae metimur atque ea quae numeramus dici putent oportere.

68 41. item reprehendunt *(VIII 48)* analogias, quod dicantur multitudinis nomine publicae balneae, non balnea, contra quod privati dicant unum balneum, quod plura balnea ⟨non⟩ dicant. quibus responderi potest non esse reprehendendum, quod scalae et aquae caldae, pleraque [quae] cum causa, multitudinis vocabulis sint appellata neque eorum singularia in usum venerint; idemque item contra. primum balneum nomen †et graecum introiit in urbem publice ibi consedit, ubi bina essent coniuncta aedificia lavandi causa, unum ubi viri, alterum ubi mulieres lavarentur; ab eadem ratione domi suae quisque ubi lavatur balneum dixerunt et, quod non erant duo, balnea dicere non consuerunt, cum hoc antiqui non balneum, sed lav[i]atrinam ap-
69 pellare consuessent. sic aquae caldae ab loco et aqua, quae ibi scateret, cum ut colerentur venissent in usum nostris, cum aliae ad alium morbum idoneae essent, eae cum plures essent, ut Puteolis et in Tuscis,

9 *sq. Cf. Plin. N. H. XIII 1 sqq.* ‖ 17 *Cf. VIII 48; ad 137,11 sq.* ‖ 20 *Cf. § 63. X 54; ad 127,10 et ad 161, 6* ‖ 21 *sq. Cf. ad 137,11 sq.* ‖ 26 *Cf. Non. 212, 8* (latrina genere feminino: et est lavatrina, quod nunc balneum dicitur) ‖ 29 *Cf. V 25*

1 aceto | enim *secl Ald* | oleum *secl Sp.* ‖ 2 *secl Sp.* (multa *def. A. Sp.*) ‖ 6 natura *sic suspectum* (autem *Sp.*), *nisi potius traiciendum ante* est ‖ 7 hab&: *corr Laet* ‖ 8 aliut ‖ 9 quę: ⟨ita⟩que *Sp. (cf. adn.)* ‖ 10 unguenta ⟨quam unguentum⟩ *idem* ‖ 12 *sq.* et uina*; an:* et ⟨cetera ut⟩ uina*?* | utraque deniq;: *corr Canal* | rê scindere | analogiã · sed: analogias et *v (fort. recte)* ‖ 14 querunt: *corr Sp.* ‖ 18 *sq.* quom *Canal* | *suppl Popma* | respondere: *corr Ald* ‖ 20 *del Sp.* ‖ 21 uenert idemq; · Itẽ c̃tra · ‖ 22 nom̃ & grecum*; an:* primum balneum (nomen e⟨s⟩t graecum) ⟨cum⟩ i. i. u.*?* (nomen ut graecum i. i. u. *Mue*) ‖ 23 ędificia · lauandi causa · unũ ‖ 27 *sq.* c̃suescent | scateret *ex* scaterent *ut vid*

quibus utebantur, multitudinis potius quam singulari vocabulo appellarunt. sic scalas, quod ab scandendo dicuntur et singulos gradus scanderent, magis erat quaerendum, si appellassent singulari vocabulo scalam, cum origo nominatus ostenderet contra.

42. item reprehendunt *(VIII 49)* de casibus, quod quidam nomi- 70
natus habent rectos, quidam obliquos, quod dicunt utrosque in vocibus oportere. quibus idem responderi potest, in quibus usus aut natura non subsit, ibi non esse analogiam. sed ne in his vocabulis quae 71
declinantur, si transeunt e recto casu in rectum casum: quae tamen fere non discedunt ab ratione sine iusta causa, ut hi qui gladiatores Faustinos: nam quod plerique dicuntur, ut tris extremas syllabas habeant easdem, Cascelliani, ⟨Caeciliani,⟩ Aquiliani, animadvertant, unde oriuntur, nomina dissimilia Cascellius, C⟨a⟩ecilius, Aquilius; †Faustius, recte dicerent Faustianos; si⟨c⟩ a Scipione quidam male dicunt Scipioninos: nam est Scipionarios. sed, ut dixi, quod ab huiuscemodi cognominibus raro declinantur cognomina neque in usum etiam perducta, natant quaedam.

43. item dicunt *(VIII 75)*, cum sit simile stultus luscus et di- 72
catur stultus stultior stultissimus, non dici luscus luscior luscissimus, sic in hoc genere multa. ad quae dico ideo fieri, quod natura nemo lusco magis sit luscus, cum stultior fieri videatur.

44. quod rogant *(VIII 76)*, cur ⟨non⟩ dicamus mane manius 73
manissime, item de vesperi: in tempore vere magis et minus esse non potest, ante et post potest. itaque prius est hora prima quam secunda, non magis hora. sed 'magis mane surgere' tamen dicitur qui primo mane surgit quam qui non pri⟨m⟩o[r]: ut enim dies non potest esse magis quam *** mane; itaque ipsum hoc quod dicitur magis sibi non constat, quod magis mane significat primum mane, magis vespere novissimum vesper.

45. item ab huiuscemodi ⟨dis⟩similitudinibus reprehenditur ana- 74
logia *(VIII 79)*, quod cum sit anus cadus simile et sit ab anu ani-

---

31 *Cf. Fronto 185, 2 N.* (ab anu anulla)*; GL. V 626, 14* (nec in diminutivis secundus gradus minus priore significat, anus anula anicula)*; TG. s.* anicula

---

4 scalã, ã *ex* e *incohato* ‖ 7 ⟨esse⟩ oportere *Reitzenstein* ‖ 8 *de lac cf. adn.* | ⟨quidem⟩ quae *Madvig* ‖ 9 transeunte recto ‖ 11 sillabas ‖ 12 aqljniani. (*sed* ni *post* lj *lineolis del*): *ubi* Caeciliani *adiunxit v, praemisit Sp.* | animadũtunt ‖ 13 *sq.* caselljus· (*non* caselljus) | ·faustus (i *supra* u)·recte: *ubi* ⟨Faustus: quod si esset⟩ Faustius, recte *suppl Mue; an:* Faustius ⟨recto casu si esset,⟩ recte*?* ‖ 14 siascipione″ qdã (*v. adn.*) ‖ 20 id eo (*vel* ⟨id⟩ ideo) *Sp.* ‖ 23 uespertino tẽpore· Uere: *corr Popma* ‖ 25 *sq.* hora *abundare adnotat Sp.* | *an:* dicitur: qui p. m. surgit ⟨magis mane surgit⟩ quam*? (v. adn.)* ‖ 26 ñ prior: *corr Steph* ‖ 27 *lac sign Sp. supplens* ⟨dies, sic mane non magis quam⟩ ‖ 30 *add Sp.*

cula anicilla, a cado duo reliqua quod non sint propagata, sic non dicatur a piscina piscinula piscinilla. ad huiuscemodi vocabula analogias esse ut dixi, ubi magnitudo animadvertenda sit in unoquoque gradu eaque sit in usu co⟨m⟩muni, ut est cista cistula cistella et canis catulus catellus, quod in pecoris usu non est. itaque consuetudo frequentius res in binas dividi partis ut maius et minus, ut lectus et lectulus, arca et arcula, sic alia.

75 46. quod dicunt *(VIII 49)* casus alia non habere rectos, alia obliquos et ideo non esse analogias, falsum est. negant habere rectos ut in hoc frugis frugi frugem, item colem colis cole, obliquos non habere ut in hoc Diespiter Diespitri Diespitrem, Maspiter Maspitri
76 Maspitrem. ad haec respondeo et priora habere nominandi et posteriora obliquos. nam et frugi rectus est natura frux, at secundum consuetudinem dicimus ut haec avis, haec ovis, sic haec frugis; sic secundum naturam nominandi est casus cols, secundum consuetudinem colis, cum utrumque conveniat ad analogian, quod et id quod in consuetudine non est cuius modi debeat esse apparet, et quod est in consuetudine nunc in recto casu, eadem est analogia, ac pleraque, quae ex multitudine cum transeunt in singulare, difficulter efferuntur ore. sic cum transiretur ex eo quod dicebatur haec oves, una non est dicta ovs sine I, sed additum I ac factum ambiguum verbum nominandi an
77 patrici esse⟨t⟩ casus. ut ovis, et avis. sic in obliquis casibus cur negent esse Diespitri Diespitrem non video, nisi quod minus est tritum in consuetudine quam Diespiter; quod [in]nihil⟨i⟩ argumentum est: nam tam casus qui non tritus est quam qui est. sed est⟨o⟩ in casuum serie alia vocabula non habere nominandi, alia de obliquis aliquem: nihil enim ideo quo minus siet ratio percellere poterit hoc
78 crimen. nam ut signa quae non habent caput [et] aut aliquam aliam partem, nihil[h]o minus in reliquis membris eorum esse possunt analogiae, sic in vocabulis casuum possunt item fieri ac reponi quod

---

5 *Cf. VIII 79; GL. I 94, 3* (canis catulus). *326, 28* (canis canicula) ‖ 6 *sq. Cf. TG. s.* lectulus *et* arcula*; Fest. Pauli 25, 3* (arca deminutivum facit arculam et arcellam)*; GL. I 326, 5* (apud antiquos . . . ad tertiam usque formam tam quam arca arcula arcella arcellula)*; II 114, 7 et Mart. Cap. III 233* (arca arcula) ‖ 8 *Cf. § 70* ‖ 10 *Cf. Quint. I 6, 17* (frugalis quoque sit apud illos, non frugi) ‖ 11 *sq. Cf. ad VIII 33; 49. IX 77. X 65* ‖ 22 *Cf. ad VIII 7; 46* ‖ 23 *Cf. § 75 et V 66*

---

1 quod *secl Mue c. al.* ‖ 2 *an duce Sp.:* ad ⟨quae dico⟩ *et* vocabulis*?* ‖ 4 ea que: *corr Mue* | comuni *s. v.* ‖ 5 non *secl Canal* ‖ 10 role· rolis· role·: *corr Mue* (colis coli colem)*; item v.* 15 rois· *et* rolis· ‖ 21 ous· sine una·: *corr Sp.* | ãbiguũ uerbũ· ‖ 22 *add Sp.* | casus· Ut (*ex* casus ut) ouis et: casus ovis ut *Mue* (*recte dist Canal*) | auis sic ‖ 24 Innihil: *corr Aug* ‖ 25 *add Sp.* ‖ 27 si &: sit *v* ‖ 29 nihil (hi *ex* m) homin;

aberit, ubi patietur natura et consuetudo: quod nonnunquam apud poetas invenimus factum, ut in hoc apud N⟨a⟩evium in Clastidio *(fr. tr. praet. II R.)*: 'vita insepulta laetus in patriam redux'.

47. item reprehendunt, quod dicatur haec strues, hic Herculēs, 79
hic homo: debuisset enim dici, si esset analogia, hic Hercul, haec strus, hic homon. haec ostendunt non[a] non analogian esse, sed obliquos casus non habere caput ex sua analogia. non, ut si in Alexandri statua imposueris caput Philippi, membra conveniant ad rationem, sic et †Alexandri membrorum simulacrum caput quod respondeat item sit? non, si quis tunicam in usu ita consuit, ut altera plagula sit angustis clavis, altera latis, utraque pars in suo genere caret analogia.

48. item negant esse analogias, quod alii dicunt cupressus, alii 80
cupressi, item de ficis platanis et plerisque arboribus, de quibus alii extremum VS, alii EI faciunt. id est falsum: nam debent dici E et I, fici ut nummi, quod est ut nummi⟨s⟩ fici⟨s⟩, ut nummorum ficorum. si essent plures ficus, essent ut manus; diceremus ut manibus, sic ficibus, et ut manuum, sic ficuum, neque has ficos diceremus, sed ficus, ut non manos appellamus, sed * * * consuetudo diceret singularis obliquos casus huius fici neque hac fico, ut non dici⟨t⟩ huius man[u]i, sed huius manus, ⟨n⟩ec hac mano, sed hac manu.

49. etiam illud putant esse causae, cur non sit [in] analogia, 81
quod Lucilius scribit *(1153 sq. M.)*: 'decu⟨s⟩is sive decusibus est'. qui errant, quod Lucilius non debuit dubitare, quod utrumque: nam in aere usque ab asse ad centussis numerus aes adsignificat, et eius numero finiti casus omnis ab dupondio sunt, quod dicitur a multis duobus modis hic dupondius et hoc dupondium, ut hoc gladium et hic gladius; ab tressibus virilia multitudinis hi tresses et 'his tressibus confido', singulare 'hoc tressis habeo' et 'hoc tres⟨s⟩is confido',

---

4 *sqq. Cf. GL. I 40, 6* | *Cf. GL. I 132, 8; IV 10, 28* | *Cf. X 50* || 13 *Cf. Caesar apud GL. I 130, 6 (v. Reitzenstein p. 63 adn. 1)* || 16 *Cf. GL. I 95, 22 sqq. 128, 20 sqq., alios locos quos multos congessit ad Mart. I 65 Friedländer* || 25 *sq. Cf. V 169 sq.* || 26 *sq. Cf. TG. s.* dupondium | *Cf. Quint. I 5, 16* (gladia qui dixerunt, genere exciderunt)*; Non. 208, 12; TG. s. v.* || 28 *Cf. V 169 ibique adnotata*

---

4 herculjs || 6 hic (*ex* hoc) homon: hic homen *Canal, fort. recte* | noua ñ: *corr Sp.; an:* hom⟨en. n⟩on haec ostendunt nova non*?* || 7 casus ñ *ras ex* casus · ñ || 8 *sq.* sit & | ⟨si ad⟩ Alexandri *Reiter* | caput, p *ex* l *vel* ſ *inter scribendum* || 10 Nã si *ex* Non si (n *lineola del*) | placula: *corr Ald* || 11 claui$^{s}$ ($^{s}$ *m. 2*) || 12 *sq.* cup̄ss- *bis* || 14 U · S · alji Єj · (*non* ali ei) || 15 Є · & · J · : EI *A. Sp.* (*cf. adn.*) | *add Sp.* || 18 · Sed: *ubi* ⟨manus nec⟩ *suppl Sp.* || 20 *del Laet c. al.* | & hac: *corr Sp.* || 21 *secl Ald c. al., vix recte; an:* in ⟨numeris⟩*? (cf. 169, 9, al.)* || 22 decuis: *corr Lachm duce Mue* (decussi) || 27 *sq.* tre$^{s}$ſib; *bis et* tre$^{s}$ſes | treſiſ confido (*sic c. spat.*) | conficio *Canal*

82 sic deinceps a⟨d⟩ centussis. deinde numerus aes non significans. numeri
qui ⟨a⟩es non significant, usque a quattuor ad centum, triplicis ha-
bent formas, quod dicuntur hi quattuor, hae quattuor, haec quattuor;
cum perventum est ad mille, quartum assumit singulare neutrum,
quod dicitur hoc mille denarium, a quo multitudinis fit milia dena-
83 rium. quare quo⟨nia⟩m ad analogias quod pertineat non est ut omnia
similia dicantur, sed ut in suo quaeque genere similiter declinentur,
stulte qu⟨a⟩erunt, cur as et dupondius et tressis non dicantur pro-
portione, cum as sit simplex, dupondius fictus, quod duo asses pen-
deba[n]t, tressis ex tribus aeris quod sit. pro assibus nonnunquam
aes dicebant antiqui, a quo dicimus assem tenentes 'hoc [ab] aere
84 aeneaque libra' et 'mille ⟨a⟩eris legasse'. quare quod ab tressis us-
que ad [du]centussis numeri [ex] eiusdem modi sunt compositi, eius-
dem modi habent similitudinem: dupondius, quod dissimilis est, ut de-
buit, dissimilem habet rationem. sic as, quoniam simplex est ac prin-
cipium, et unum significat et multitudinis habet suum infinitum:
dicimus enim asses, quos cum finimus, dicimus dupondius et tressis
85 et sic porro. sic videtur mihi, quoniam finitum et infinitum habeat
dissimilitudinem, non debere utrumque item dici, eo magis quod in
ipsis vocabulis ubi additur certus numerus in miliariis aliter atque in
reliquis dicitur: nam sic loquontur, 'hoc mille denarium', non 'hoc
mille denari⟨orum⟩', et 'haec duo milia denarium', non 'duo milia denari-
orum'. si esset denarii in recto casu atque infinitam multitudinem
significaret, tunc in patrico denariorum dici oportebat; et non solum
in denariis, victoriatis, drachmis, nummis, sed etiam in viris idem ser-
vari oportere, cum dicimus iudicium fuisse triumvirum, decem⟨virum,
86 centum⟩virum, non centum virorum. numeri antiqui habent analo-
gias, quod omnibus est una [non novenaria] regula, duo actus, tres
gradus, sex decuriae, qua⟨e⟩ omnia similiter inter se respondent. re-

4 *Cf. § 85; Gell. I 16, 9* (recte et probabiliter dici solitum 'mille denarium in arca est'); *Macr. I 5, 4 sqq.* ‖ 15 *Cf. ad 52, 3* ‖ 21 *Cf. VIII 71* ‖ 28 *Cf. Mart. Cap. II 103* (per novenariam regulam . . .)

1 acentuſſiſ (*sic*) ‖ 4 mille· quartũ . . . neutrũ· | quartum *secl Sp. (sed cf. § 88)* | assumit⟨ur⟩ *idem* ‖ 5 *sq.* denarium *secl Sciop (v. test.): item mox, fort. recte* | denaria: *corr Aug* | cũ: *corr Mue* | pertinet *Sp.* ‖ 9 *sq.* cum adsit: *corr Ald* | simples *ex* simplex | dipondius | pendebant· Tressis· ex . . . passib;· Nonnunquam ‖ 11 *sq. secl Brissonius* | ęrea eneaq; ‖ 13 *sq.* ad ducentus‖sis | ejdẽ modi (*bis*) ‖ 15 Sicąs q̃m (q *ex* cu *inter scribendum*) ‖ 16 ·hab& suũ ‖ 18 porro sic . . . mihi· | habeat, t *ex* d *inter scribendum* ‖ 20 uocalib; | miljtaris ‖ 22 *sq.* denarii·: *corr Sp.* | denaria ñ | denarii·: *corr Christ* ‖ 25 & rachmis: *corr Rhol* | uiris *ex* utris (ut *lineolis del et* ui *s. scr.*) ‖ 26 *sq.* oporteret *Sciop* | *supplevimus duce Mue* ‖ 28 ñ· nouenaria: *secl Sp.* (non *c. v*): *an ex p. 167, 3 anticipata* (ñ = natura)? ‖ 29 *sq. add Rhol* | regulę·: *corr Sciop*

gula[e] est numerus novenarius, quod, ab uno ad novem cum pervenimus, rursus redimus ad unum †et · V · hinc et nonaginta et nongenta ab una sunt natura novenaria; sic ab octonaria, et deosum versus ad singularia perveniunt. actus primus est ab uno ⟨ad⟩ nongenta, secun- 87
dus a mille ad nongenta milia; quod idem valebat unum et mille, utrumque singulari nomine appellatur: nam ut dicitur hoc unum, haec duo, ⟨sic hoc mille, haec duo⟩ milia et sic deinceps multitudinis in duobus actibus reliqui omnes item numeri. gradus singularis est in utroque actu ab uno ad novem, denarius gradus ⟨a⟩ decem ad nonaginta, centenarius a centum ⟨ad⟩ nongenta. ita tribus gradibus sex decuriae fiunt, tres miliariae, tres minores. antiqui his numeris fuerunt contenti. ad hos tertium et quartum actum ab decies minores im- 88
posuerunt vocabula, neque ratione, sed tamen non contra est eam de qua scribimus analogiam. nam [ut] decien[i]s cum dicatur hoc deciens, ut mille hoc mille, ut sit utrumque sine casibus vocis, dicemus ut hoc mille, huius mille, sic hoc deciens, huius deciens, neque eo minus in altero, quod est mille, praeponemus hi mille, horum mille * * *

50. quoniam in eo est nomen co⟨m⟩mune, quam vocant *ὁμωνυ-* 89
*μίαν*, obliqui casus ab eodem capite, ubi erit *ὁμωνυμία*, [obliqui casus] quo minus dissimiles fiant, analogia non prohibet. itaque dicimus hic Argus, cum hominem dicimus, cum oppidum, †graecancaene hoc Argos, cum latine Argi. item faciemus, si eadem vox nomen et verbum significabit, ut et in casus et in tempora dispariliter declinetur, ut faciamus a Meto quod nomen est Metonis Metonem, quod verbum est metam metebam.

51. reprehendunt, cum ab eadem voce plura sunt vocabula de- 90

---

4 *sqq. Cf. Mart. Cap. VII 745* (primus igitur versus est a monade usque ad enneadem, secundus a decade usque ad nonaginta, tertius vero ab hecontade usque ad nongentos *e. q. s.*) || 21 *Cf. GL. IV 8, 17* (inveni et duo in numero plurali masculina, in numero singulari neutra, hi Argi, hoc Argos, hi porri, hoc porrum). *22, 12; VI 473, 16; Serv. in Aen. I 24*

---

2 unam ·&· U· hinc (unum et novem. hinc *Sp.*) | & || lx·: *corr Ald* | nungenti: *corr Sp.* || 3 ·nouenaria· | oct. *ex* o ct. | & deosũ ũsus· ad || 4 ·∂cccc· || 5 nungenta | ualebat *ex* ual& *inter scribendum* || 6 singulari numero *Laet, vix recte (cf. GL. II 145, 5)* || 7 *suppl Gronov* || 8 oṁs· Jtẽ numeri gradus || 9 denarios | decẽ· ad lx || 10 ·∂cccc· || 11 miliaria· &res minores antiq: *corr Sp. duce Ald* || 12 ꝺbhoſ (*sic, non* hoc) | ab decies ⟨adicientes⟩ *Canal duce Mue* (minorem ⟨a deciens miliens maiorem addentes⟩)*: atque* addentes *suppleas aut ante aut post* ab decies || 13 ñ c̃tra ẽ eã (*sic*) || 14 *sq.* ut *secl Sp.* (et *corr Canal*) | hoc deciens· (*sic*) || 16 decies (with n written above) huius (h *ex* u) || 17 *lac sign Mue coll. VIII 68* (⟨sic hi deciens, horum deciens⟩ *** *Sp.*) || 18 *sq.* Omonimyan· *et* omonimya· || 21 grecancęne: graecanice *Pius (at cf. X 71),* graece *Sp.; an:* graece *κοινῇ?* || 22 faciem;· Si | nomin&: *corr Pius* || 23 significauit: *corr Pius* || 24 facimus *Sp.*

clinata, quas *συνωνυμίας* appellant, ut [Sap⟨p⟩ho et] Alc⟨a⟩eus et Alc⟨a⟩eo, sic Geryon, Geryonus, Geryones. in hoc genere quod casus perperam permutant quidam, non reprehendunt analogiam, sed qui eis utuntur imperite; quod quisque caput prenderit, sequi debet eius consequenti⟨s⟩ casus in declinando ac non facere, cum dixerit recto casu Alc⟨a⟩eus, in obliquis dicere Alc⟨a⟩eoni et Alc⟨a⟩eonem; quod si miscuerit et non secutus erit analogias, reprehendendum.

91 52. ⟨reprehendunt⟩ Aristarchum *(VIII 68)*, quod haec nomina Melicertes et Philomedes similia neget esse, quod vocandi casus habet alter Melicerta, alter Philomede⟨s⟩, sic qui dicat lepus et lupus non esse simile, quod alterius vocandi casus sit lupe, alterius lepus, sic socer, macer, quod in transitu fiat ab altero trisyllabum soceri, ab
92 altero bisyllabum macri. de hoc etsi supra responsum est, cum dixi de lana *(§ 39)*, hic [hic] quoque amplius adiciam similia non solum a facie dici, sed etiam ab aliqua coniuncta vi et potestate, quae et oculis et auribus latere soleant: itaque s⟨a⟩epe gemina facie mala negamus esse similia, si sapore sunt alio; sic equos eadem facie nonnullos negamus esse similis, †in nationes ex procreante dissimilis.
93 itaque in hominibus emendis, si natione alter est melior, emimus pluris. atque in hisce omnibus similitudines non sumimus tantum a figura, sed etiam aliu⟨n⟩de, ut in equis et as[ut]inis, cuius modi faciant pullos, ut in pomis, quo sint suco. si igitur [sequitur] idem sequitur
94 in similitudine verborum quis, reprehendundus non est. quare similitudinum discernendarum causa nonnunquam ut pronomen assumitur, sic casum aliquem †assumi, ut in his nemus, lepus, hic lepus, hoc nemus: itaque discedunt ac dicuntur hi lepores, haec nemora; sic aliud si quid assumptum erit extrinsecus, quo similitudo penitus perspici possit: non enim erit remotum ab natura; neque enim magnetas

---

2 *Cf. Serv. in Aen. VII 662* ‖ 10 *Cf. ad 142, 10*

---

1 synonimyas | sapho· & alceus & alceo· | *secl Aug* ‖ 2 gerion· gerionus· geriones· ‖ 3 reprehendant *Canal* ‖ 5 *sq.* s *add Sp.* | *aut* dicere *aut* facere *secl Mue* | alceoni· & alceonem· ‖ 7 *sq.* analogias rep̄hendendum aristarchū: *dist Canal* (*post* analogias *v*) | *suppl Canal duce Aug; an fuit:* reprehenden⟨dus. item reprehen⟩dunt*? cf. v. 23 et p. 172, 20 (et* mendunt: mendum *171, 9)* ‖ 10 alt̃ (a *ex* u *incohato*) | philomede· | *add Mue* ‖ 12 trisillabū ‖ 14 adiciā· Similia ‖ 18 si natione sunt procreati dissimili *A. Sp.* (si *c. Sciop,* sunt *c. Sp.,* -creati *c. Mue*)*, vix recte; an:* si natione sunt [ex procreante] dissimili*?* ‖ 19 emimus *ex* & mimis (e *ex* & *corr et* ˇ *scr. supra* i(s) *lineolis del*) ‖ 21 aliude· | ętas· ut inis: *corr Groth duce Lachm* ‖ 22 sucosi· Jgit[2] | *prius* seqt[2] *lineolis del in cod* ‖ 23 *sq.* ūboꝝ· qs rep̄hendundus | similitudinem: *corr Sp.* ‖ 25 assumi⟨mus⟩ *Sp.; an:* assumi ⟨oportet⟩*? cf. 142, 20. 171, 23*

lapides duo inter se similes sint necne, perspicere possis, nisi minutum extrinsecus prope apposueris ferrum, quod similes lapides similiter ducunt, dissimiliter dissimiles. quod ad nominat[i]uom analo- 95
gia⟨m⟩ pertinet, ita †declinatum arbitror, ut †omnia quae dicuntur contra ad respondendum ab his fontibus sumi possit.

53. quod ad verborum temporalium rationem attinet, cum partes sint quattuor, tempora, personae, genera, divisiones, ex omni parte quoniam reprehendunt, ad singula respondebo.

54. primum quod aiunt analogias non servari in temporibus, 96
cum dicant legi lego legam et sic simili⟨ter⟩ alia: nam quae sint ut legi rem perfectam significare, duo reliqua lego et legam [et lego] inchoatam, iniuria reprehendunt: nam ex eodem genere et ex divisione idem verbum, quod sumptum est, per tempora traduci potest, ut discebam disco discam, et eadem perfecti, sic didiceram didici didicero.

55. ex quo licet scire verborum ratione⟨m⟩ constare, sed eos, qui trium temporum verba pronuntiare velint, ⟨in⟩scienter id facere;
item illos qui reprehendunt, quod dicamus amor amabor amatus sum: 97
non enim debuisse in una serie unum verbum esse duplex, cum duo simplicia essent. neque ex divisione si unius modi ponas verba, discrepant inter se: nam infecta omnia simplicia similia sunt, et perfecta duplicia inter se paria in omnibus verbis, ut haec amabar amor amabor, amatus ⟨sum amatus eram amatus⟩ ero. quare item male dicunt 98
ferio feriam percussi, quod est ordo feriam ⟨ferio⟩ feriebam, percussi percutio percutiam. sic deinceps in reliquis temporibus reprehendenti responderi potest.

56. similiter errant qui dicunt ex utraque parte verba omnia 99
commutare syllabas oportere aut nullum, in his pungo pungam pupugi, tundo tundam tutudi: dissimilia enim conferunt, verba infecti cum perfectis. quod si infecta modo conferrent, omnia verbi principia incommutabilia viderentur, ut in his pungebam pungo pungam et contra ex utraque parte commutabilia, si perfecta ponerent, ut pupugeram pupugi pupugero.

---

20 *sq. Cf. X 48* ‖ 22 *sq. Cf. GL. V 378, 25 sqq.*

---

3 *del Sp.* ‖ 4 *sqq. an:* deliquatum*?* | c̃tra· ad | *an:* ⟨contra⟩ omnia q. d. contra ad*?* | possit qđ . . . attin&· ‖ 7 tẽpora *ex* tepora (˜ *singulariter perscripto*) | personaꝝ· geneꝝ· diuisionũ· (*sic*): *corr Sp.* (temporum *e. q. s. Rhol*) ‖ 10 simile alia·: mille alia *Aug* ‖ 11 *sq.* legerẽ: *corr C. F. W. Mueller* (legi *iam Aug*) | ·& lego Inchoatã· Iniuria | *secl Sp.* (*priora* lego et *om v*) ‖ 13 infecti *post* ut *suppl Sp., post* tempora *Christ, post* tradu c i *nos* ‖ 14 ꝑfecti sic· ‖ 16 *add Sp.* ‖ 17·Jdẽ ‖ 20 similja (*supra* s *lineola del* ˜) s̃ ‖ 22 *suppl Canal* ‖ 23 *sq.*· pCuſſi· (C *ex* ſ) | feriam· ‖ feriebã·: *suppl Ald* | *exspectamus (duce Mue) velut* percussi ⟨percussero percusseram, item percutiebam⟩ p. p. ‖ 29 ꝑfectjs·: perfecti *Sp.*

100 57. item male conferunt fui sum ero, quod fui est perfectum, cuius series sibi, ut debet, in omnibus personis constat, quod est fueram fui fuero; de infectis sum quod nunc dicitur olim dicebatur esum et in omnibus personis constabat, quod dicebatur esum es est, eram eras erat, ero eris erit; sic huiusce modi cetera servare analogiam videbis.

101 58. etiam in hoc reprehendunt, quod quaedam verba neque personas habent ternas neque tempora terna: id imperite reprehendunt, ut si quis reprehendat naturam, quod non unius modi finxerit animalis omnis. si[c] enim natura non omnes formae verborum terna habe[a]nt tempora, ternas personas, non habent totidem verborum divisiones. quare cum imperamus, natura quod infecta ⟨ver⟩ba solum habe⟨n⟩t, cum aut praesenti aut absenti imperamus, fiunt terna, ut lege legito legat: perfectum enim imperat nemo. contra quae ⟨non⟩ sunt imperandi, ut lego legis legit, novena fiunt verba infecti, novena perfecti.

102 59. quocirca non si genus cum genere discrepa[n]t, sed in suo quisque genere si quid deest, requirendum. ad haec addita si erunt ea quae de nominatibus supra *(§ 75—79)* sunt dicta, facilius omnia solventur. nam ut illic †externi caput rectus casus, sic hic in forma est persona eius qui loquitur et tempus praesens, ut scribo lego.
103 quare ut illic fit, si[c] hic item acciderit in formula, ut aut caput non sit aut ex alieno genere sit, proportione eadem quae illic dicimus *(§ 76)*, cur ni[c]hilominus servetur analogia; item, si[c] ut illic caput suum habebit et in obliquis casibus transitio erit in aliquam formulam, qua assumpta reliqua facilius possint videri verba, unde sint declinata: fit enim, ut rectus casus nonnunquam sit ambiguus, ut in hoc verbo volo, quod id duo significat, unum a voluntate, alterum a volando; itaque a volo intellegimus et volare et velle.

104 60. quidam reprehendunt, quod pluit et luit dicamus in praeterito et praesenti tempore, cum analogi⟨a⟩e sui cuiusque temporis verba debeant discriminare. falluntur: nam est ac putant aliter, quod in praeteritis U dicimus longum pluit ⟨luit⟩, in praesenti breve pluit luit: ideoque in lege venditionis fundi ‚ruta c⟨a⟩esa' ita dicimus, ut U producamus.

---

32 *Cf. Cic. Top. XXVI 100; Fest. Pauli 262*$^{b}$*, 15, al.*

---

2 in omnibus personis (*aut certe* personis) *secl Sp. ut repetita ex v. 4* ‖ 4 in ōmib; *ex* in nominib; (no *lineolis del et* om *ex* min *corr*) ‖ 11 infectaba (infecti verba *Sp.*) ‖ 12 & p̄sentj: *corr Sp.* ‖ 13 *suppl Canal* ‖ 16 qsq;: quoiusque *Mue* (quoique *Sp.*) ‖ 17 nominatiuis: *corr Sp.* ‖ 18 ex̃tni $\overset{\text{caput}}{\text{rectus}}$: *an:* est verbi (*cf. 103, 2 sq. 164, 21 sq.*) caput rectus *?* ‖ 20 *del Mue* ‖ 21 *sq.* qua *et* diximus *Sp.* | *del A. Sp. duce Christ* (⟨si⟩ sicut) ‖ 23 habebit *ex* hab& *inter scribendum* ‖ 24 formulã *ex* forma$^{s}$ *inter scribendum* (a *lineolis del,* ulã *supra scr* [l *supra* $^{s}$]) ‖ 32 ″Inuenditionis ′lege, is *ex* e (*unde* in lege venditionis *Sp.*)

61. item reprehendunt quidam, quod putant idem esse sacrific[i]o 105
et sacrificor, [e]lavat et lavatur; quod sit an non, nihil commovet
analogian, dum sacrifico qui dicat servet sacrificabo et sic per totam
formam, ne dicat sacrificaturus aut sacrificatus sum: haec enim inter
se non conveniunt. apud Plautum *(Truc. 322 sq.)* cum dicit: 'piscis 106
ego credo qui usque dum vivunt lavant diu minus lavari quam haec
lavat Phronesium', ad lavant lavari non convenit, ut I sit postremum,
sed E; ad lavantur analogia lavari reddit: quod Plauti aut librarii
mendum si est, non ideo analogia, sed qui scripsit est reprehendendus. omnino et lava[n]t et lavatur dicitur separatim recte in rebus
certis, quod puerum nutrix lava⟨t⟩, puer a nutrice lavatur, nos in
balneis et lavamus et lavamur. sed consuetudo alterum utrum cum 107
satis haberet, in toto corpore potius utitur lavamur, in partibus lavamus, quod dicimus lavo manus, sic pedes et cetera. quare e balneis
non recte dicunt lavi, lavi manus recte. sed quoniam in balneis lavor
lautus sum, sequitur, ut contra, quoniam est soleo, oporte⟨a⟩t dici
solui, ut Cato *(inc. 54 Iord.)* et Ennius *(inc. 26 V.²)* scribit, non ut
dicit volgus, solitus sum, debere dici; neque propter haec, quod
discrepant in sermone pauca, minus est analogia, ut supra dictum
est *(§ 33)*.

62. item cur non sit analogia, afferunt, quod ab similibus similia 108
non declinentur, ut ab dolo et colo: ab altero enim dicitur dolavi, ab
altero colui; in quibus assumi solet aliquid, quo facilius reliqua dicantur, ut i⟨n⟩ Murmecidis operibus minutis solet fieri: igitur in
verbis temporalibus, quo⟨m⟩ similitudo s⟨a⟩epe sit confusa, ut discerni
nequeat, nisi transieris in aliam personam aut in tempus, quae proposita sunt no⟨n e⟩sse similia intellegitur, cum transitum est in secundam personam, quod alterum est dolas, alterum colis. itaque in 109
reliqua forma verborum suam ut[e]r⟨um⟩que sequitur formam. utrum
in secunda forma verb[or]um temporale habeat in extrema syllaba

1 *sq. Cf. Gell. XVIII 12, 10* (sacrificor pro sacrifico)*; Non. 479, 28* (sacrificantur pro sacrificant Varro *e. q. s.*) ‖ 7 *Cf. VIII s. f. (Gell. II 25, 7)* ‖ 13 *Cf. Don. (et Eugr.) in Andr. III 2, 3* ‖ 16 *sq. Cf. Mart. Cap. III 325* (quare soleo praeteritum perfectum non habet?)*; GL. II 420, 10* ‖ 23 *Cf. VII 1*

2 sacrifico· relauat: *corr Sp.* (sacrificor e⟨t⟩ *v*) ‖ 3 sacrifici qui: *corr Aug* ‖ 4 nec *v* | sacrificabor aut *Sp.* | sacrificatus, t *ex* u *incohato* ‖ 5 dicit ego (piscis *supra*) ‖ 7 ut ·T· sit ‖ 9 mendũ *ex* mendunt (*subpuncta* n, *non* t) ‖ 14 e ualneis ‖ 16 oport&: *corr Mue* (oporte⟨re⟩t *Sp.*) ‖ 18 debere⟨t⟩ *Sp.* | qđ *ex* quę (ę *lineola del*) ‖ 21 asserx ‖ 22 abdolo *ex* addolo | d̀baltero, a *ex* d *ut vid c. ras.* ‖ 24 utj mur me ci dis· | fieri igit (2 *supra*) ‖ 26 *sq.* p̃posita *ex* ꝑposita | nosse· similia: *corr Vertr* ‖ 29 *del et add Sciop* ‖ 30 *del Mue* | secunda ⟨persona⟩ verborum temporali⟨um⟩ *Sp.*

AS an IS a⟨u⟩t ES, ad discernendas similitudines interest: quocirca ibi potius index analogiae quam in prima, quod ibi abstrusa est dissimilitudo, ut apparet in his meo, neo, ruo: ab his enim dissimilia fiunt transitu, quod sic dicuntur meo meas, neo nes, ruo ruis, quorum unumquodque suam conservat similitudinis formam.

110 63. analogiam item de his quae appellantur participia reprehendunt multi; iniuria: nam non debent dici terna ab singulis verbis amaturus amans amatus, quod est ab amo amans et amaturus, ab amabar amatus. illud analogia quod praestare debet, in suo quicque genere habet, casus, ut amatus amato et amati amatis; et sic in muliebribus amata et amatae; item amaturus eiusdem modi habet declinationes, amans paulo aliter; quod hoc genus omnia sunt in suo genere similia proportione, sic virilia et muliebria sunt eadem.

111 64. de eo quod in priore libro extremum est, ideo non es⟨se⟩ analogia⟨m⟩, quod qui de ea scripserint aut inter se non conveniant aut in quibus conveniant ea cum consuetudinis discrepent verbis, utrumque ***: sic enim omnis repudiandum erit artis, quod et in medicina et in musica et in aliis multis discrepant scriptores; item in quibus conveniunt in scriptis, si etiam repudiat natura, quod ita ut dicitur, non sit ars, sed artifex reprehendendus, qui debet in scri-
112 bendo non vidisse verum, non ideo non posse scribi verum. qui dicit *(VIII 66)* hoc monti et hoc fonti, cum alii dicant hoc monte et hoc fonte, sic alia quae duobus modis dicuntur, cum alterum sit verum, alterum falsum, non uter peccat tollit analogias, sed uter recte dicit confirmat; et quemadmodum is qui [cum] peccat in his verbis, ubi duobus modis dicuntur, non tollit rationem cum sequitur falsum, sic etiam in his ⟨quae⟩ non [in] duobus dicuntur, si quis aliter putat dici oportere atque oportet, non scientiam tollit orationis, sed suam inscientiam denudat.

113 65. quibus rebus solvi arbitraremur posse quae dicta sunt priori libro contra analogian, ut potui brevi percucurri. ex quibus si id

---

16 *Cf. ad VIII 33* ‖ 22 *Cf. frg. 18 W. (v. Wilmanns p. 33)*

---

1 ·As· an̄Js· (*ex* anis·) d̄t si addiscernendas: *corr Canal duce Rhol* (an ES ⟨an Ĭs⟩ aut ĪS *Sp.*, an ES an IS *A. Sp.*) ‖ 3 meo meo4 (*supra:* neo· ruo·) ‖ 7 multa· Iniuria·: *correximus* (multa i. *v*) ‖ 8 amas (n *supra*) | ab amaturus: *trai Rhol* ‖ 11 muliebrib;· ‖ 14 ē analogia: *corr Mue c. al.* ‖ 16 discrepant: *corr Mue* ‖ 17 utrumque ⟨falsum est⟩ *Popma; an* utrumq⟨ue est le⟩ve*? (neque enim falsa sunt)* ‖ 19 ut scriptis: *corr A. Sp.* (ut *del Mue*) | etiā: ea *Sp.*, ⟨sci⟩e⟨n⟩tiam *Wilmanns; an:* ea tamen (tam̄) *et mox* ita [ut]*?* | repudiat (n *supra*) ‖ 20 ars· | *an:* qui ⟨dici⟩ debet*? (nisi subintellegitur eiusmodi infinitivus)* ‖ 25 qcū: *secl Sp.* ‖ 27 *an:* ⟨ubi⟩ non*?* (*nisi v. 25 praestat* quae *pro* ubi)

confecissent quod volunt, ut in lingua latina esset anomalia, tamen nihil [l]egissent ideo, quod in omnibus partibus mundi utraque natura inest, quod alia inter se †alia sunt, sicut in animalibus dissimilia sunt, ut equus bos ovis homo, item alia, et in unoquoque horum genere inter se similia innumerabilia. item in piscibus dissimilis murena lupo, [h]is soleae, haec †nerene et mustelae, sic aliis, ut maior ille numerus sit similitudinum earum quae sunt separatim in murenis, separatim in asellis, sic in generibus aliis. quare cum in inclinationi- 114
bus verborum numerus sit magnus a dissimilibus verbis ortus, quod etiam vel maior est in quibus similitudines reperiuntur, confitendum est esse analogias. itemque cum ea non multo minus quam in omnibus verbis patiatur uti consuetudo co⟨m⟩munis, fatendum illud †quo quando analogian sequi nos debere universos, singulos autem praeterquam in quibus verbis offensura sit consuetudo co⟨m⟩munis, quod ut dixi *(§ 5)* aliud debet praestare populus, aliud e populo singuli homines. neque id mirum est, cum singuli quoque non sint eodem iure: nam liberius potest poeta quam orator sequi analogias. quare cum 115
hic liber id quod pollicitus est demonstraturum absolverit, faciam finem; proxumo deinceps de declinatorum verborum forma scribam.

13 *sqq. Cf. ad § 5; X 74*

1 c̃ficissent ‖ 3 inter se ⟨similia⟩ alia ⟨dissimilia⟩ *Mue* | s̃ ‖ 6 *del Sp.* | nerene *ex* merene*; an:* maenae*? nisi* nerena *nomen singulare est, ut* surena *V 77, al.* ‖ 10 c̃ferendũ: *an:* efferendum *(cf. VIII 1) vel* conferen⟨do efficien⟩dum*?* ‖ 11 ·Jtẽ quę cũ ea· ñ multomin; (quę *secl Sp.*) ‖ 12 *sq.* quoque modo *Mue, qui debuit* quoquo modo*, ut Canal* (*cf. § 5* 'in omnibus verbis')*; minus recte* quoque (*et* universos ⟨in omnibus⟩) *Sp.* ‖ 18 absoluer͂ ·: *corr Ald* ‖ 19 finẽ ꝓxumo· deinceps | firma: *corr Pius*

M. TERENTI VARRONIS

# DE LINGUA LATINA

AD CICERONEM LIBER VIIII EXPLICIT· INCIPIT

## X

1 1. in verborum declinationibus disciplina loquendi dissimilitudinem an similitudinem sequi deberet, multi qu⟨a⟩esierunt, cum ab his ratio quae ab similitudine oriretur vocaretur analogia, reliqua pars appellaretur anomalia. de qua re primo libro quae dicerentur cur dissimilitudinem ducem haberi oporteret, dixi, secundo contra quae dic⟨er⟩entur, cur potius [dis]similitudinem conveniret praeponi. quarum rerum quod nec fundamenta, ut debuit, posita ab ullo neque ordo ac natura, ut res postulat, explicita, ipse eius rei formam exponam.
2 dicam de quattuor rebus, quae continent declinationes verborum: quid sit simile ac dissimile, quid ratio quam appellant *λόγον*, qui pro portione quod dicunt *ἀνὰ λόγον*, quid consuetudo; quae explicat⟨a⟩e declarabunt analogiam et anomalia⟨m⟩, unde sit, quid sit, cuius modi sit.

3 2. de similitudine et dissimilitudine ideo primum dicendum, quod ea res est fundamentum omnium declinationum ac continet rationem verborum. simile est quod res plerasque habere videtur easdem quas illud cuiusque simile: dissimile est quod videtur esse contrarium huius. minimum ex duobus constat omne simile, item dissimile, quod nihil potest esse simile, quin alicuius sit simile, item nihil dicitur dissimile,
4 quin addatur quoius sit dissimile. sic dicitur similis homo homini,

---

9 *sqq.* § *Cf.* 37

---

2 *sqq.* *díst Canal* (Cum . . . anomalia, de *v*) ‖ 6 *add Ald* | *dèl Ald* | quaꝝ, a *ex* o ‖ 7 debita ‖ 8 natura, n *ex* m *inter scribendum* ‖ 9 declinationib;: *corr Sp.* ‖ 10 *sq.* ·logon· | qd dicunt | ꝑportione *et* analogon· (*ἀνάλογον v*): *corr Plasberg* ‖ 12 *add Pius* ‖ 16 (r)es pleraq; (s *supra* a) *in ras. m. 1* | ″uidet (2 *supra* t) habere (′ *ante* habere *aut om aut non apparet*) ‖ 17 *sq.* cuius quid *Mue* | hulus minimũ· ‖ 19 d͡r dissimile *corr ex* d͡r dissimilj ‖ 20 similj[s] *ex* simile (*cf.* 175, 20)

equus equo, et dissimilis homo equo: nam simile est homo homini
ideo, quod easdem figuras membrorum habent, quae eos dividunt ab
reliquorum animalium specie. in ipsis hominibus simili de causa vir
viro similior quam vir mulieri, quod plures habent easdem partis; et
sic senior seni similior quam puero. eo porro similiores sunt qui
facie quoque p⟨a⟩ene eadem, habitu corporis, filo: itaque qui plura
habent eadem, dicuntur similiores; qui proxume accedunt ad id, ut
omnia habeant eadem, vocantur gemini, simillimi. sunt qui tris na- 5
turas rerum putent esse, simile, dissimile, neutrum, quod alias vocant
non simile, alias non dissimile (sed quamvis tria sint simile dissimile
neutrum, tamen potest dividi etiam in duas partes sic, quodcumque
conferas aut simile esse aut non esse); simile esse et dissimile, si vi-
deatur esse ut dixi, neutrum, si in neutram partem praeponderet, ut
si duae res quae conferuntur vicenas habent partes et in his denas
habeant easdem, denas alias ad similitudinem et dissimilitudinem
⟨a⟩eque animadvertendas. hanc naturam plerique subiciunt sub dissi-
militudinis nomen. quare quoniam f[u]it ut potius de vocabulo quam 6
de re controversia esse videatur, illud est potius advertendum, quom
simile quid esse dicitur, [quin] cui parti simile dicatur esse (in hoc
enim solet esse error), quod potest fieri ut homo homini simile sit,
non sit, ut multas partis habeat similis et ideo dici possit similis habere
oculos, manus, pedes, sic alias res separatim et una plures. itaque quod 7
diligenter videndum est in verbis, quas partis et quot modis oporteat
similis habere ⟨quae similitudinem habere⟩ dicuntur, ut infra appare-
bit, is locus maxime lubricus est. quid enim similius potest videri
indiligenti quam duo verba haec suis et suis? quae non sunt, quod
alterum [non] significat suere, alterum suem. itaque similia vocibus
esse ac syllabis confitemur, dissimilia esse partibus orationis videmus,
quod alterum habet tempora, alterum casus, quae duae res vel maxime
discernunt analogias. item propinquiora genere inter se verba similem 8

27 *Cf. 177, 1sqq.; Apollon. de constr. II p. 141, 4 Uhl.* (τοῦ ὁμοίου ἀκολουθίᾳ ἀντιπαραβάλλονται αἱ λέξεις, καὶ εἰ τοῦτο, πῶς οὐ μάταιον τὸ διάφορα μέρη λόγου ἀντιπαραβάλλειν; οὐδὲν δὲ ἐκώλυεν, ἐπειδὴ καὶ προσώπων διακριτικόν ἐστιν τὸ μόριον, ἀντιπαραθέσθαι τὰς φωνὰς τῶν ῥημάτων, καὶ οὕτω πάλιν τὰς ἀντωνυμίας τοῦ δέοντος περιγράφειν)

6 *dist Lachm duce Mue* (⟨et⟩ filo) ‖ 7 prox̌ime ‖ 8 ·Simillimi· ‖ 13 dixịneu-trũ· si ‖ 15 [habeant] *Sp., fort. recte: nisi quod inde antea* habe⟨a⟩nt *corrigas* ‖ 18 qm̃ (cũ) (*non* qm̃ (·u·)) ‖ 19 qn cui: *secl Sp.* (*et corr* quoi) ‖ 20 *sq.* simile sit· ñ sit· ut; similis (*sic v*) non sit, at *Sp.* ‖ 24 *supplevimus* (⟨quae similia esse⟩ *Sp.*)*: cf. 176, 27, al.* ‖ 27 *sq.* ″esse ′uocibus (*incertiore* ′)

s⟨a⟩epe pariunt errorem, ut in hoc, quod nem[er]us et lepus videtur
esse simile, [quod] cum utrumque habeat eundem casum rectum; sed
non est simile, quod eis cert⟨a⟩e similitudines opus sunt, in quo est
ut in genere nominum sint eodem, quod in his non est: nam in
virili genere [nominum sint eodem] est lepus, ex neutro nemus: dicitur
enim hic lepus et hoc nemus. si eiusdem generis esse⟨n⟩t, utrique
praeponeretur idem ac diceretur aut hic lepus et hic nemus aut hoc
9 nemus, hoc lepus. quare quae et cuius modi sunt genera similitu-
dinum ad hanc rem, perspiciendum ei qui declinationes verborum pro-
portione sintne qu⟨a⟩eret. quem locum, quod est difficilis, qui de his
rebus scripserunt aut vitaverunt aut inceperunt neque adsequi potu-
10 erunt. itaque in eo dissensio neque ea unius modi apparet: nam alii
de omnibus universis discriminibus posuerunt numerum, ut Dionysius
Sidonius, qui scripsit ea[s] esse septuaginta unum, alii partis eius
quae habe[n]t casus, cuius eidem hic cum dicat esse discrimina quadra-
ginta septem, Aristocles rettulit in litteras XIIII, Parmeniscus VIII,
11 sic alii pauciora aut plura. quarum similitudinum si esset origo recte
capta et inde orsa ratio, minus erraret⟨ur⟩ in declinationibus v⟨er⟩bo-
rum. quarum ego principia prima duum generum sola arbitror esse,
ad quae similitudines exigi oporteat: e quis unum positum in verbo-
rum materia, alterum ut in materiae figura, quae ex declinatione fit.
12 nam debet esse unum, ut verbum verbo, unde declinetur, sit simile;
alterum, ut e verbo in verbum declinatio, ad quam conferetur, eiusdem
modi sit: alias enim ab similibus verbis similiter declinantur, ut ab
[h]erus ferus, [h]ero fero, alias dissimiliter [h]erus ferus, [h]eri ferum.
cum utrumque et verbum verbo erit simile et declinatio declinationi,
tum denique dicam esse similem ac duplicem et perfectam similitu-
13 dinem habere, id quod postulat analogia[m]. sed ne astutius videar
posuisse duo genera esse similitudinum sola, cum utriusque inferiores
species sint plures, si de his reticuero, ut mihi relinquam latebras,
repetam ab origine similitudinum quae in conferendis verbis et incli-
nandis sequendae aut vitandae sint.

---

1 numerus ‖ 2 qđ cũ: *secl Sp.* (quom *Mue*) | eundẽ, n *ex* u *inter scribendum* ‖ 3 eas ‖ 5 nemus dr̃ (dr̃ *del*)· Dr̃ (*i. e.* nemus· Dicitur *ex* nemus dicitur *inter scribendum*) ‖ 6 e&̃· (*non* e&) ‖ 8 sint *Sp.* ‖ 10 sint· ne quer& qđ locũ (quem *corr Mue*) ‖ 13 *sq.* dyonisius· sydonius· (*priore · lineola del*) | *del Sp.* | unã·: *corr idem* | partes (*non* partis): *corr Mue* ‖ 15 *sq. del idem* | ejdẽ: idem *Mue* | quadringenta ‖ 16 rutulit ‖ 18 *sq. add Vertr* | errar&· Indeclinationib; uboꝝ· quaꝝ ‖ 20 ·atq;: *corr Ald* | exegi ‖ 25 herus ferus· hero fero *et* herus ferus· herj ferũ· ‖ 27 simile *apogr, recte, ut vid.* ‖ 28 analogiã· ‖ 30 mͥ ‖ 31 similitudinũ, ũ *ex* e *inter scribendum*

prima divisio in oratione, quod alia verba nusquam declinantur, 14
ut haec vix mox, alia declinantur, ut ab limo limabo, a fero ferebam,
et cum nisi in his verbis quae declinantur non possit esse analogia,
qui dicit simile esse mox et nox errat, quod non est eiusdem generis
utrumque verbum, cum nox succedere debeat sub casuum ratione⟨m⟩,
mox neque debeat neque possit. secunda divisio est de his verbis 15
quae declinari possunt, quod alia sunt a voluntate, alia a natura.
voluntatem appello, cum unus quivis a nomine †aliae imponit nomen,
ut Romulus Romae; naturam dico, cum universi acceptum nomen ab
eo qui imposuit non requirimus quemadmodum is velit declinari, sed
ipsi declinamus, ut huius Romae, hanc Romam, hac Roma. de his
duabus partibus voluntaria declinatio refertur ad consuetudinem, na-
turalis ad [o]rationem. quare proinde ac simile conferri non oportet 16
ac dicere, ut sit ab Roma Romanus, sic ex Capua dici oportere Ca-
puanus, quod in consuetudine vehementer natat, quod declinantes
imperite rebus nomina imponunt, a quibus cum accepit consuetudo,
turbulenta necesse est dicere. itaque neque Aristarchii neque alii in
analogiis defendendam eius susceperunt causam, sed, ut dixi, hoc
genere declinatio in co⟨m⟩muni consuetudine verborum ⟨a⟩egrotat,
quod oritur e populo multiplici ⟨et⟩ imperito: itaque in hoc genere
in loquendo magis anomalia quam analogia. tertia divisio est: quae 17
verba declinata natura, ea dividuntur in partis quattuor: in unam quae
habet casus neque tempora, ut docilis et facilis; in alteram quae tem-
pora neque casus, ut docet facit; in tertiam quae utraque, ut docens
faciens; in quartam quae neutra, ut docte et facete. ex hac divisione
singulis partibus tres reliqu[er]⟨a⟩e dissimiles. quare nisi in sua parte
inter se collata erunt verba, si [non] conveniunt, non erit ita simile,
ut debeat facere idem. in articulis vix adumbrata est analogia et 19 (18)
magis rerum quam vocum; in nomin⟨at⟩ibus magis expressa ac plus
etiam in vocibus †ac similitudinibus quam in rebus suam optinet

---

5 *Cf. ad 175, 27* ‖ 7 *sqq. Cf. VIII 21. 34* ‖ 20 *Cf. 186, 24 ibique adn.* ‖ 22 *sqq. Cf. VI 36. VIII 44. IX 31* ‖ 28 *Cf. Apollon. de constr. II p. 141, 11 Uhl.* (*ἴσως οὖν ἐκείνῳ τις ἐπιστήσει, ἕνεκα τίνος τὸ ἀκόλουθον ἀπένευσαν αἱ ἀντωνυμίαι e. q. s.*)

---

2 alja decljman$\overset{2}{\text{t}}$ | lima ‖ 5 ratione·: *corr Lachm* ‖ 8 aliȩ: alii *v* (aliei *Sp.*); *an:* aliae ⟨rei⟩*?* ‖ 11 hanc, n *e corr inter scrib.* (*incohata* c *ut vid*) ‖ 13 orationẽ· ‖ 20 *add Groth; cf. ad 179, 6* ‖ 21 loquenda | anomalia, o *ex* a *et* m *in ras* (*incohato* analogia *ut vid*) | est ⟨quod⟩ quae *Sp.* ‖ 22 natura· Ea diuidi$\overset{2}{\text{t}}$: *corr Sp.* ‖ 26 reljquere (*non* relinquere): *corr Mue fere cum a* (reliquae re *Canal*) ‖ 27 si ñ c̃ueniunt: ñ *secl Canal* ‖ 28 facere idẽ Inarticulis· Uix [*ubi inter* idem *et* In articulis *interposuit Mue* quoniam . . . analogias *ex § 18 (20): cf. adn.*] ‖ 29 *add Sp.* | exp̄ssa ‖ 30 [ac similitudinibus] *Sp.;* ac syllabis *Canal, dubitanter; an:* ac ⟨syllabarum⟩ similitudinibus*? cf. 175, 27 sq.*

rationem. etiam illud accedit ut in articulis habere analogias ostendere sit difficile, quod singula sint verba, hic contra facile, quod magna sit copia similium nominatuum. quare non tam hanc partem ab illa [ab] dividendum quam illud videndum, ut satis sit verecundi
20 (19) etiam illam in eandem arenam vocare pugnatum. ut in articulis duae partes, finitae et infinitae, sic in †vocabulis duae, vocabulum et nomen: non enim idem oppidum et Roma, cum oppidum sit vocabulum, Roma nomen, quorum discrimen in his reddendis rationibus alii discernunt,
18 (20) alii non; nos sicubi opus fuerit, quid sit et cur, ascribemus. unius cuiusque partis quoniam species plures, de singulis dicam. prima pars casualis dividitur in partis duas, in nominatus † ·s̃· quod neque finitum est ut hic et quis; de his generibus duobus utrum sumpseris, cum reliquo non conferendum, quod inter se dissimiles habent analogias.
21 nominatus ut similis sit nominatus, habere debet ut sit eodem genere, specie eadem, sic casu, exitu eius: specie, ut si nomen est quod conferas, cum quo conferas sit nomen; genere [simile], ut non †solum utrumque sit virile; casu [simile], ut si alterum sit dandi, item alterum sit dandi; exitu, ut quas unum habeat extremas litteras, easdem alte-
22 rum habeat. ad hunc quadruplicem fontem ordines deriguntur bini, uni transversi, alteri derecti, ut in tabula solet in qua latrunculis ludunt. transversi sunt qui ab recto casu obliqui declinantur, ut albus albi albo; derecti sunt qui ab recto casu in rectos declinantur, ut albus alba album; utrique sunt partibus senis. transversorum ordinum partes appellantur casus, derectorum genera, utrisque inter se impli-

---

3 *sqq. Cf. Apollon. de constr. II p. 140, 13 Uhl.* (*σαφὲς οὖν ὅτι ληροῦσιν οἱ ἐγχρονίσαντες εἰς τὸ ἐπισκώπτειν τὰς φωνὰς* [*sc. ἀντωνυμίας*] *ὡς ἀνακολούθους καὶ παραλόγους παρατιθέμενοι τὴν ἀπὸ τῶν ὀνομάτων ἀναλογίαν· ἐπεὶ οὐδὲ ἐκεῖνο αὐτοῖς δέδοται τὸ παντὶ ὀνόματι πᾶν ἀντιπαραβάλλειν*) ‖ 11 *sq. Cf. VIII 45. 50* ‖ 14 *sqq. Cf. GL. I 117, 1* (huic [*scil. analogiae*] Aristophanes quinque rationes dedit vel, ut alii putant, sex: primo ut eiusdem sint generis de quibus quaeritur, dein casus, tum exitus, quarto numeri syllabarum, item soni. sextum Aristarchus discipulus eius illud addidit, ne umquam simplicia compositis aptemus)*; VI 276, 5; IV 373, 4. 435, 15; V 47, 13. 197, 24 ibique Caesar; Herodian. II 2 p. 634, 6 Lentz* (*τὸ ὅμοιον ἐν τοῖς ὀνόμασιν ἢ γένει ἢ εἴδει ἢ σχήματι ἢ ἀριθμῷ ἢ τόνῳ ἢ πτώσει ἢ καταλήξει e. q. s.*) *et Choerob. I 108, 10 sqq. Hilg.; Anecd. p. 629 sqq. Bekk.; Isid. I 28, 1; v. Usener 'Ber. d. bayer. Akad.' 1892 p. 625 adn.*

---

4 ab diuidendũ· ‖ 5 illã· Ineandẽ ‖ 6 sic in nominatibus *Sp., recte* ‖ 9 *sq.* ascribim; unius cuiusq; partes· qm̃: *corr Sciop* ‖ 11 *non nulla deesse vidit Sp.: cf. VIII 45* ‖ 13 *sq.* c̃ferendũ· qđ . . . analogias nominatus· ut similis sit nominatus habere, *verbis* nominatus . . . nominatus *paullo minoribus litt. et s. v. scr., ut ab eadem manu in lac postea inserta videantur* ‖ 15 *sqq.* casu· exitu ej (eius *om v,* eius⟨dem modi⟩ *Sp.*) genere· ut *et* nom̃ specie simile ut: *ubi* genere *et* specie *trai Luebbert* | simile *bis secl Sp.* | non solum ⟨unum, sed⟩ utrumque *Mue* (sed *c. v*), *fort. recte* ‖ 18 unũ, nı *e corr et c. ras* (*ex* m *ut vid*) ‖ 20 latrunculus: *corr Bent* ‖ 24 expellant[2]: *corr Ald* | genere

catis forma[m]. dicam prius de transversis. casuum vocabula alius 23
alio modo appellavit; nos dicemus, qui nominandi causa dicitur, nomi-
nandi vel nominativum * * * * * * * et scopae, non dicitur una scopa: 24
alia enim natura, quod priora simplicibus, posteriora in coniunctis
rebus vocabula ponuntur, sic bigae, sic quadrigae a coniunctu dictae.
itaque non dicitur, ut haec una lata et alba, sic una biga, sed unae
bigae, neque [ut dicitur] ut hae duae latae, albae, sic hae duae bigae
et quadrigae. item figura verbi qualis sit refert, quod in figura vocis 25
alias commutatio fit in primo verbo süit modo süit, alias in medio,
ut curso cursito, alias in extremo, ut doceo docui, alias co⟨m⟩munis,
ut lego legi. refert igitur ex quibus litteris quodque verbum constet
maxime extrema, quod ea in plerisque commuta[n]tur. quare in his 26
quoque partibus similitudines ab aliis male, ab aliis bene quod solent
sumi in casibus conferendis, recte an perperam videndum; sed ubi-
cumque commoventur litterae, non solum eae sunt animadvertendae,
sed etiam quae proxumae sunt neque moventur: haec enim vicinitas
aliquantum potes⟨t⟩ in verborum declinationibus. in quis figuris non 27
ea similia dicemus quae similis res significant, sed quae ea forma sint,
ut eius modi res [similia] ex instituto significare plerumque sole⟨a⟩nt,
ut tunicam virilem et muliebrem dicimus non eam quam habet vir
aut mulier, sed quam habere ex instituto debet: potest enim mulie-
brem vir, virilem mulier habere, ut in scena ab actoribus haberi vi-
demus, sed eam dicimus muliebrem, quae de eo genere est quo indutui
mulieres ut uterentur est institutum. ut actor stolam muliebrem sic
Perpenna et C⟨a⟩ecina et ⟨S⟩purinna figura muliebria dicuntur habere
nomina, non mulierum. flexurae quoque similitudo videnda ideo quod 28
alia verba quam vim habeant ex ipsis verbis, unde declinantur, ap-

3 *Cf. VIII 7 ibique allata testimonia* ‖ 5 *Cf. ad* 127, 8. 139, 1. 161, 9; *Gell. XIX 8, 17; GL. IV 432, 25; Lyd. de mens. I 12 = p. 7, 14 W.* ‖ 10 *Cf. Quint. IX 1, 12* (eadem figura dicitur 'cursitare' qua 'lectitare', id est eadem ratione declinari) ‖ *16 Cf. Usener l. s. s. de simili Herodiani ratione* ‖ 23 *sq. Cf. V 131* ‖ 25 *Cf. VIII 41. 81. IX 41*

1 formã dicã· Prius (dicã· *ex incohato* dicat *ut vid*) ‖ 3 hic deš tria f· ‖ in exẽplari *in marg m. 2: tum vacua relicta sunt et reliqua pars versus post* tiuum· *(quod solum extat in v. 21) et huius paginae v. 18 reliqui — nam et haec pagina et tres quae antecedunt v. 39 tantum continent — et proxima pagina tota et eius quae sequitur v. 8 primi: post quos 31 (non 32) perscripti sunt: ut in reliqua quoque cod. parte 39 v. (non 40) in pagina sunt* ‖ 6 lata & alba· ‖ 7 *secl Canal* (ut *c. al.*) | duę, ę *ex incohata* l *ut vid.* ‖ 9 in uno: *corr Mue* | ũbo suit· modo suit· alias (*accentus add Mue coll. IX 104*) ‖ 10 cursu ‖ 11 lege· ‖ 12 cõmutant[2]: *corr Canal* ‖ 17 *add Ald* ‖ 19 *secl Sp.* | solent· *ex* sol& *inter scribendum* (*non* solet *ex* solent): *corr Ald* ‖ 25 cecina (*non* cecinna) | S *add Aug* ‖ 26 Flexurę, F *ex* J ‖ 27 *sq.* appellarit: *corr Pius*

p[ell]aret, ut quemadmodum oporteat ut a praetor consul, praetori consuli; alia ex transitu intelleguntur, ut socer macer, quod alterum fit socerum, alterum macrum, quorum utrumque in reliquis a transitu suam viam sequitur et in singularibus et in multitudinis declinationibus. hoc fit ideo quod naturarum genera sunt duo quae inter se conferri possunt, unum quod per se videri potest, ut homo et equus, alterum sine assumpta aliqua re extrinsecus perspici non possit, ut
29 eques et equiso: uterque enim dicitur ab equo. quare hominem homini similem esse aut non esse, si contuleris, ex ipsis homini⟨bus⟩ animadversis scies; at duo inter se similiterne sint longiores quam sint eorum fratres, dicere non possis, si illos breviores cum quibus conferuntur quam longi sint ignores; si⟨c⟩ latiorum atque altiorum, item cetera eiusdem generis sine assumpto extrinsecus aliquo perspici similitudines non possunt. sic igitur quidam casus quod ex hoc genere sunt, non facile est dicere similis esse, si eorum singulorum solum animadvertas voces, nisi assumpseris alterum, quo flectitur in transeundum vox.

30 quod ad nominat[i]uom similitudines animadvertendas arbitratus sum satis es⟨se⟩ tangere, haec sunt. relinquitur de articulis, in quibus quaedam eadem, quaedam alia. de quinque enim generibus duo prima habent eadem, quod sunt et virilia et muliebria et neutra, et quod alia sunt ut significent unum, ⟨alia⟩ ut plura, et de casibus quod habent quinos: nam vocandi voce notatus non est. proprium illud habent, quod partim sunt finita, ut hic haec, partim infinita, ut quis [et] quae, [et] quorum quod adumbrata et tenuis analogia, in
31 hoc libro plura dicere ⟨non⟩ necesse est. secundum genus quae verba tempora habent neque casus, sed habent personas. eorum declinatuum species sunt sex: una quae dicitur temporalis, ut legebam gemebam, lego gemo; altera personarum, ut sero meto, seris metis; tertia rogandi, ut scribone legone? scribisne legisne? quarta respondendi, ut fingo pingo, fingis pingis; quinta optandi, ut dicerem facerem, dicam faciam;

---

6 *Cf. VIII 11* ‖ 7 *Cf. VIII 14* ‖ 25 *Cf. 177, 28. 178, 6* ‖ 29 *sqq. Cf. Diog. Laert. IX 53 sq.* (διεῖλε δὲ [*scil. Protagoras*] τὸν λόγον πρῶτος εἰς τέτταρα εὐχωλήν ἐρώτησιν ἀπόκρισιν ἐντολήν· οἱ δὲ εἰς ἑπτά· διήγησιν ἐρώτησιν ἀπόκρισιν ἐντολήν ἀπαγγελίαν εὐχωλήν κλῆσιν, οὓς καὶ πυθμένας εἶπε λόγων); *Quint. III 4, 10*

---

1 *sq.* ut[a] p̃tor · c̃sul · p̄tori c̃sulj · (*cf. adn.*) ‖ 9 homini (*in extremo v.*): *corr Canal* ‖ 10 similit̃ · ne ‖ 12 ignorent ·: *corr Ald* ‖ 17 transeundo *v* ‖ 19 sũ · satis (is *ex* u *incohato*) ẽ angere · hec s̃ ·: *corr Aug* ‖ 23 *sq.* ′ñ ẽ ꝓpriũ · Illud ‖ 25 qs & quę · & quoꝝ · quod | *secl Sp. c. al.* ‖ 26 nec esse ẽ secđm gen; · quę (⟨non⟩ *ante* est *Sp.*) ‖ 27 *sq.* si habent ‖ 29 logo

sexta imperandi, ut cape rape, capito rapito. item sunt declinatuum 32
species quattuor quae tempora habent sine personis: in rogando, ut
foditurne seriturne? et fodieturne sereturne? ab respondendi specie
eaedem figurae fiunt extremis syllabis demptis; op⟨t⟩andi species, ut
vivatur ametur, viveretur amaretur. imperandi declinatus sintne habe[n]t
dubitationem et eorum si[n]tne haec ratio: paretur pugnetur, parari
pugnari. accedunt ad has species a copulis divisionum quadrinis: ab 33
infecti et perfecti, emo edo, emi edi; ab semel et s⟨a⟩epius, ut scribo
lego, scriptitavi lectitavi; faciendi et patiendi, ut uro ungo, uror ungor;
a singulari et multitudinis, ut laudo culpo, laudamus culpamus. huius
generis verborum cuius species exposui quam late quidque pateat et
cuius modi efficiat figuras, in libris qui de formulis verborum erunt
diligentius expedietur. tertii generis, quae declinantur cum tempori- 34
bus ac casibus ac vocantur a multis ideo participalia, sunt hoc ge * * *
* * * quemadmodum declinamus, qu⟨a⟩erimus casus eius etiam. si is 35
qui finxit poeta aliquod vocabulum et ab eo casu⟨m⟩ ipse aliquem
perperam declinavit, potius eum reprehendimus quam sequimur. igitur ratio quam dico utrubique, et in his verbis quae imponuntur et
in his quae declinantur, neque non etiam tertia illa, quae ex utroque
miscetur genere. quarum unaqu⟨a⟩eque ratio collata cum altera aut 36
similis aut dissimilis, aut s⟨a⟩epe verba alia, ratio eadem, et nonnunquam ratio alia, verba eadem. quae ratio in amor amori, eadem in
dolor dolori, neque eadem in dolor dolorem, et cum eadem ratio quae
est in amor et [amor et] amoris sit in amores et amorum, tamen ea,
quod non in ea qua oportet confertur [a] materia, per se solum efficere
non potest analogias propter disparilitatem vocis figurarum, quod verbum copulatum singulare[m] cum multitudine: ita cum est pro portione, ut eandem habeat rationem, tum denique ea ratio conficit id
quod postulat analogia; de qua deinceps dicam.

3. sequitur tertius locus, quae sit ratio pro portione; ⟨e⟩a graece 37
voca[n]tur *ἀνὰ λόγον*; ab analogo dicta analogia. ex eodem genere

---

5 *Cf. Augustin. pr. dial. 19, 17 Cr.* (item 'scribere' qui dicit incertum est utrum infinitivo activi an imperativo passivi pronuntiaverit) ‖ 7 *Cf. IX 4* ‖ 30 *Cf. frgm. 41 W.; Quint. I 6, 3; Mart. Cap. III 290; GL. IV 74, 23* ‖ 31 *Cf. Aristot. de poet. c. 21 (p. 49, 15 ed. V.: τὸ δὲ ἀνάλογον λέγω, ὅταν ὁμοίως ἔχῃ τὸ δεύτερον πρὸς τὸ πρῶτον καὶ τὸ τέταρτον πρὸς τὸ τρίτον e. q. s.)*

---

5 sũ ne habent ‖ 6 sint ne hęc ‖ 8 sepius (*non* sepis) ‖ 10 Huius, Hui *in ras* ‖ 14 multis· Ideo | *post* ge (ge⟨nus⟩ *Mue*) *reliqua v. 11 pars (13 fere litt.) et reliqua paginae pars (28 v.) et proxima pagina tota vacuae sunt:* hic deẽ fořja IIJ · ‖ in exẽplari *m. 1 in marg* ‖ 15 *sq. distinximus* (eius, etiam si *v*)*: quamquam vel sic offendit* etiam *s. f.* ‖ 16 *add Canal* ‖ 24 Inamor & amor, *sed lineola per* am *post & ducta, non perducta per omnia* ‖ 27 singularẽ ‖ 27 *sq.* (*et* 30) proportione: *cf. § 2* | multitudine Ita ‖ 29 ·De . . . dicã· ‖ 30 *sq.* agrece: *corr Sp.* ‖ 31 analogon·

quae res inter se aliqua parte dissimiles rationem habent aliquam, si
ad eas duas alterae duae res collatae sunt, quae rationem habeant
eandem, quod ea verba bina habent eundem *λόγον*, dicitur utrumque
38 separatim *ἀνάλογον*, simul collata quattuor *ἀναλογ⟨ί⟩α*. nam ut in
geminis, cum simile⟨m⟩ dicimus esse Men⟨a⟩echmum Men⟨a⟩echmo,
de uno dicimus; cum similitudine⟨m⟩ esse in his, de utroque: sic cum
dicimus eandem rationem habere assem ad semissem quam habet in
arg[um]ento libella ad simbellam, quid sit *ἀνάλογον* ostendimus; cum
utrubique dicimus et in aere et in argento esse eandem rationem, tum
39 dicimus de analogia. ut sodalis et sodalitas, civis et civitas non est
idem, sed utrumque ab eodem ac coniunctum, sic *ἀνάλογον* et *ἀνα-
λογία* idem non est, sed item est congeneratum. quare si homines
sustuleris, sodalis sustuleris; si sodalis, sodalitatem: sic item si sustu-
40 leris *λόγον*, sustuleris *ἀνάλογον*; si id, *ἀναλογίαν*. quae cum inter se
tanta sint cognatione, debebis suptilius audire quam dici expectare,
id est cum dixero quid de utroque et erit co⟨m⟩mune, ⟨ne⟩ expectes,
dum ego in scribendo transferam in reliquum, sed ut potius tu perse-
41 quare animo. haec fiunt in dissimilibus rebus, ut in numeris si con-
tuleris cum uno duo, sic cum decem viginti: nam ⟨quam⟩ rationem
duo ad unum habent, eandem habent viginti ad decem; in nummis
† in similibus sic est ad unum victoriatum denarius, si⟨c⟩ ad alterum
victoriatum alter denarius; sic item in aliis rebus omnibus pro por-
tione dicuntur ea, in quo est sic quadruplex natura, ut in progenie cum
est filius ad patrem, sic si est filia ad matrem, et ut est in te⟨m⟩-
42 poribus meridies ad diem, sic media nox ad noctem. hoc poetae genere
in similitudinibus utuntur multum, hoc acutissime geometrae, hoc in
oratione diligentius quam alii ab Aristarc⟨h⟩o grammatici, ut cum
dicuntur pro portione similia esse amorem amori, dolorem dolori, cum
ita dissimile[m] esse videant amorem [et dolorem] ⟨amori⟩, quod est
43 alio casu, item dolorem dolori, sed dicunt, quod ab similibus. non-
nunquam rationes habet implicatas duas, ut sit una derecta, altera
transversa. quod dico, apertius sic fiet. esto sic expositos esse numeros,
ut in primo versu sit unum duo quattuor, in secundo decem viginti

1 ĩt̃ | ·Si ‖ 2 alterę ″res′ duę ‖ 3 logon· ‖ 4 ana logon· *et* analoga· ‖ 5 m *add C. F. W. Mue* | menechmo· ‖ 6 dici‖m; cũ similitudine ẽẽ Inhis de utroq;′ sic ‖ 8 argum̃to: *corr Pius* | singula‘· (*i. e.* singulas· *potius quam* singulã·): *corr Pius* ‖ 8 *et* 11 *et* 14 analogon· ‖ 9 rationẽ *ex* significationẽ (*lineola per* significa *ducta et* ra *ante reliqua s. scr.*) ‖ 11 *sq.* analogia ‖ 14 ΛΟΓΟΝ· | analogian ‖ 16 ne *add Sciop* ‖ 19 *suppl Ald c. al.* ‖ 21 in similibus *secl Sciop; de* in similibus ⟨ut⟩ *ante* in nummis *traiciendis cogit. Sp.* | si͏ͨẽ | *add Canal* ‖ 22 *sq.* om̃ib;· ꝑ portione ‖ 26 utunt[2]· multũ hoc ‖ 28 ꝓ portione ‖ 29 dissimilẽ | *secl et suppl Canal* ‖ 30 ·Sed | *dist Christ* (· *pro* ,) ‖ 31 sic una

quadraginta, in tertio centum ducenti quadringenti. in hac formula
numerorum duo inerunt quos dixi logoe, qui diversas faciant ana-
logias: unus duplex qui est in obliquis versibus, quod est ut unus ad
duo, sic duo ad quattuor; alter decemplex in directis ordinibus, quod
est ut unum ad decem, sic decem ad centum. similiter in verborum 44
declinationibus est bivium, quod et ab recto casu ⟨declinantur in obli-
quos et ab recto casu⟩ in rectu⟨m⟩, ita ut formulam similiter efficiant,
quod sit primo versu hic albus, huic albo, huius albi, secundo h⟨a⟩ec
alba huic albae, huius albae, tertio hoc album, huic albo, huius albi.
itaque fiunt per obliquas declinationes ex his analogiae hoc genus
Albius Atrius, Albio Atrio, per directas declinationes Albius Atrius,
Albia Atria: quae scilicet erit particula ex illa †vicenaria [Atria quae
scilicet] centenaria formula analogiarum, de qua supra *(§ 43)* dixi. ana- 45
logia quae dicitur, eius genera sunt duo: unum deiunctum sic est: ut
unum ad duo sic decem ad viginti; alterum coniunctum sic: ut est unum
ad duo, sic duo ad quattuor. in hoc quod duo bis dicuntur et tum
⟨cum⟩ conferimus ad unum et tunc cum ⟨ad⟩ quattuor, hoc quoque 46
natura dicitur quadruplex; sic e septem cordis citharae tamen duo
dicuntur habere tetracorda, quod quemadmodum crepat prima ad quar-
tam cordam, sic quarta ad septumam respondet, media est alterius prima,
alterius extrema. medici in ⟨a⟩egroto[s] septumos dies qui observant,
quarto die ideo diligentius signa morbi advertunt, quod quam rationem
habuit primus dies ad quartum eandem praesagit habiturum qui est
futurus ab eo quartus, qui est septumus a primo. quadruplices deiunc- 47
tae in casibus sunt vocabulorum, ut rex regi, ⟨lex legi⟩, coniunctae
sunt triplices in verborum tribus temporibus, ut legebam [ab] lego
legam, quod quam rationem habet legebam ad lego hanc habet lego
ad legam. in hoc fere omnes homines peccant, quod perperam in

---

10 *Cf. VIII 80* ‖ 20 *Cf. frgm. post Censorin. 12, 3 p. 90 Jahn et Varr. frgm. 60 p. 188 W. (adde H. Schmidt, Doctr. temp. expos. histor. II p. 19)* ‖ 21 *Cf. Censorin. d. d. n. XI 6* (Hippocrates quoque aliique medici . . . septimum quemque diem crisimon observant). *XIV 9; Cels. III 4 (ubi Hippocratis locos citat Daremberg: cf. Roscher 'Hebdomadenlehre' p. 67 sqq., 'Ennead. Stud.' p. 56 sqq.); Varro ipse in hebdomadum prooemio talia tractavit: cf. Gell. III 10, 14*

---

2 logoe· (*λόγοι Vict*) ‖ 6 *sq. suppl Mue* (*nisi quod* obliquom, *ubi* obliquos *Sp.*) | Inrecto·: *corr Mue* ‖ 8 ũsu·, s *ex* b | ·Hec ‖ 11 Albius *ex* Alb; (iv^s *supra* ; *scr*) | albo (i supra) ‖ 12 *sq.* ex illa vicenaria centenaria *plane obscura: v. adn.* | atria· quę scilic&: *secl Sp.* ‖ 13 *sq.* dixi analogia quę dr̃· ej ‖ 15 sicut: *dist Mue* ‖ 17 *suppl Sp.* | nunum, *sed prius* n *lineola del* | *suppl Sciop* ‖ 18 quadruplex· *corr in* quadriplex· (*lineola per priorem litterae ductum ducta*) | cytharę ‖ 20 *sq.* ·Media· ẽ . . . extrema· Midici | *del Sp.* (aegrotis *v*) ‖ 22 quarto die· Jdeo ‖ 25 *sq. suppl Mue* (*ante* rex regi *trai Sp.*) | ·Coniunctę sint ‖ 27 ab lego· hanc ‖ 28 [homines] *Sp.*

tribus temporibus haec verba dicunt, cum proportione volunt pronun-
48 tiare. nam cum sint verba alia infecta, ut lego et legis, alia perfecta,
ut legi et legisti, et debeant sui cuius⟨que⟩ generis in coniungendo
copulari, et cum recte sit ideo lego ad legebam, non recte est lego
ad legi, quod legi significat quod perfectum, ut haec tutudi, pupugi,
tundo pungo, tundam pungam; item haec †catus sum, verberatus sum,
verberabor, iniuria reprehendunt, quod et infecti inter se similia sunt
et perfecti inter se, ut tundebam tundo tundam et tutuderam tutudi
tutudero; sic amabar amor amabor, et amatus eram, amatus sum,
amatus ero. itaque †reprehendunt qui contra analogias dicunt, cur dis-
49 pariliter in tribus temporibus dicantur quaedam verba, natura cum
quadruplex sit analogia. id nonnunquam, ut dixi, pauciores videtur
habere partes, sic etiam alias pluris, ut cum est: quemadmodum ad
tria unum et duo, sic ad sex duo et quattuor, quae tamen quadriper-
tita comprehenditur forma, quod bina ad singula conferuntur; quod
in oratione quoque nonnunquam reperietur sic: ut Diomedes confertur
50 Diome⟨di et Diome⟩di[bu]s, sic dicitur ab Hercules Herculi et Her-
culi[bu]s, et ut haec ab uno capite, ab recto casu, in duo obliquos
discedunt casus, sic contra multa ab duobus capitibus †recti casuum
confluunt in obliquom unum. nam ut ab his rectis hi ⟨B⟩a⟨e⟩biei,
hae B⟨a⟩ebiae fit his B⟨a⟩ebieis, sic est ab his hi Caelii, hae C⟨a⟩e-
liae his C⟨a⟩eliis. a duobus similibus similiter declinantur, ut fit in
his nemus olus, nemora olera. alia ab dissimilibus similiter declinan-
51 tur, ut in articulis ab hic iste, hunc istun⟨c⟩. analogia fundamenta
habet aut a voluntate hominum aut a natura verborum aut re utra-
que. voluntatem dico impositionem vocabulorum, naturam declina-
tionem vocabulorum, quo decurritur sine doctrina. qui impositionem
sequetur, dicet, si simile in recto casu dolus et malus, fore in obli-
quo dolo et malo; qui naturam sequetur, si sit simile in obliquis

---

17 *Cf. VIII 26 ibique adnotata* ‖ 18 *Cf. IX 79*

---

2 infecti *et* perfecti *Sp.* ‖ 4 lego et legebam ‖ 6 *sq.* [tundo pungo tundam pungam] *et* [verberabor] *Sp., recte ut vid (nisi potius cum Mue supplementa inseras)* | hęc· catus: necatus *v; an:* haec ⟨cal⟩catus*? certe* haec *servandum est* ‖ 7 ·Jnluria ‖ 10 *an:* reprehendundi*?* (⟨inique⟩ reprehendunt *Christ*) ‖ 12 ut *pro* id *Canal* ‖ 14 *sq.* triaunũ (u *m. 2*) | *an:* quadripertito*?* | cõp̄hendit² (comprehendit *Sp.*) ‖ 16 ·Sicut (*cf.* § *45*) ‖ 17 *suppl Sp.* | diomedib;· *et* herculib;·: *corr Sp. coll. 132, 3* ‖ 18 he hic (he *above*): *corr Mue* (*fuit* hic) | ab (c *above* b) recto ‖ 19 recti⟨s⟩ (*vix rectius* ⟨ab⟩ recti⟨s⟩) casibus *Sp.: nisi forte* recti *secludas* ‖ 20 abiej, a *ex* e ‖ 21 *sq.* cęlii· | celię· his celiis· ‖ 24 istũ: *corr Mue* ‖ 25 ⟨a⟩ re *v* ‖ 28 ∂solus

Marco Quinto, fore ut sit Marcus Quintus; qui utrumque sequetur,
dicet si sit simile, transitus ut est in servus serve, fore ut sit item
cervus cerve. co⟨m⟩mune omnium est, ut quattuor figurae vocis ha-
beant proportione declinatus. primum genus est ortum ab similitu- 52
dine in rectis casibus, secundum ab similitudine quae est in obliquis,
tertium ab similitudine quae est in transitibus de casu in casum.
primo genere ab imposito ad naturam proficiscimur, in secundo con-
tra, in tertio ab utroque. quocirca etiam hoc tertium potest bifariam
divisum tertium et quartum dici, quod in eo vel prosus et rosus pot-
est dici. qui initia faciet analogiae impositiones, ab his obliquas 53
figuras declinare debebit; qui naturam, contra; qui ab utraque, reli-
quas declinationes ab eiusmodi transitibus. impositio est in nostro
dominatu, nos in natura⟨e⟩: quemadmodum enim quisque volt, im-
ponit nomen, at declinat, quemadmodum volt natura. sed quoniam 54
duobus modis imponitur vocabulum aut re singulari aut multitudine,
singulari, ut cicer, multitudinis, ut scalae, nec dubium est, quin ordo
declinatuum, in quo res singulares declinabuntur solae, ab singulari
aliquo casu proficisca[n]tur, ut cicer ciceri ciceris, item contra in eo
ordine, qui multitudinis erit solum, quin a multitudinis a⟨li⟩quo casu
ordiri conveniat, ut scalae scalis scalas: aliud videndum est, cum du-
plex natura copulata ac declinatum bini fiant ordines, ut est Mars
Martes, unde tum ratio analogiae debeat ordiri, utrum ab singulari
re in multitudinem an contra. neque enim si natura ab uno ad duo 55
pervenit, i⟨d⟩circo non potest amplius esse in docendo posterius, ut
inde incipias, ut quid sit prius ostendas. itaque et hi qui de omni
natura disputant atque ideo vocantur physici, tamen ex his ab uni-
versa natura profecti retro quae essent principia mundi ostendunt.
oratio cum ex litteris constat, tamen eam grammatici de litteris osten-
derunt. quare in demonstrando, quoniam potius proficisci [de litteris 56

13 *sq. Cf. VIII 21, al.* ‖ 16 *Cf. VIII 48. IX 63* ‖ 28 *Cf. GL. I 421, 9* (artium genera sunt plura, quarum grammatice sola litteralis est . . . idcirco litteralis dicta, quod a litteris incipiat)

1 marcũ qntũ: *corr Christ c. al.* (⟨in recto⟩ *praem. Sp.*) ‖ 3 figu‖rę uocis (rę, *non ceteris litt. detritis*) ‖ 7 impositione *v; simplicius, sed singulariter possis* impositu ‖ 9 uƚ ꝓsus et rosus (o *certissima, etsi detrita est scriptura in hac aliisque paginae partibus*) ‖ 13 *add Steph* ‖ 15 multitudine· *ex* multitudinũ· (˜ *lineola del,* e *ex* ι *et* · *infra* ι): multitudinis *Sp.* ‖ 18 ꝓficiscan$\overset{2}{\text{t}}$: *corr Steph* ‖ 19 aquo ‖ 21 *sq.* declinatuum *v* | mas mares *Mue,* ars artis *Sp. olim* ‖ 24 apertius *Canal (cf. 186, 1)* ‖ 25 qđ ‖ 26 phisici | ex his *scil.* '*posterioribus*' ‖ 27 *v. ad 28* ‖ 28 *sq.* constet *Sp.* | *an:* grammatici ⟨demum⟩ de*?* | ostendũnt (*sic: v. 27 in eodem verbo utrum* u *an* ũ *fuerit, dici iam nequit in loco detrito: ubi* ostenderunt *Sp., ut h. l. v*)*: cf. 186, 1* ‖ 29 ꝓficisse

ostendunt] oportet ab eo quod apertius est quam ab eo quod prius
est et potius †quam ab incorrupto principio, ab natura rerum quam
ab lubidine hominum, et haec tria quae sequenda magis sunt minus
sunt in singularibus quam in ⟨multitudinis, a⟩ multitudine commodius
potest ordiri, quod in his principiis minus [o]rationis verbis fingendis.
verborum forma⟨s⟩ facilius ⟨ex multitudinis⟩ singularia videri posse
quam ex singularibus multitudinis haec ostendunt: trabes trabs, duces
57 dux. videmus enim ex his verbis trabes duces de extrema syllaba E
litteram exclusam et ideo in singulari factum esse trabs dux. contra
ex singularibus non tam videmus quemadmodum facta sint ex B et
58 S trab[e]s et ex C et S duc[e]s. si mul⟨ti⟩tudinis rectus casus forte
figura corrupta erit, id quod accidit raro, prius id corrigemus quam
inde ordiemur; ⟨ab⟩ obliquis adsumere oportet figuras eas quae non
erunt ambiguae, sive singulares sive multitudinis, ex quibus id, cuius
59 modi debent esse, perspici possi[n]t. nam nonnunquam alterum ex
altero videtur, ut Chrysippus *(frg. 155 Arn.)* scribit, quemadmodum
pater ex filio et filius ex patre, neque minus in fornicibus propter
sinistram dextra stat quam propter dextram sinistra. quapropter et
ex rectis casibus obliqui et ex obliquis recti et ex singularibus multitudinis et ex multitudinis singulares nonnunquam recuperari possunt.
60 principium id potissimum sequi debemus, ut in eo fundamentum sit
[in] natura, quod in declinationibus ibi facilior ratio. facile est enim
animadvertere, peccatum magis cadere posse in impositiones eas quae
fiunt plerumque in rectis casibus singularibus, quod homines imperiti
et dispersi vocabula rebus imponunt, quocumque eos libido invitavit:
natura incorrupta plerumque est suapte sponte, nisi qui eam usu
61 inscio depravabit. quare si quis principium analogiae potius posuerit

---

7 *sqq. Cf. frgm. 47 W.; GL. VII 159, 22* (traps et urps . . . licet Varro per b scribenda putet, quia in reliquis casibus b habent) ‖ 16 *Cf. Diog. Laert. VII 53* (*νοεῖται δὲ καὶ κατὰ μετάβασίν τινα ὡς τὰ λεκτὰ καὶ ὁ τόπος*) ‖ 24 *sqq. Cf. 177, 16. 20; Vitruv. II 1, 1* (fari fortuitu coeperunt)*; Diod. I 8* (*ἑκάστων ὡς ἔτυχε συνταξάντων τὰς λέξεις*)*; Quint. VIII 3, 36* (quae illi rudes homines primique fecerunt) *et 6, 31* (qui sermonem primi fecerunt aptantes adfectibus vocem)*, al.*

---

2 potius quam ⟨a corrupto⟩ *Canal* (*ubi* ab incorrupto quam ⟨a corrupto⟩ *trai A. Sp.*) ‖ 4 *supplevimus ducibus Canale* (multitudinis) *et Sp.* (⟨a multitudine⟩) | multitudine· Cõmodius ‖ 5 *sq.* principib;: *corr Ald* | *del Sp.* (est rationis *Canal*) | fingendis ũboꝝ | s *add Sp.* | *supplevimus duce Groth* (singularia ⟨ex multitudinis⟩) ‖ 7 ex singularib; multitudinis· hęc ‖ 11 dux *v (v. s. 111, 6)* | similitudinis: *corr Mue* ‖ 13 *suppl Canal* | oportere: *corr Sp.* ‖ 14 multitudines· ‖ 15 debent *ex* deb& *inter scribendum* (*non* debet *ex* debent) | *del Sciop* ‖ 16 chrisippus ‖ 18 ꝑpt̃ dextras: *corr Laet* ‖ 19 *sq.* singularib; multitudines·: *corr Vertr* ‖ 22 *secl Sp.* ‖ 27 deprauavit *ex* deprauabit (*sic* Ꝺ)

in naturalibus casibus quam in ⟨im⟩positiciis, non †multae in con-
suetudine occurrent et a natura libido humana corrigetur, non a libi-
dine natura, quod qui impositionem sequi voluerint facient contra[ria].
sin ab singulari quis potius proficisci volet, id illum facere oportebit 62
ab sexto casu, qui est proprius latinus: nam eius casu[sh]is litterarum
discriminibus facilius reliquorum varietate⟨m⟩ discernere poterit, quod
ei habent exitus aut in A, ut hac terra, aut in E, ut hac lance, aut
in I, ut hac levi, aut in O, ut hoc caelo, aut in U, ut hoc versu. igi-
tur ad demonstrandas declinationes biceps via h⟨a⟩ec.

sed quoniam ubi analogia, [a]tria, unum quod in rebus, alterum 63
[alterum] quod in vocibus, tertium quod in utroque, duo priora sim-
plicia, tertium duplex, animadvertendum haec quam inter se habeant
rationem. primum ea quae sunt discrimina in rebus, partim sunt 64
quae ad orationem non attineant, partim quae pertineant. non perti-
nent ut ea quae observant in aedificiis et signis faciendis ceterisque
rebus artifices, e quis vocantur aliae ⟨h⟩armonicae, sic item aliae no-
minibus aliis: sed nulla harum fit loquendo pars ad orationem. quae 65
pertinent, res eae sunt quae verbis dicuntur pro portione neque a
similitudine quoque vocum declinatus habent, ut Iupiter Marspiter,
Iovi Marti. haec enim genere nominum et numero et casibus similia
sunt inter se, quod utraque et nomina sunt et virilia sunt et singu-
laria et casu nominandi et dandi. alterum genus vocale est, in quo 66
voces modo sunt pro portione similes, non res, ut biga bigae, nuptia
nuptiae: neque enim in his res singularis subest una, cum dicitur

---

4 *sqq. GL. I 302, 4 (et V 351, 9):* ablativum Graeci non habent. hunc tamen Varro sextum, interdum latinum appellat, quia latinae linguae proprius est, cuius vis apud Graecos per genetivum explicabitur; *cf. II 187, 11; IV 377, 17; V 181, 33, al. (quae huc spectant, cum Wilmanns ad fragmenta [111] adhibuerit itemque Funaioli [251])* | *Cf. GL. IV 378, 3. 495, 24* (Latini ablativum elegerunt, ut de ipso regulas ducerent et alios casus, ut sciamus quia ista regula ablativi casus ad nomina graeca non pertinet . . . ablativus autem singularis quinque litteris vocalibus terminatur a e i o u: a, ut ab hac Musa; e partim correpta partim producta, correpta, ut ab hoc pariete, producta, ut ab hoc die; i, ut ab hac puppi; o, ut ab hoc docto; u, ut ab hoc versu. quinque sunt litterae, sed sex regulae propter e, quae nunc producitur nunc corripitur). *543, 22; V 173, 22. 188, 20* (bene fecerunt Romani ab ablativo singulari sumere regulas . . . quoniam iste proprius ipsorum est *e. q. s.*). *353, 30. 533, 2; VI 190, 18; VII 342, 18* ‖ 19 *Cf. VIII 49* ‖ 20 *sqq. Cf. § 21* ‖ 23 *Cf. ad 127, 10; 139, 1. 161, 9. 188, 5*

---

1 multę: multa *v; an:* multae ⟨mendae⟩*?* ‖ 4 Inillũ: initium *Groth* ‖ 5 casus his: *corr Mue* ‖ 6 *sq. an:* quod U (*i. e.* quinque) habet exitus*? v. test.* ‖ 8 in ·I′ *ex* inhi′ (h *lineolis del et* ·I *ex* i) | leui· *priore* u *litt. ductu (casu?) fere eraso ut* leu *restare videatur* ‖ 9 una hec: *corr Canal* ‖ 10 *sq. del Ald* | reb; alterũ· alterũ qđ ‖ 16 armonicę· Sic ‖ 17 aliis· Sed ‖ 18 ꝑ portione ‖ 20 genera: *corr Mue* (nomin⟨atu⟩um *idem*)

biga quadriga, neque ab his vocibus quae declinata sunt, multitudinis
significant quicquam: ideo quod omnia multitudinis quae declinantur
ab uno, ut a merula merulae, sunt eius modi, ut singulari subiunga⟨n⟩-
67 tur, sic merulae duae, catulae tres, faculae quattuor. quare cum idem
non possit subiungi, †cum dicimus bigae unae, quadrigae duae, nuptiae
tres, sed pro eo unae bigae, binae quadrigae, trinae nuptiae, apparet
non esse a biga et quadriga [et] bigae et quadrigae, sed ut est huius
ordinis una[e] duae tres princip⟨i⟩um una, sic in hoc ordine altero
68 unae binae trinae principium est unae. tertium genus est illud duplex
quod dixi, in quo et res et voces similiter pro portione dicuntur ut
bonus malus, boni mali, de quorum analogia et Aristophanes *(p. 267 N.)*
et alii scripserunt. etenim haec denique perfecta ut in oratione, illae
duae simplices inchoatae analogiae, de quibus tamen separatim dicam,
69 quod his quoque utimur in loquendo. sed prius de perfecta, in qua
et res et voces quadam similitudine continentur, cuius genera sunt
tria: unum vernaculum ac domi natum, alterum adventicium, tertium
nothum ex peregrino hic natum. vernaculum est ut sutor et pistor,
sutori pistori; adventicium est ut Hectores Nestores, Hectoras Nestoras;
70 tertium illud nothum ut Achilles et Peles. †de genere multi utuntur
non modo poetae, sed etiam plerique †haec primo omnes qui soluta
oratione loquuntur dicebant ut qu⟨a⟩estorem praetorem, sic Hectorem
Nestorem: itaque Ennius ait *(fragm. tr. 93 R.)*: 'Hectoris natum de
Troiano muro iactari'. Accius haec in tragoediis *(inc. fab. XXXVI R.)*
largius a prisca consuetudine movere coepit et ad formas graecas ver-
borum magis revocare, [et] a quo Valerius *(3 p. 78 Fun.)* ait: 'Accius
Hectorem nollet facere, Hectora mallet'. quod adventicia pleraque
habemus graeca, secutum ut de nothis graecanicos quoque nominatus
71 plurimos haberemus. itaque ut hic alia graeca, alia graecanica, sic
analogiae, e quis quae hic not⟨h⟩ae fiunt declinationes, de his aliae

5 *Cf. ad 187, 23* ‖ 16 *Cf. V 10* ‖ 19 *Cf. GL. I 23, 4. 68, 22; II 39, 13; Anecd. Helv. 116, 27. 132, 28* ‖ 21 *Cf. VIII 72 ibique adnotata*

2 significa$\overset{\tau}{\text{n}}$t (τ [*sic*] *supra* nt *et fort.* u *ex* n: *sed vix* significatu *voluit corrigere*) ‖ 5 quod non dicimus una biga *Sciop* (biga una *Mue*) ‖ 7 *del Sp.* ‖ 8 *sq.* unę | ·principũ una· sic ‖ 12 scripserunt *ex* dixerunt (*eraso fere* dix *et suprascr.* scrips) | ·&enĩ: est enim *Sciop* ‖ 16 dominatum· ‖ 17 nothũ· Ex peregrino hic natũ uernaculũ ẽ· ‖ 19 Peleus *Laet* | ·De genere: ⟨secun⟩do genere *Sp.* ‖ 20 *sq.* pleriq; hęc· Primo om̃s q soluta oratione (e *ex* i) loquuntur: plerique omnes qui soluta oratione loquuntur. haec primo *Lachm, qui debuit saltem* ⟨antiqui⟩ haec, *nisi malis* plerique omnes. haec primo q. s. o. l. ‖ 21 p̄torẽ· sic ‖ 23 lactari (*non* Iactari) ‖ 24 cępit ‖ 25 reuocare· &aquo | *del Mue c. al.* (a quo et *Sp.*) | accius *ex* acciũ *inter scribendum* (˜ *lineola del*) ‖ 26 hętorẽ ‖ 27 greca secutũ· ut | nominatos ‖ 28 plurimus | grecánica

sunt priscae, ut Ba⟨c⟩chidēs et Chrysidēs, aliae iuniores, ut Chrysidĕs et Ba⟨c⟩chidĕs, aliae recentes, ut Chrysidas et Ba⟨c⟩chidas; cum his omnibus tribus utantur nostri, maxime qui sequontur media in loquendo, offendunt minimum, quod prima parum similia videntur esse graecis, unde sint tralata, tertia parum similia nostris.

4. omnis analogiae fundamentum similitudo quaedam, ea, ut dixi 72
*(§ 63)*, quae solet esse in rebus et in vocibus et in utroque; in qua harum parte cumque sit †inferendo et cuius modi, videndum. nam, ut dixi, neque rerum neque vocis similitudo †ad has duplicis quae in loquendo qu⟨a⟩erimus separatim satis est, quod utraque parte opus est simili analogias verborum exprimendas: quas ad loquendum ut perducas accedere debet usus. alia enim ratio qua facias vestimentum, alia quemadmodum utare vestimento. usui⟨s⟩ species videntur 73
esse tres: una consuetudinis veteris, altera consuetudinis huius, tertia neutra. vetera, ut cascus casci, surus suri; huius consuetudinis, ut albus caldus, albo caldo; neutrae, ut scala scalam, falera faleram. ad quas accedere potest quarta mixta, ut amicitia inimicitia, amicitiam inimicitiam. prima est qua usi antiqui et nos reliquimus, secunda qua nunc utimur, tertia qua utuntur poetae. analogia[e] non item ea 74
definienda quae derigitur ad naturam verborum atque illa quae ad usum loquendi. nam prior definienda sic: analogia est verborum similium declinatio similis, posterior sic: analogia est verborum similium declinatio similis non repugnante consuetudine co⟨m⟩muni. ad quam harum duarum ad extremum additum erit hoc 'ex quadam parte', poetica analogia erit definita. harum primam sequi debet populus, secundam omnes singuli e populo, tertiam poetae. haec dili- 75
gentius quam apertius dicta esse arbitror, sed non obscurius quam de re simili definitiones grammaticorum sunt, ut Aristeae, Aristodemi, Aristocli, item aliorum, quorum obscuritates eo minus reprehenden-

---

1 *Cf. GL. I 148, 38. 305, 13* ‖ 15 *Cf. Fest. 297ᵇ, 34* ‖ 17 *Cf. Gell. XIX 8, 4 et 6; Non. 129, 24; GL. I 96, 7* ‖ 20 *sq. Cf. Sext. Emp. adv. math. I § 229* (*αὕτη γάρ, φημὶ δ' ἡ ἀναλογία, ὁμοίου καὶ ἀνομοίου ἐστὶ θεωρία· τὸ δὲ ὅμοιον καὶ ἀνόμοιον λαμβάνετε ἀπὸ τῆς συνηθείας e. q. s.*), *ut alia mittamus* ‖ 25 *sq. Cf. IX 5 sq. 114*

---

1 *sq.* bachides· & chrisides· | minores·: *corr Sciop c. al.* | chrisides & bachides· | *notas quantitatis add Christ* | regentes·: *corr Ald* | chrisidas & bachidas· ‖ 3 *sqq.* ·loquendo· offendunt minimũ· qđ . . . grecis· unde sint tralata· Tertia· parũ ‖ 8 Inferendo·: *an:* inferendum? ‖ 9 *sqq.* quas *pro* quę *Mue,* analogias verborum exprimendas *post* duplicis *reiciens* (*post* quaerimus *A. Sp.*)*: at melius* ad has duplicis quas i. l. q. *reicias post* simili*: v. adn.* ‖ 13 *add Sp. duce Aug* ‖ 14 *inter* tres· *et* una *lineolis* I *del* ‖ 15 ·furus furi·: *corr Scal* ‖ 21 sic·ȧnalogia *ex* sicanalogia ‖ 24 *sq.* hoc·ex quadã parte poetica ‖ 25 *sqq.* haꝝ primã· seq deb& popłs· Secđã omẽ' singulj e popło· Tertiã· poetę· ‖ 27 *sq.* quã· De re ‖ 29 obscuritas[te]

dae, quod pleraeque definitiones re incognita propter summam brevi tatem non facile perspiciuntur, nisi articulatim sunt explicata⟨e⟩.
76 quare magis apparebit, si erit aperte de singulis partibus, quid dicatur verbum, quid similitudo verbi, quid declinatio, quid similitudo declinationis non repugnante consuetudine co⟨m⟩muni, quid ex qua-
77 dam parte. verbum dico orationis [vocabulis] partem, quae sit indivisa et minima. si declinationem naturalem habeat, simile[m] verbum verbo tum quo[nia]m et re[m] quam significat et voce[m] qua significat e[s]t in figurae transitu declinationis parile. declinatio est, cum ex verbo in verbum aut ex verbi discrimine, ut transeat mens, vocis commutatio fit aliqua. similitudo declinationis, cum item ex aliqua
78 figura in figuram transit, ut id transit, cum quo confertur. adiectum est 'non repugnante consuetudine co⟨m⟩muni' *(§ 74)*, quod quaedam verba contra usum veterem inclinata patietur, ut passa Hortensium dicere pro [hac si] cervices cervix, quaedam non, ut si dicas pro fauces faux. ubi additur 'ex quadam parte' *(§ 74)*, significat non esse in consuetudine in his verbis omnis partis, ut declinatum am[ab]o vivo, amor vivor.

79 5. quid videretur analogia in oratione et quas haberet species et quae de his sequenda videretur, ut brevi potui informavi; nunc, in quibus non debeat esse ac proinde ac debeat soleat qu⟨a⟩eri, dicam. ea fere sunt quattuor genera: primum in id genus verbis quae non declinantur analogia non debet qu⟨a⟩eri, ut in his nequam mox vix.
80 de his magis in alio quam in alio erratur verbo. dant enim non habere casus mox et vix, nequam habere, quod dicamus hic nequam et huius nequam et huic nequam. cum enim dicimus hic nequam et huius nequam, tum hominis eius, que⟨m⟩ volumus ostendere esse nequam, dicimus casus, et ei proponimus tum hic [non], cuius putamus
81 nequitiam. quod vocabulum factum ut ex non et volo nolo sic ex

14 *sq. Cf. VIII 14 ibique adnotata* ‖ 15 *sq. Cf. GL. I 33, 10. 93, 18. 549, 6; TG. s.* faux ‖ 23 *Cf. VIII 9* ‖ 25 *Cf. GL. I 53, 24 (c. add.)* ‖ 29 *Cf. GL. I 386, 15* (est enim volo et compositione prima decidit syllaba, sequens non immutatur,

---

2 *add Sciop.* ‖ 3 aperte *scil.* explicatum (apertum *Mue,* aperte ⟨dictum⟩ *Sp.*) ‖ 6 parte uerbum · dico · | *secl Sp.* (*fuitne* uocabulũ *pro* uerbum *?*) ‖ 7 *sq.* · eo minima si | declinationẽ, ẽ *ex* is | *del Sciop* | similẽ · ũbũ ũbo · Tũ q͠m | m *bis del Mue* ‖ 9 · ẽ Infigura etransitu (u *ex* ũ, ˜ *lineola del*) ‖ 11 ·'cũ Itẽ ‖ 14 Inclinata · patiet' ut ‖ 15 dicere · p | *secl Sp.* (*fuitne* ac si *pro* ut si *sequenti ?*) ‖ 17 *del Laet* (ab amo *Sp.*) ‖ 18 iuvo *et* iuvor *Laet c. al.* | *an:* ab amo amor, ⟨non a⟩ vivo vivor*?* ‖ 20 potuit Informauit · (*extrema* t *utriusque verbi lineola del*) ‖ 21 queri · dicã · ‖ 27 quę | ostendere · e͡e ‖ 28 tũ hic · ñ cuius (non *secl Sp.*) ‖ 29 [factum] ut *vel* ut factum *Sp.: ubi distinguimus ante* ut *cum Gellio supplentes velut* factum ⟨detritu⟩: ut

ne et quicquam item media extrita syllaba coactum est nequam. itaque ut eum quem putamus esse non hili dicimus [a]n⟨i⟩hili, sic in
quo putamus esse ne quicquam, dicimus nequam. secundo, si unum 82
solum habent casum in voce, quod non declinetur, ut litterae omnes. tertio, si singularis est vocabuli series neque habet cum qua comparari possit, ut esse putant caput capiti capitis capite. quartum, si ea vocabula quattuor quae conferuntur inter se rationem ⟨non⟩ habent quam oportet, ut socer socrus, soceros socerum.

6. contra in quibus debeat qu⟨a⟩eri analogia, fere totidem gra- 83
dus debent esse coniuncti: primum ut sint [t]res, secundum ut earum sit usus, tertium uti hae res vocabula habeant, quartum ut habeant declinatus naturalis. de primo gradu, quod natura subest et multitudinis et singularis, dicimus hi asses hosce asses, hic as hunc assem; contra quod in numeris finitis multitudinis natura singularis non est,
dicitur hi duo et hi tres, his duobus et his tribus. secundo gradu si 84
est natura neque est usus, id genus ut sit discriminandum, ut fit in faba et id genus, quae item et ex parte et universa nominamus: non enim opu⟨s⟩ fuit ut in servis * * * * * *

---

quasi nolo malo)*; VII 150, 3* (nolo enim nevolo est). *159, 2* (nolo . . . est enim non volo). *305, 11; Isid. I 27, 16* | *Gell. VI 11, 8:* M. Varro in libris de lingua latina: ut ex non et volo, inquit, nolo, sic ex ne et quicquam media syllaba extrita compositum est nequam*; cf. Cic. Tusc. disp. III 8, 18* (nequitia ab eo . . . quod nequicquam est in tali homine: ex quo idem nihili dicitur)*; TG. s.* nequam *et* nequitia

4 *Cf. IX 51 sq.* ‖ 6 *Cf. IX 53 ibique adnotata* ‖ 10 *Cf. IX 37* ‖ 13 *sq. Cf. GL. I 76, 3. 546, 20. 552, 24; III 412, 15; VII 263, 29; Mart. Cap. III 299; Serv. in Aen. IV 402; TG. s.* as ‖ 16 *sq. Cf. IX 38 ibique adnotata*

---

1 qcquã (*sed in alt.* q *lineola lineolis del*) | item *om et* compositum est *Gellius: v. test.* ‖ 2 dicim; d̨nhili (*sic* , *iuxta* d) ‖ 3 nequicquam ‖ 4 declinantur *Canal* ‖ 6 quarto nisi *Canal* (nisi *falso*) ‖ 7 *suppl Mue* ‖ 8 soceros socerũ (*non* cerum)*;* socerum socrum *v,* soceros socrus *Mue* ‖ 13 *sq.* ·Hi asses· hosce asces· Hic as· hunc assẽ· Contra ‖ 17 nominam;· Non enim opufuit ‖ 18 *post* seruis *(quod solum in v. 14 extat) reliqua pars huius v. et paginae scriptura vacat, item fol. 35. 36. 37ª, in folii autem 37ᵇ primo v. rubro scriptum est* ()·T· (ciceronis *er.*)· Pro aulo cluentio ⌢ ⌢ r *(sequuntur 40 v. quibus incipit ipsa oratio etiam deinceps 41 v. in pagina perscripta).*

## M. TERENTI VARRONIS

# DE LINGVA LATINA

### LIBRORVM XI—XXIV AD CICERONEM FRAGMENTA

6. *Cf. VII 90 (?). VIII 2. 20. 24. X 30* (in hoc libro). *33.*

XI

*7 [24]. potestatis nostrae est illis rebus dare genera, quae ex natura genus non habent.

**8 (8 [245]). genera dicta a generando . . . (Varro ait) genera tantum illa esse quae generant.

**9 (9 [246]). (dicit Varro) nullam rem animalem neutro genere declinari.

**10 (10 [247]). quando dubitamus principale genus, redeamus ad diminutionem et ex diminutivo cognoscimus principale genus.

---

6 *GL. V 318, 31* (et ubi auctoritas maiorum genus tibi non demonstraverit, quid ibi faciendum est? scripsit Varro ad Ciceronem 'potestatis . . . habent') = *Anecd. Helv. CCVI; cf. Isid. I 7, 28* ‖ 8 *GL. IV 492, 37* (Varro dicit genera dicta a generando. quidquid enim gignit aut gignitur, hoc potest genus dici et genus facere *e. q. s.*) *et GL. V 159, 23* (Varro ait 'genera . . . generant': illa proprie dicuntur genera. quodsi sequemur auctoritatem ipsius, non erunt genera nisi duo: masculinum et femininum *e. q. s.*)*; cf. II 141, 4; IV 407, 39; V 318, 17* (genera quare dicta? a gignendo, eo quod de masculino et feminino oriuntur ista alia genera *e. q. s.*). *343, 7; Anecd. Helv. 251, 9. Isid. I 7, 28* ‖ 10 *GL. V 41, 24* (ostrea [ostria] si primae declinationis fuerit sicut Musa, feminino genere declinabitur, ut ad animal [animam: *corr Keil; animans Putsch.*] referamus; si[c] ad testam, ostreum [ostrium] dicendum est neutro genere et ad secundam declinationem, ut sit huius ostrei †sicui ostri [huic ostreo *Keil. an:* sicut — *sic Putsch.* — ⟨ostium⟩ ostii*?*], quia dicit[ur] Varro 'nullam . . . declinari')*; cf. Serv. in Georg. I 207* (secundum artem haec ostrea et hae ostreae dicimus: nullum enim habet latinitas nomen animalis quod neutri sit generis *e. q. s.*)*; GL. I 57, 24* (dicenda haec ostrea feminine singulari numero, quia ita ab eruditis non vane adnotatum est, nullius animalis speciale nomen inveniri quod neutrale sit)*; IV 493, 20; VII 110, 17. 282, 17; Isid. XII 6, 52* ‖ 12 *GL. V 164, 13* (ait Plinius Secundus secutus Varronem: 'quando . . . genus'. puta, arbor ignoro cuius generis sit. fac diminutivum arbuscula. ecce hinc intellegis et principale genus quale sit *e. q. s.*)*; cf. Quint. I 6, 4. 6* (eius [*scil.* analogiae quam proxime ex graeco transferentes in Latinum proportionem vocaverunt] haec vis est, ut id quod dubium est ad ali-

---

6 ex *cod. Bern.*: a *cod. Pal.* ‖ 9 esse *s. v. add Paris. (Sangerm.)*

**11 (11 [248]). ⟨h⟩ypocorismata semper generibus suis und⟨e oriuntur consonant, pauca dissonant, velut haec rana⟩ hic ranunculus, hic ung⟨u⟩is haec ungula, h⟨oc glandium haec glandula, hic panis hic pastillus et⟩ hoc pastillum, . . . haec beta hic betace⟨us, haec malva hic malvaceus,⟩ hoc pistrinum haec pistrilla, ut Terentius in Ad⟨elphis (*584*), hic ensis haec ensicula et hic ensiculus:⟩ sic in Rudente (*1156*) Plautus.

**12 (12 [249]). dies communis generis est. qui masculino genere dicendum putaverunt, has causas reddiderunt, quod dies festos auctores dixerunt, non festas, et quartum et quintum kalendas, non quartam nec quintam, et cum hodie dicimus, nihil aliud quam hoc die intellegitur. qui vero feminino, catholico utuntur, quod ablativo casu E non nisi producta finiatur, et quod deminutio eius diecula sit, non dieculus, ut ait Terentius *(Andr. 710)*: 'quod tibi addo dieculam'. Varro autem distinxit, ut masculino genere unius diei cursum significare⟨t⟩, feminino autem temporis spatium. quod nemo servavit.

13 (25 [16]). catinuli.

*14 (13 [25]). hic n⟨a⟩evus.

---

quid simile de quo non quaeritur referat et incerta certis probet. quod efficitur . . . et deminutione . . . deminutio genus modo detegit, et [ut *Vsener*] . . . funem masculinum esse funiculus ostendit)*; GL. I 155, 13. 326, 9. 535, 19; II 102, 1; IV 20, 27; V 48, 12. 198, 32*

1 *GL. I 37, 13* ('hypocorismata . . . pastillum', ut Varro dixit, 'haec beta . . . Plautus')*; cf. I 155, 13. 535, 21. 551, 36. 94, 2* (deminutionis inaequalitas dura est, ut iuvenis iuvenculus, canis catulus, pulvis pulvisculus, vinum vinulum [*an:* villum*?*], talus taxillus, panis pastillus, homo homunculus et homuncio, piscis pisciculus et pisculus). 326, 26 (sunt item quae non servant genera, quae ex nominibus primae positionis acceperunt, ut scutum scutula scutella, pistrinum pistrilla, canis canicula, rana ranunculus, unguis ungula ungella ungellula)*; II 115, 6. 12* (. . . hic qualus hoc quasillum, pistrinum pistrilla, haec acus hic aculeus et praeterea anguis anguilla, unguis ungula, nubes nubilum *e. q. s.*)*; IV 376, 7. 432, 15; V 199, 3. 346, 26; VII 395, 11; Don. in Ad. IV 2, 45; Serv. Dan. in Aen. II 324; TG. s.* pistrilla *et* ranunculus *et* diecula*; Isid. I 28, 4* ‖ 8 *GL. I 110, 8* (dies . . . servavit)*; cf. II 158, 12; IV 89, 19. 210, 6* (. . . observabimus tamen secundum veteres hanc differentiam, qui spatium diurnae lucis significantes τὴν ἡμέραν masculino genere dixerunt . . . feminino autem genere absolute tempus)*; Anecd. Helv. CCXV 34. 83, 12. 133, 12. 245, 17; Non. 522, 2* (diem volunt, cum feminino genere dicimus, tempus significare, masculino diem ipsum: nos contra invenimus *e. q. s.*)*; Serv. Dan. in Aen. II 324; Serv. in Aen. V 783. X 467; Don. in Andr. IV 2, 27; schol. in Verr. I 6; TG. s.* dies ‖ 18 *GL. I 79, 23* (catinus . . . deminutive catillus fit . . . sed Varro ad Ciceronem XI 'catinuli' dixit, non catilli)*; cf. I 326, 7* (catinus catinulus catellulus) ‖ 19 *GL. V 584, 27* (n⟨a⟩evus generis neutri, sed ⟨masculini, ut *suppl Haupt*⟩ Varro ad Ciceronem 'hic n⟨a⟩evus')

---

1 *sqq. quae in cod. evanuerunt, habet ed. princ. confirmantibus locis parallelis, nisi quod* hic pastillus *suppl Keil* ‖ 3 $\overset{a}{u}$ngis haec $\overset{anguilla}{ungula}$: *v. test.* ‖ 10 ut quartum ‖ 12 intellegatur ‖ 16 distinxit et: *corr Putschius*

*15 (14 [26]). (Varro ait) talia (vocabula) ex Graeco sumpta (si suum genus non retineant) ex masculino in femininum (latine) transire et A littera finiri: ὁ κοχλίας haec cochlea, (⟨ὁ⟩ Ἑρμῆς ⟨haec⟩ herma,) ὁ χάρτης haec charta, ὁ γαυσάπης haec gausapa.

*16 (16 [27]). vas [terminata] et sis faci[un]t genetivo et dis: hoc vas huius vasis, . . . hic vas huius vadis.

**17 (15 [253]). vis [*scil.* terminata] et ipsa tertiae sunt declinationis et similem nominativo faciunt genetivum: hic civis huius civis, haec vis huius vis et plurali hae vis . . .: nam hae vires numero semper plurali declinantur.

**18. senatuis et domuis et fluctuis, qui est patrius casus ab eo quod est senatus domus fluctus; huic senatui domui fluctui ceteraque is consimilia pariter.

**19 (18 [254]). dicimus enim . . ab hoc canali siti tussi febri. maiore tamen ex parte forma mutata est: ab hoc enim cane orbe carbone turre falce igne veste fine monte fonte ponte strig⟨i⟩le tegete ave asse axe nave classe dicimus.

---

1 *GL. II 333, 9* (antiquissimi . . . et hic gausapes et haec gausapa et hoc gausape et plurale neutri haec gausapa . . . protulisse inveniuntur . . . Varro vero de lingua latina ait 'talia . . . gausapa') *et I 104, 13* (Varro autem ait vocabula ex Graeco sumpta, si suum genus non retineant, ex masculino in femininum latine transire et A littera terminari, velut κοχλίας cochlea, Ἑρμῆς herma, χάρτης charta, ergo γαυσάπης gausapa); *cf. I 108, 4* (. . . neutraliter hoc margaritum dicere vitiosum est, et tamen multi dixerunt, ut . . . Varro epistularum [epistulicarum *Ritschl*] VIII 'margaritum unum, margarita plura'; sed idem Varro saepe et alii plures margarita feminine dixerunt, in genetivo tamen plurali non nisi feminino genere margaritarum) ‖ 6 *sq. GL. IV 30, 26* (vas . . . huius vasis: utrumque Varro ait de lingua latina: hic vas huius vadis); *cf. IV 19, 16; VI 482, 7; II 155, 22. 239, 1; I 146, 24; VII 293, 31. 312, 21* ‖ 8 *GL. IV 30, 30* (vis . . . hae vis, sicut ⟨Luc⟩retius [reneus *Vindob.* ritiennus *Paris.*: *corr ex 19, 22; cf. Lucr. II 586. III 265*] et Varro: nam . . . declinantur); *cf. VIII 7; GL. VI 482, 10* (vis tertiae . . . declinantur); *II 249, 9* (haec vis huius vis, cuius plurale similiter vis tam Lucretius quam Sallustius protulerunt) ‖ 12 *Gell. IV 16, 1* (M. Varronem et P. Nigidium, viros Romani generis doctissimos, comperimus non aliter elocutos esse et scripsisse, quam senatuis . . . pariter dixisse . . . Caesar, gravis auctor linguae latinae . . . in libris quoque analogicis omnia istiusmodi sine ⟨I⟩ littera dicenda censet); *cf. Non. 484, 14; GL. I 130, 12. 143, 12* ‖ 15 *GL. I 122, 23* (amni Maro *[georg. III 447]* . . . ubi Plinius eodem libro: ab antiquis, inquit, quos Varro reprehendit, observatio omnis illa damnata est, non quidem in totum. dicimus enim, inquit, ab hoc . . . dicimus); *cf. IX 112; GL. I 47, 14. 120, 24. 122, 22. 139, 17*

---

1 *sqq. uncis inclusa supplevimus ex altero test. (v. s.), unde etiam* a littera *corrigitur pro* aliter ea *sim.: ibidem graeca latine scribuntur, graece cum discrepantiis leviusculis in priore* ‖ 6 *delevimus (apud Varronem scil., non apud testes)* | hic vas huius vadis *trai Sp. (cf. test.); de* hoc vasum huius vasi *cogit. Keil, recte fort. apud Varr., certe non apud testes (cf. Mart. Cap. III 295; GL. I 146, 24)* ‖ 9 hic *add ex altero test. (v. s.)* ‖ 10 pluraliter *Paris.*

20 (19 [13]). rure ordinatum arbustum.

**21 (20 [255]). falcium falces, non falceis, facit nec has merceis nec hos axeis luntreis ventreis stirpeis urbeis corbeis vecteis † inepteis.

22 (21 [14]). (Varro *scil.* dicit) horum poematorum et his poematis oportere dici.

23 (23 [15]). (Varro conmeminit) git . . . per omnes casus id nomen ire debere.

XIII

24 (30 [17]). palpetras.

25 (31 [18]). (Varro putat) olivo et oxo . . fieri.

XVIII

26 (33 [19]). quibus nos in hoc libro proinde ut nihil intersit utemur indiscriminatim promisce.

XXII

27 (34 [20]). rure veni.

XXIII

28 (35 [21]). ingluvies tori sunt circa gulam, qui propter pinguedinem fiunt atque interiectas habent rugas.

---

1 *GL. I 142, 18* (rure Terentius in Eunucho *[971]* . . . itaque et Varro ad Ciceronem . . ., quem Plinius ad eundem XI 'rure ordinatum arbustum' dixisse laudat, sed et Terentium in Adelphis *[542]* . . . sed et Titinium in Hortensio *[60 R.]* . . . cum nemo dubitet)*; cf. fragm. 27* ‖ 2 *GL. I 129, 19* (quorum nominum genetivi pluralis ante VM syllabam I litteram merebuntur, accusativus, inquit Plinius, per EIS loquetur, montium monteis, licet Varro, inquit, exemplis hanc regulam confutare temptarit istius modi 'falcium . . . †inepteis'. et tamen manus dat praemissae regulae ridicule, ut exceptis his nominibus valeat regula)*; cf. VIII 66 sq.; GL. I 129, 25. 137, 23. 139, 22. 144, 27; VII 33, 1; II 360, 7* ‖ 5 *GL. I 141, 29* (Varro . . . ad Ciceronem XI horum . . . dici)*; cf. fragm. 52. 53* ‖ 7 *GL. I 131, 7* (git. Varro ad Cicerorem XI per . . . debere conmeminit; vulgo autem hoc gitti dicunt. itaque ut Plinius *e. q. s.*)*; cf. 34, 27. 35, 28. 102, 7. 546, 36. 551, 17; VII 274, 7; Anecd. Helv. 123, 31; TG. s. v.* ‖ 10 *GL. I 105, 14* (palpetras per T Varro ad Ciceronem XIII dixit; sed Fabianus . . . palpebras per B; alii dicunt palpetras genas, palpebras autem ipsos pilos)*; cf. VII 110, 19; Serv. in Aen. IV 30* (palpebras quae a palpitatione dictae sunt) = *Isid. XI 1, 39. diff. rer. 54; Lact. de opif. d. 10, 1* ‖ 11 *GL. I 139, 15* (Varro ad Ciceronem XIII 'oliuo et oxo putat fieri' inquit Plinius *e. q. s.*) ‖ 13 *Non. 127, 24* (indiscriminatim, indifferenter. Varro de lingua latina lib. XVIII 'quibus . . . promisce') ‖ 16 *GL. I 142, 18* (Varro ad Ciceronem XXII 'rure veni')*; cf. fragm. 20* ‖ 18 *Serv. Dan. in Georg. III 431* (Varro ad Ciceronem in libro XXIII: ingluvies tori, inquit, sunt . . . rugas. sed nunc pro gula positum)*; cf. schol. Bern.; Fest. Pauli 112, 2; Isid. X 138; GL. VII 110, 4. 121, 5. 276, 12; TG. s. v.*

---

1 ambustum ‖ 3 lyntreis | curueis: *corr ed. princ.* ‖ 4 nepteis *ed. princ.*, inerteis *Keil; an:* menteis*? cf. VIII 67*

## XXIV

29 (36 [22]). (*ἀξιώματα* Varro appellat) alias profata alias proloquia. — proloquium est sententia in qua nihil desideratur. erit autem planius quid istud sit, si exemplum eius dixerimus. *ἀξίωμα* igitur, sive id proloquium dicere placet, huiusce modi est: 'Hannibal Poenus fuit', 'Scipio Numantiam delevit', 'Milo caedis damnatus est', 'neque bonum est voluptas neque malum'; et omnino quicquid ita dicitur plena atque perfecta verborum sententia, ut id necesse sit aut verum aut falsum esse .... sed quod Graeci *συνημμένον ἀξίωμα* dicunt, id alii nostrorum adiunctum, alii conexum dixerunt. id conexum tale est: 'si Plato ambulat, Plato movetur', 'si dies est, sol super terras est'. item quod illi *συμπεπλεγμένον*, nos vel coniunctum vel copulatum dicimus, quod est eiusdem modi: 'P. Scipio Pauli filius et bis consul fuit et triumphavit et censura functus est et collega in censura L. Mummii fuit'. in omni autem coniuncto si unum est mendacium, etiamsi cetera vera sunt, totum esse mendacium dicitur. nam si ad ea omnia, quae de Scipione illo vera dixi, addidero: 'et Hannibalem in Africa superavit', quod est falsum, universa quoque illa quae coniuncte dicta sunt propter hoc unum quod falsum accesserit, quia simul dicentur, vera non erunt. est item aliud, quod Graeci *διεξευγμένον ἀξίωμα*, nos disiunctum dicimus. id huiusce modi est: 'aut malum est voluptas aut bonum aut neque bonum neque malum est'. omnia autem quae

---

2 *Gell. XVI 8* (cum in disciplinas dialecticas induci atque imbui vellemus, necessus fuit adire atque cognoscere quas vocant dialectici *εἰσαγωγάς*. tum quia in primo *περὶ ἀξιωμάτων* discendum, quae M. Varro alias . . . proloquia appellat, commentarium de proloquiis L. Aelii, docti hominis, qui magister Varronis fuit, studiose quaesivimus . . . sed M. Varro in libro de lingua latina ad Ciceronem quarto vicesimo expeditissime ita finit: proloquium . . . falsum esse, id a dialecticis *ἀξίωμα* appellatum est, a M. Varrone sicut dixi proloquium . . . sed quod Graeci . . . neque currere); *Ps.-Apul. περὶ ἑρμην. 176, 12 Th.* (est una . . . absolutam sententiam conprehendens, sola ex omnibus veritati aut falsitati obnoxia, quam vocat . . . Varro proloquium . . . Graeci . . . *ἀξίωμα*); *cf. VI 56; Diog. Laert. VII 65* (*ἀξίωμα δέ ἐστιν ὅ ἐστιν ἀληθὲς ἢ ψεῦδος . . . ὡς ὁ Χρύσιππός φησιν ἐν τοῖς διαλεκτικοῖς ὅροις· οἷον 'ἡμέρα ἐστὶ' [cf. ibid. 56] 'Δίων περιπατεῖ'*); *Mart. Cap. IV 389 sq.* (quod ergo fuerit ex nominativo casu nominis et tertia verbi persona coniunctum, proloquium dicitur, ita ut iam necessario aut verum sit aut falsum aut dubium *e. q. s.*). *IV 417. V 536; Don. in Andr. I 1, 18; Augustin. princ. dial. 3; Isid. II 31, 1; rhet. L. min. 246, 2 H.; TG. s.* conexus

---

5 huiuscemodi *vel* huiusmodi ‖ 14 eiuscemodi *Gronov*, huiusmodi *Wilm* ‖ 25 bonum neque malum *vel* malum neque bonum

disiunguntur, pugnantia esse inter sese oportet, eorumque opposita, quae *ἀντικείμενα* Graeci dicunt, ea quoque ipsa inter se adversa esse. ex omnibus quae disiunguntur unum esse verum debet, falsa cetera. quodsi aut nihil omnium verum aut omnia plurave quam unum vera erunt aut quae disiuncta sunt non pugnabunt aut quae opposita eorum sunt contraria inter sese non erunt, tum id disiunctum mendacium est et appellatur *παραδιεζευγμένον*, sicuti hoc est, in quo quae opposita non sunt contraria: 'aut curris aut ambulas aut stas'. nam ipsa quidem inter se adversa sunt, sed opposita eorum non pugnant: non ambulare enim et non stare et non currere contraria inter sese non sunt, quoniam contraria ea dicuntur quae simul vera esse non queunt: possis enim simul eodemque tempore neque ambulare neque stare neque currere.

30 (37 [23]). cum indidem haurierint.

## LIBRORVM DE LINGVA LATINA

### INCERTAE SEDIS FRAGMENTA INCERTAQVE

31 [32]. proceres qui processerunt ante alios: unde et proceres tigna quae alia tigna porro excesserunt.

32 (24 [28]). senior et iunior comparativi sunt per inminutionem.

33 (38 [30]). caput . . . quod hinc capiant initium sensus ac nervi.

34 (39 [31]). (Varro dicit) alam culmum fabae.

---

15 *GL. II 540, 3* (invenitur tamen etiam haurivi vel haurii. Varro in XXIIII [*vel* XXIII] 'cum . . . haurierint') ‖ 18 *schol. cod. Ambr. in Aen. III 58* (proceres Varro ad Ciceronem dixit 'proceres . . . excesserunt'); *Serv. in Aen. I 740* (proceres autem ideo secundum Varronem principes civitatis dicuntur, quia eminent in ea, sicut in aedificiis mutuli quidam, hoc est capita trabium, quae proceres nominantur); *TG. s. v.* (Varro dixit ligna esse tectis prominentia, quod procedunt extra parietes sic appellata); *cf. Serv. Dan. in Aen. III 58; Isid. IX 4, 17* ‖ 20 *Serv. in Aen. V 409* (secundum Varronem senior . . . inminutionem . . . ergo senior non satis senex sicut iunior non satis iuvenis, intra iuvenem sicut pauperior intra pauperem. dicit autem hoc Varro in libris ad Ciceronem) *et in Aen. VI 304* (senior est virens senex ut iunior [*vel* iuvenior] intra iuvenem est: quam rem a Varrone tractatam confirmat et Plinius); *cf. GL. II 90, 1. 92, 6; Don. in Eun. prol. 4. Hec. prol. II 3. Phorm. II 3, 15; Isid. XI 2, 25. diff. 531* ‖ 21 *Lactant. de opif. d. 5, 6* (in summo vero constructionis eius . . . caput conlocavit, in quo esset regimen totius animantis datumque illi hoc nomen est, ut quidem Varro ad Ciceronem scribit, quod . . . nervi) = *Isid. XI 1, 25 (cf. diff. rer. 50)* ‖ 22 *Serv. plen. in Georg. I 75* (nonnulli proprie calamos lupinorum alas dici putant, ut Aelius . . . ⟨Varro⟩ de lingua latina alam culmum fabae dic⟨it *vel* (dic⟩i docet⟩)

---

1 disiunguntur *vel* adiunguntur ‖ 5 disiuncta *vel* adiuncta ‖ 12 contraria ea *vel* contrarie ‖ 13 possis *vel* posses ‖ 15 haurierint *vel* haurierunt ‖ 20 senior et iunior *vel* iuuenior et senior

**35 (26 [261]). de quattuor coniugationibus quae pertinent ad verba quae analogiae parent .... (exposita et Varroni).

**36 (27 [262]). sapivi et sapui.

**37 [263]. (verbis) quibusdam deest praeteritum perfectum et omnia quae ex eo nascuntur, ut ferio sisto tollo fero aio furo.

**38 (28 [250]). in Odyssia vetere *(frg. 3 B.)* ... et in Nelei carmine *(frg. 1 B.)* ... cum A puera.

**39 (29 [258]). Leontion et Chrysion et Phanion ex neutris Graecis feminina [neutra] fecere et Plautus quod dixit 'haec Phronesium' *(Truc. 323)* et Caecilius 'Leontium' *(frg. XXXVI R.)*. Varroni autem placet talia nomina dativo tantum casu et ablativo declinari, de ceteris vero sic efferri ut nominativo.

---

1 *GL. I 371, 23 (in capite 'de speciebus temporis praeteriti perfecti':* haec de quattuor ... parent, quarum exempla passim perscripta sunt et sunt nota: ... sunt enim evidenter exposita et Varroni Menippeo) ‖ 3 *GL. II 499, 17* (sapio tam sapui vel sapii quam sapivi [*vel* sapivi vel sapii quam sapui] protulisse auctores inveniuntur: Probo tamen sapui placet dici [*GL. IV 36, 12, ubi non* sapio sapui *pro* rapio rapui *corrigendum cum Struvio, sed inserendum ex VI 488, 8*], Charisio sapui vel sapivi *[I 246, 11]*, Aspro sapivi et sapui secundum Varronem, quod Diomedes *[I 369, 25]* etiam approbat; Nonius tamen Marcellus de mutatis coniugationibus sic ponit *[508, 16]*: 'sapivi pro sapui'); *cf. V 433, 14* (sapio sapivi) ‖ 4 *GL. II 418, 27* (sunt alia verba, quibus desunt diversa tempora usu deficiente, non ratione significationis. et quibusdam ... furo, quod Varro ponit) ‖ 6 *GL. I 84, 5* (puer et in feminino sexu antiqui dicebant, ut Graeci *ὁ παῖς καὶ ἡ παῖς*, ut in Odyssia vetere, quod est antiquissimum carmen: 'mea puer, quid verbi ex tuo ore audio?' et in Nelei carmine aeque prisco: 'saucia puer filia sumam': ubi tamen Varro cum A puera putat dictum; sed Aelius Stilo, magister eius, et Asinius contra); *cf. GL. II 230, 27* (puer pueri, cuius femininum puera dicebant antiquissimi ... Livius in Odyssia: 'mea puera, quid verbi ex tuo ore supra fugit?' idem alibi 'puerarum manibus confectum pulcherrime' *e. q. s.*). *562, 8; VII 103, 4; Non. 156, 11* (puerae pro puellae Varro Devictis *περὶ φιλονικίας* ... idem de Vita p. R. lib. II *e. q. s.*); *Don. in Andr. III 2, 10* ‖ 8 *GL. I 104, 1* (Leontion ... nominativo); *cf. Don. in Phorm. I 2, 102; GL. II 215, 18 sqq.; TG. s.* Leontium *et* Chrysium

---

2 Menippeus *quod Varro dicitur (v. test.) nequaquam indicat agi de sat. Menippea, ut cum Keilio de lacuna verbisque male insertis cogitandum sit* ‖ 8 thyrusion et faunion: *corr. Sp.* (Chrysion *Wilm.*) ‖ 9 *seclusimus;* nostri *v, unde lac post* fecere *sign Keil* ‖ 12 in ceteris *v; possis:* de⟨ficere genetivum, in⟩ ceteris *coll. Wilmanns p. 35: sed vide adn.*

# M. TERENTI VARRONIS

## RELIQVORVM DE GRAMMATICA LIBRORVM FRAGMENTA

---

### DE ANTIQVITATE LITTERARVM
AD L. ACCIVM

II

40 (103 [1]). (Varro docet) lingua Chaldaeorum singularum nomina litterarum ad earum formas esse facta et ex hoc certum fieri eos esse primos auctores litterarum, sive quod simplicia haec et stabilia esse debent quasi fundamentum omnis doctrinae immobile sive quod nec aliter apud Latinos poterant esse, cum a suis vocibus vocales nominentur, semivocales vero in se desinant, mutae a se incipientes vocali terminentur, quas si flectas, significatio quoque nominum una evanescit.

41 (104 [2]). (Varro docet) litteras XVI fuisse, postea tamen crevisse et factas esse XXIII . . . qui illam litteram fecit, qui illam . . . et cur tot sint et quare eo ordine positae et quare isdem nominibus vocentur.

---

4 *GL. II 7, 27* (sunt indeclinabilia tam apud Graecos elementorum nomina quam apud Latinos, sive quod a barbaris inventa dicuntur, quod esse ostendit Varro in secundo de antiquitate litterarum docens lingua . . . evanescit) || 12 *Contaminavimus ex GL. V 108, 10* (Varro docet in aliis libris quos ad Accium [actium *codd.*] scripsit litteras . . . XXIII. tamen primae quae inventae sunt fuerunt XI, postea quae inventae sunt fuerunt XVI; postea autem XXIII factae sunt. illic commemoratur, qui . . . illam) *et 98, 20* (litterae apud maiores nostros non fuerunt XXIII, sed XVI. postea additae sunt aliae . . . habemus hoc in libris ad Accium [attium vel actium *codd.*] apud Varronem et cur . . . vocentur)*; cf. GL. II 11, 1; VI 11, 5. 23, 14. 194, 10; VII 325, 1; Plin. VII 192; Tac. ann. XI 14; non recte huc rettulit Keil in adn. IV 519, 11: v. frg. 67*

---

1 *om Hieron. ind.* || 4 *sqq. initium fragmenti* (*usque ad* auctores litterarum) *una cum verbis inducentibus* (quod esse ostendit *e. q. s.*) *pauci libri servarunt (unus* [*om.* esse *et* docens l. Ch. s. n. l.] *in marg., alter in schedula)*

**42. Palamedes ... et tabulam ipse invenit ad comprimendas otiosi seditiones exercitus ... secundum quosdam ipse repperit litteras quae res forte sit dubia, tamen certum est **X* ab hoc inventas cum H aspiratione.

**43 (105 [241. 240]). Varro dicit consonantes ab E debere incipere, quae semivocales sunt, et in E debere desinere, quae mutae sunt. ideo illae quae non ab E incipiunt neque in E desinunt possunt pati calumniam, ut nec litterae videantur aut non sint necessariae, ut sunt in semivocalibus X et Z. non enim sunt necessariae: nam duplices sunt, quia ex ali⟨i⟩s litteris fieri possunt. ex mutis removentur propter illam quam diximus rationem H K Q : H, quod adspiratio sit, non littera, K et Q ideo, quod C littera harum locum possit implere.

**44 (94 [242]). nomen unius cuiusque litterae omnes artis latores (praecipueque Varro) neutro genere appellari iudicaverunt et aptote declinari iusserunt.

---

## DE ORIGINE LINGVAE LATINAE

### AD CN. POMPEIVM MAGNVM

### LIBRI III (?)

### I

45 (106 [295]). *οὐδὲ ἀγνοήσας ὁ Ῥωμύλος ἢ οἱ κατ' αὐτὸν δείκνυται κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τὴν Ἑλλάδα φωνήν, τὴν Αἰολίδα*

---

1 *Serv. in Aen. II 81* (Palamedes lapidibus interemptus est. hunc autem constat fuisse prudentem. nam et tabulam ... exercitus, ut Varro testatur. secundum ... aspiratione)*; cf. Auson. Technop. XIII de litt. monos. Gr. et L. 25* (*p. 167 Peip.*: ... Palamedica porrigitur Φ) ‖ 5 *GL. IV 520, 18* (Varro dicit consonantes ... implere) *et II 13, 8* (auctoritas quoque tam Varronis quam Macri teste Censorino nec K nec Q nec H in numero adhibet litterarum)*; cf. Quint. I 4, 9; GL. I 423, 10; IV 368, 7. 422, 15; V 101, 14. 110, 3; VI 5, 24. 7, 4. 8, 16. 33, 28. 195, 19; VII 14, 12. 22, 17. 52, 3. 53, 5. 539, 12; Anecd. Helv. 225, 6; Mart. Cap. III 252. 259; Isid. I 4, 4. 10 sqq.* ‖ 14 *GL. IV 48, 37* (nomen litterae est quo appellatur. sane nomen ... iusserunt)*; cf. GL. V 26, 32. 111, 10* ‖ 21 *Lyd. de mag. I 5 = p. 11, 15 W.* (*Κυρῖνος προσηγορεύθη* [*scil. ὁ Ῥωμύλος*] *οἱονεὶ κύριος, κἂν εἰ Διογενιανῷ τῷ λεξ⟨ικ⟩ογράφῳ ἄλλως δοκῇ· οὐδὲ ... λέγω, ὥς φασιν ὅ τε Κάτων ἐν τῷ περὶ Ῥωμαικῆς ἀρχαιότητος, Βάρρων τε ὁ πολυμαθέστατος ἐν προοιμίοις τῶν πρὸς Πομπήιον αὐτῷ γεγραμμένων, Εὐάνδρου ... φωνήν. ἡ γὰρ γραμματικοῖς παρὰ ταύτην εἰσαγομένη ἐτυμολογία, μετὰ συγγνώμης, βεβίασται· ἀπὸ Κύρεως γάρ, πολίχνης Σαβίνων, οὕτως αὐτὸν παρονομασθῆναι βούλονται, καίπερ οὐχ ὁρμώμενον ἐκεῖθεν, ἐπὶ δὲ τοῦ Παλατίνου βουνοῦ τεχθέντα τε παρὰ ταῖς ὄχθαις τοῦ Τιβέριδος καὶ τραφέντα ἐκεῖ. κυρίους γὰρ ἑαυτοὺς καὶ δεσπότας, ἀλλ' οὐ βασιλέας, τύραννοι φιλοῦσι καλεῖσθαι*)*; cf. de l. l. V 21 s. f.; Plut. Qu. R. 59; GL. VI 194, 11*

---

3 *ante χ 2 litt. del in uno cod.: supplementa incertiora ob discrepantias testium* ‖ 7 illae quia: *corr Keil* ‖ 10 sunt quae: *corr Keil* ‖ 17 *sqq.* de origine linguae latinae III *Hieron. ind.: ubi* ad Cn. Pompeium Magnum *add Wilmanns praeeunte Ritschelio* ‖ 22 *ἐκεῖνο ex ἐκείνου cod.*

*λέγω, . . . Εὐάνδρου καὶ τῶν ἄλλων Ἀρκάδων εἰς Ἰταλίαν ἐλθόντων ποτὲ καὶ τὴν Αἰολίδα τοῖς βαρβάροις ἐνσπειράντων φωνήν.*

46 (107 [3]). ut Ion scribit, quinta vicesima est littera, quam vocant agma, cuius forma nulla est et vox communis est Graecis et Latinis, ut his verbis: 'aggulus aggens agguilla iggerunt'. in eius modi Graeci et Accius noster bina G scribunt, alii N et G, quod in hoc veritatem videre facile non est. similiter 'agceps agcora'.

V (?)

47 (108 [296]). *τὴν ὅλην κατασκευὴν τοῦ ⟨πε⟩ριζώματος οἱ Γάλλοι καρταμέραν, ἣν τὸ πλῆθος καρτάλαμον ἐξ ἰδιωτείας ὀνομάζει. ὅτι δὲ οὐ Ῥωμαικὸν τουτὶ τὸ ῥημάτιον, μάρτυς ὁ Ῥωμαῖος Βάρρων ἐν βιβλίῳ πέμπτῳ περὶ Ῥωμαικῆς διαλέκτου, ἐν ᾧ διαρθ⟨ρ⟩οῦται, ποία μέν τις λέξις Αἰολική, ποία δὲ Γαλλική, καὶ ὅτι ἑτέρα μὲν [ἡ] Θούσκων, ἄλλη δὲ Ἐτρούσκων, ὧν συγχυθεισῶν ἡ νῦν κρατοῦσα τῶν Ῥωμαίων ἀπετελέσθη φωνή.*

---

## ΠΕΡΙ ΧΑΡΑΚΤΗΡΩΝ

### III

48 [50]. prop[r]ius proxime. in his extra consuetudinem communem frequenter perfectis uti solet Plautus, ut in Aulularia *(668)*: 'ea sublevit os mihi p[l]enissime' et in Mostellaria *(656)*: ⟨'ita mea consilia perturbat paenissime' et in Cistellaria *(63)*⟩: 'quid faciam? in latebras condas pectori penitissimo' et in Curculione *(121)*: 'salve oculissime homo'.

---

4 *GL. II 30, 12* (sequente G vel C pro ea [*scil.* N] G scribunt Graeci et quidam tamen [etiam *Ritschelius*] vetustissimi auctores Romanorum euphoniae causa bene hoc facientes, ut Agchises agceps aggulus aggens: quod ostendit Varro in primo de origine linguae latinae his verbis: 'ut Ion . . . agcora'); *cf. Gell. XVIIII 14, 7; GL. VI 8, 11. 16, 13. 19, 11* ‖ 11 *Lyd. de mag. II 13 = p. 69, 18 W.* (*φίβουλαν αὐτὴν* [*scil. τὴν περόνην*] *πατρίως οἱ Ῥωμαῖοι καὶ βάλτεον τὸν ζωστῆρα λέγουσι, τὴν δὲ ὅλην . . . φωνή*); *cf. TG. s.* cartalama ‖ 20 *GL. I 189, 25* (conlata sunt adverbia. Varro sic ait in III *περὶ χαρακτήρων*: propius . . . homo. sed num 'oculissime' *βραχέως* legendum?); *cf. TG. s.* prope *et Isid. IX 6, 3; GL. II 99, 17; Fest. 178ᵃ, 22*

---

1 *Ἀλκάδων cod.: corr Fuss* ‖ 5 *ἄγγμα ten Brink* | nulla, set vox *Ritschelius* ‖ 6 agguilla *vel* aggula *vel* aggilla *vel* agguila ‖ 7 eiusmodi *vel* huiuscemodi *vel* huiusmodi ‖ 8 *sq.* facile videre ⟨est, in illo⟩ non est *Ritschelius* ‖ 11 *et* 15 *add Fuss* ‖ 16 *secl Wuensch; an ἢ Θούσκων ad Ἐτρούσκων adscriptum expulit velut Σαβίνων vel Ὄσκων vel Ὀπικῶν? cf. p. 1, 5 sqq.* ‖ 18 *sq. om. ind. Hier.* ‖ 22 *sq. suppl. Keil*

## QVAESTIONVM PLAVTINARVM
LIBRI V

II

49 [51]. amussis est aequamen, levamentum, id est apud fabros tabula quaedam, qua utuntur ad saxa coagmentata. Plautus * *

50 [52]. satura est uva passa et polenta et nuclei pini ex mulso consparsi. ad haec alii addunt et de malo Punico grana.

---

## DE SIMILITVDINE VERBORVM
LIBRI III

II

51 (109 [4]). pix singulariter dicitur.

**52 (98 [256]). glossemata ut toreumata enthymemata noemata schemata poemata et his similia omnia . . . dativo et ablativo plurali in BVS derigit (*scil.* regula), quia singularis ablativus E littera finiatur.

---

## DE VTILITATE SERMONIS
IV

53 (110 [5]). aenigmatis Varro . . . quamquam ab hoc poemate his poematibus facere debeat, tamen consuetudini et suavitati

---

4 *Non. 9, 3* (examussim dicitur examinate ad regulam vel coagmentum . . . Varro . . . idem Quaestionum Plautinarum lib. II: 'amussis . . . Plautus'); *cf. Paul. Fest. 6, 9; GL. I 198, 26; TG. s. v.* (*inter alia* regulae vel tabulae quibus utuntur artifices ad saxa: unde adverbium diximus examussim) ‖ 6 *GL. I 486, 7* (satura autem dicta . . . sive a quodam genere farciminis, quod multis rebus refertum saturam dicit Varro vocitatum. est autem hoc positum in secundo libro Plautinarum quaestionum 'satura . . . grana'); *cf. Fest.* $314^b$, *25* ‖ 11 *GL. I 91, 26* (pix singulariter dicitur, ut ait Varro de similitudine verborum II, quamvis Vergilius dixerit *[Georg. III 450]* 'Idaeasque pices et pingues unguine ceras') *et V 587, 14* (pix generis feminini, ut Varro 'Idaeasque pices'); *cf. GL. IV 31, 30; V 108, 14; Isid. XVII 7, 72; TG. s. v.* ‖ 12 *GL. I 131, 10* (glossemata . . . omnia Varronis regula, inquit Plinius, dativo . . . finiatur. melior tamen ratio est quam sub A littera dedi *[cf. frg. 53]*; et ideo haec et eius modi ex alia formula genetivum pluralem et ex alia dativum sumunt, horum glossematum his glossemati[bu]s); *cf. GL. II 356, 25* ‖ 18 *GL. I 123, 3* (aenigmatis Varro de utilitate sermonis IIII. ait enim Plinius, quamquam . . . tribuendam, ut in Aceste et Anchise Maroni diximus placitum, et quia . . . alligari); *cf. frg. 15; GL. I 141, 29* (poematorum et in II et in III *[scil. libro de poematis]* idem Varro adsidue dicit et his poematis, tamquam nominativo hoc poematum sit et non hoc poema); *V 357, 18* (Graeca neutra quae E littera correpta terminantur, ut ab hoc schemate . . . liberum est nobis et ad nostram regulam declinare, ut horum schematum his et ab his schematibus, et in contrarium ducere, quia nostra non sunt, ut schematorum schematis declinemus, sicut plerumque et in Cicerone et in Varrone legimus)

---

1 *sq.* quaestionum Plautinarum V *ind. Hier.* ‖ 5 coagmentanda *Iunius* | Plautus *secl Lindsay: ubi lac sign Schoell* ‖ 6 satyra | pinei *pro* pini ex *Leo* ‖ 8 *sq.* de similitudine uerborum III *ind. Hier.* ‖ 16 *om ind. Hier.*

aurium censet summam esse tribuendam . . . et quia Graeca nomina non debent Latinis ⟨regulis⟩ alligari.

---

## DE SERMONE LATINO
### AD MARCELLVM
### LIBRI V (?)

### I

54 (48 [33]). 'Cretum' Cicero Tusculanarum libro II *(34)* 'Cretum legis', 'Cretenses' Ennius *(ann. 604 V.²)*.

### II

55 (54 [35]). quae Graeci dicunt aenigmata, hoc genus quidam ex nostris veteribus scirpos appellaverunt. quale est . . . .: 'semel minusne an bis minus sit, non sat scio, an utrumque eorum: ut quondam audivi dicier, ipsi Iovi regi noluit concedere' (Terminus).

56 (53 [34]). aeditumum dici oportere censet (Varro) magis quam aedituum, quod alterum sit recenti novitate fictum, alterum antiqua origine incorruptum.

---

7 *GL. I 124, 12* (Cretum . . . Ennius, ut Varro libro I de sermone Latino scribit*: ubi nil nisi* Cretenses Ennius *huic libro tribuerunt Wilm. et Funaioli c. al.: v. adn.); cf. Serv. in Aen. IV 70* (Graece Κρής facit . . . Latine Cretensis facit) ‖ 10 *Gell. XII 6* (quae . . . est, quod nuper invenimus per hercle anticum perquam lepidum tribus versibus sena[to]ris compositum aenigma, quod reliquimus inenarratum, ut legentium coniecturas in requirendo acueremus. versus tres hi sunt 'semel . . . concedere'. hoc qui nolet diutino aput sese quaerere, inveniet quid sit in M. Varronis de sermone Latino ad Marcellum libro secundo)*; cf. Cato or. frg. 24 P.; Liv. I 55; Ovid. Fast. II 669; Lact. inst. I 20, 38; Serv. in Aen. IX 446; Augustin. de civ. d. IV 23, al.* ‖ 15 *Gell. XII 10* (aeditimus verbum Latinum est et vetus ea forma dictum qua finitimus et legitimus: sed pro eo a plerisque nunc aedituus dicitur nova et commenticia usurpatione quasi a tuendis aedibus appellatus . . . M. Varro in libro secundo ad Marcellum de Latino sermone aeditumum . . . incorruptum)*; cf. p. 96, 4 ibique adnotata; Cic. top. 36* (in quo [*scil.* postliminio] Servius noster ut opinor nihil putat esse notandum, nisi 'post': et 'liminium' illud productionem esse verbi volt, ut in finitumo legitumo aeditumo et non plus inesse 'tumum' quam in meditullio 'tullium')

---

2 *suppl. Fabricius* ‖ 3 *sqq.* de sermone latino V *ind. Hier. (aperte errans in antiquitatum libris): quem secuti* septimo *vel* VII *apud Rufinum bis aut errori aut mendo* (UII *ex* IIII) *tribuerunt cum Iahnio Wilm., Funaioli, al.; at rectius Ritschelius duplici testimonio fidem habuisse videtur: ex quo utrum VII fuerint omnino vel adeo plures nescimus* ‖ 12 non sit sat (*vel* sed): *trai ed. vet.* (sit *del Scal,* sit nescio *corr Freinsheim*) | at utrumque *Hertz* ‖ 13 ipsi dicier ioui: *trai Buecheler duce Scal* (d. I. i.)

III

57 (62 [36]). faenerator .... a faenore est nominatus; faenus autem dictum .. a fetu et quasi a fetura quadam pecuniae parientis atque increscentis. idcirco et M. Catonem et ceteros aetatis eius feneratorem sine A littera pronuntiasse tradit (Varro), sicuti fetus ipse et fecunditas appellata.

58 (63 [37]). utrumque mulieres et epicrocum viri quoque habitarunt.

V

**59 (80 [322]). et in carmine et in soluta oratione genera dicendi probabilia sunt tria, quae Graeci χαρακτῆρας vocant nominaque eis fecerunt *ἁδρόν ἰσχνόν μέσον.* nos quoque quem primum posuimus uberem vocamus, secundum gracilem, tertium mediocrem. uberi dignitas atque amplitudo est, gracili venustas et subtilitas, medius in confinio est utriusque modi particeps. his singulis orationis virtutibus vitia agnata sunt pari numero, quae earum modum et habitum simulacris falsis ementiuntur. sic plerumque sufflati atque tumidi fallunt pro uberibus, squalentes et ieiunidici pro gracilibus, incerti et ambigui pro mediocribus. vera autem et propria huiusce modi formarum exempla in Latina lingua M. Varro esse dicit ubertatis Pacuvium, gracilitatis Lucilium, mediocritatis Terentium. sed ea ipsa genera dicendi iam antiquitus tradita ab Homero sunt tria in tribus: magnificum in Ulixe et ubertum, subtile in Menelao et cohibitum, mixtum moderatumque in Nestore. animadversa eadem tripertita varietas est in tribus philosophis,

---

2 *Gell. XVI 12, 7* (faenerator enim, sicuti M. Varro in libro tertio de sermone Latino scripsit, a faenore . . . dictum ait a fetu . . . appellata) *et Non. 54, 2; cf. 118, 17; Fest. Pauli 86, 1* (fenus et feneratores . . . a fetu dicta, quod crediti nummi alios pariant) *et 94, 1; Isid. X 97* ‖ 7 *Non. 318, 26* (habitare est inhabitare, habere, uti. Varro sermone Latino lib. III 'utrumque . . . habitarunt') ‖ 9 *Gell. VI 14* (et in carmine . . . sobria. unum quodque autem genus, ut diximus, cum caste pudiceque ornatur, fit illustrius, cum fucatur atque praelinitur, fit praestigiosum)*; cf. schol. in Dion. Thr. p. 449, 26 Hilg., al.; Quint. XII 10, 58; Fronto p. 54, 11 N.; rhet. L. min. p. 126, 1. 438, 9. 515, 27. 561, 7 H.; schol. Bern. p. 742, 58 H.; TG. s.* character *et* gracilis*; v. Rabe de Theophr. libris περὶ λέξεως (Bonnae a. 1890) p. 11 sq., Vsener l. s. s. p. 607 sq., Kayser de vet. arte poet. quaest. sel. p. 63. 81* ‖ 18 *sqq. Cf. Fronto p. 113 extr. N.* ‖ 20 *sqq. Cf. Quint. XII 10, 64; Auson. prof. Burdig. XXI 16 sqq. grat. act. VIII 19 et epist. XII 10 sq. P.* ‖ 25 *sq. Cf. (Varro apud) Gell. XVII 21, 48 (et Macr. I 5, 14 ex Gellio VI 14); Cic. de or. II 155. Tusc. IV 5. Acad. prior. II 137. ad Att. XII 23, 2; Plut. Cato mai. XXII (Plin. VII 112); Aelian. V. H. III 17; Lact. inst. V 14, 3*

---

11 apponicx. (*vel* -ixc) non mecon: *corr Gronov* | nos quoque *vel* nosque

quos Athenienses Romam ad senatum populi ⟨R.⟩ legaverant inpetratum, uti multam remitteret, quam fecerat is propter Oropi vastationem. ea multa fuerat talentum fere quingentum. erant isti philosophi Carneades ex academia, Diogenes stoicus, Critolaus peripateticus. et in senatum quidem introducti interprete usi sunt C. Acilio senatore: sed ante ipsi seorsum quisque ostentandi gratia magno conventu hominum dissertaverunt. tum admirationi fuisse aiunt Rutilius (*hist. R. fragm. 3 P.*) et Polybius (*XXXIII 2 p. 1287 H.*) philosophorum trium sui cuiusque generis facundiam. violenta, inquiunt, et rapida Carneades dicebat, scita et teretia Critolaus, modesta Diogenes et sobria.

60 (81 [40]). ἤθη . . . nullis ali⟨is⟩ servare convenit . . . quam Titinio Terentio Att⟨a⟩e; πάθη vero Trabea . . . Atilius Caecilius facile moverunt. 'egone illam? qu⟨a⟩e illum? quae me? quae non? sine modo, mori me malim: sentiet qui vir siem' (*Ter. Eun. 65*): praecise . . .: generat animi passionem. quod novi generis cum non sit interiectio sed ademptio, tamen interiecti animi causa vocitamus. 'tu me homo adigis ad insaniam' (*Ter. Ad. 111*): irascentis et haec oratio est, licet nulla sit interiecta particula. 'tun consulis quicquam?' (*Ter. Ad. 127*): et haec irascentis oratio est. 'tremo horreoque, postquam aspexi hanc' (*Ter. Eun. 84*): adfectus ob amorem. 'heus, heus pater, heus Hector' (*trag. fragm. inc. inc. X R.*): a dolore mentis adfectae. 'mane mane, porro ut audias' (*ibid. XLI*): cupiditatis adfectus est.

61 (83 [41]). later lutum iugmenta.

---

13 *GL. I 241, 27* (ἤθη, ut ait Varro de Latino sermone libro V, nullis . . . convenit, inquit, quam . . . Trabea, inquit, Atilius . . . praecise, inquit Varro: generat . . . est)*; cf. Don. in Eun. I 1, 20. V 8, 20. Andr. I 5, 36. 50; Serv. in Aen. I 135; Quint. IX 2, 54; Macr. IV 6, 20 sqq.; Isid. II 14. 21, 36, al.* ‖ 27 *GL. I 135, 17* (later an lateris? et huic nominativum singularem ablativus restituet singularis, si E litteram deponat. Varro de sermone Latino V 'later . . . iugmenta')*; cf. Non. 131, 8; GL. I 328, 24. 552, 11; II 189, 11. 228, 20; III 145, 10; V 138, 5* (nominativo later non dicitur, quamvis apud Probum invenimus hic later). *187, 1; Anecd. Helv. 244, 12; TG. s. v.*

---

1 *sq. add Hertz (dubitanter)* | legauerant impetratum *(sic Macr.) vel* legauerunt imperatum | remitteret *et* fecerat *(sic Macr.) vel* remitterent *et* fecerant ‖ 6 cacilio *vel* cecilio (caelio *Macr.*) ‖ 8 dissertauerant *vel* dissertauerunt ‖ 13 nullus ali: *corr Ritschl* ‖ 14 pathe ‖ 15 illamq; ‖ 17 p̄cisę | *ante* generat *distinximus* ‖ 23 heu[s] *ter Ribbeck* ‖ 24 adolere ‖ 27 iugmenta⟨tum⟩ *Wilm*

62 (87 [42]). domi suae.

63 (88 [43]). mutuo.

VII (?)

64 (67 [38]). clausulas quoque primum appellatas dicunt, quod clauderent sententiam, ut apud Accium *(665 R.)*: 'an haec iam obliti sunt Phryges?' nonnunquam ab his initium fit, ut apud Caecilium *(280 R.)*: 'dei boni, quid hoc?' apud Terentium *(Ad. 610)*: 'discrucior animi'.

(**)65$^{a}$. trochaicus idem se⟨pte⟩narius et quadratus. hic si verus est, omnes septem trochaeos habet et semipedem [id est unam syllabam]: cuius exemplum tale est: 'immerens anus virente secta pinus in Crago'. hic fit, cum ad iambici veri principium additur pes trisyllabus amphimacrus.

65$^{b}$ (73 [39]). at in extremum senarium totidem semipedibus adiectis fiet comicus quadratus, ut ⟨est⟩ hic: 'heri aliquot adulescentuli coimus in Piraeo' *(Ter. Eun. 539)*.

*66 (74 [46]). quare in huiusce modi locis poni oportet notam I transversam inter syllabas, frequentius ad extremum versum senarium et similes, si pro longa brevem habebunt extremam, ut in hoc: 'amicus summus meus et popularis Geta' *(Ter. Phorm. 35)*.

## LIBRORVM DE SERMONE LATINO
### INCERTAE SEDIS FRAGMENTA INCERTAQVE

**67 [239]. litterae Latinae cum XXIII sint, Varro XVII dicit esse: ceteras superfluas putat (*vel* quidam Latino sermoni sufficere

1 *GL. I 126, 22* ('domi suae' Varro de sermone Latino libro V: nec enim potest adverbium dici, cui 'suae' pronomen adest)*; cf. III 68, 6* (sponte sua et mane primo nomina esse ostenduntur coniunctione aliorum casualium, ut domi suae)*; IV 152, 21; TG. s.* domus (domi humi et cetera adverbia sunt) ‖ 2 *GL. I 205, 15* ('mutuo', ut Varro de sermone Latino V loquitur, in †cognomine [cognōe] est; mutue vero ut docte sic [dici?] putant), nec non et illi qui de differentiis scribunt)*: de verbis corruptis* in cognomine est, *quae num ad Varronem pertineant dubitari potest, v. adn.* ‖ 4 *GL. VI 556, 7* (Varro in septimo [*vel* in VII *vel* UII] 'clausulas . . . animi')*; cf. 60, 28. 79, 1 = 557, 13; I 300, 23; Fest. Pauli 56, 8; Isid. I 39, 24* ‖ 9 *GL. I 507, 23* (trochaicus . . . amphimacrus. hic recipit pedes sui generis quam rem de iambico diximus)*; cf. VI 134, 7. 393, 2280. 640, 31: verba exhibita coll. fragm. sequenti Varroni atque huic maxime loco vindicavit Westphal* ‖ 14 *GL. VI 556, 14* (idem Varro in eodem septimo [*vel* UII] de lingua Latina ad Marcellum sic dicit 'at in . . . Piraeo')*; cf. fragm. 95* ‖ 17 *GL. VI 555, 11* (Varro de lingua Latina ad Marcellum sic: 'quare . . . Geta') ‖ 23 *GL. IV 519, 11* (litterae . . . putat) *et I 423, 31* (quidam . . . et Z)*; cf. I 8, 16. 423, 10; IV 368, 7; VI 5, 24. 195, 19; VII 382, 6; Isid. I 4, 10; v. ad fragm. 43*

3 *cf. ad 203, 3 sqq.* ‖ 9 hic si uersus *vel* hic seuerus *vel* hic uerus ‖ 10 *sq. seclusimus (apud Varronem scil., non apud testem)* ‖ 12 grago ‖ 14 at *vel* aut ‖ 15 fiat: *corr Wilm* | *suppl Keil* | aliquod ‖ 17 I transuersam *vel* in transuersum

decem et septem litteras crediderunt, si quidem ex viginti tribus una aspirationis nota est H, una duplex X, duae supervacuae K et Q, duae Graecae Y et Z).

**68 (43 [269]). lacrumae an lacrimae, maxumus an maximus et si qua similia sunt quomodo scribi debe⟨a⟩nt quaesitum est. Terentius Varro tradidit Caesarem per I eius modi verba solitum esse enuntiare et scribere: inde propter auctoritatem tanti viri consuetudinem factam.

**69 (44 [272]). per adiectionem illa videntur esse vitiosa, quod Accius *(p. 30 Funai.)* geminatis vocalibus scribi natura longas syllabas voluit, cum alioqui adiecto vel sublato apice longitudinis et brevitatis nota posset ostendi. nam singulares vocales et produci et corripi possunt. unde etiam Lucilius in VIIII saturarum de orthographia praecipiens ait *(351 M.)*: 'A primum est, hinc incipiam et quae nomina ab hoc sunt: deinde "A primum" longa, ⟨"ab"⟩ brevis syllaba: nos tamen unum hoc faciemus et uno eodemque ut dicimus pacto scribemus: "pacem placide" "Ianum aridum acetum", Ἀρες Ἄρες Graeci ut faciunt'. itemque quod Lucilius ubi I exile est per se iubet scribi, at ubi plenum est praeponendum esse E[i] credit his versibus *(358 sqq. M.)*: 'm⟨e⟩ille hominum, duo m⟨e⟩ilia, item huc E utroque opus, m⟨e⟩il[l]e⟨s⟩, m⟨e⟩ilitiam. tenues I: pilam, in qua lusimus; pilum, quo piso, tenues; si plura haec feceris pila, quae iacimus, addes E, peila ut plenius fiat'. quam inconstantiam Varro arguens . . . (dicit) in plurali quidem numero debere ⟨E⟩ litterae I praeponi, in singulari vero minime . . . singularis numerus per unam I lit-

---

4 *GL. VII 150, 10* (lacrumae . . . factam) = *Isid. I 27, 15; cf. Quint. I 7, 21* (optimus maximus, ut mediam I litteram quae veteribus V fuerat acciperent, Gai primum Caesaris inscriptione traditur factum)*; GL. VI 9, 3; VII 24, 13. 49, 19. 67, 3. 75, 12* ‖ 9 *GL. VII 18, 12* (primum igitur per adiectionem . . . Varro arguens in eundem errorem diversa via delabitur dicens in plurali . . . minime, cum alioqui i non aliud in singulari quam ⟨in plurali neque aliud in media *suppl. Keil*⟩ quam in extrema syllaba sonet, ut in verbis manifestum est *e. q. s.*) *et 32, 21* (singularis . . . pronuntientur)*; cf. Quint. I 4, 10. 7, 14 sq.; GL. II 298, 4; VI 8, 13. 17, 25; VII 55, 25—56, 14*

---

5 *add Carrio* ‖ 6 tradidit *vel* tradit ‖ 7 enuntiare *vel* adnuntiare (*ex* aenuntiare *?*)*;* et enuntiare *Keil, vix recte* ‖ 10 *sq.* longas *vel* longa ‖ 14 nono *vel* uim (*i. e.* UIIII) ‖ 16 *supplevimus* ‖ 17 eodemque *vel* eodem quod ‖ 18 apec ape E *vel* arpe · cape e: *corr Dousa* ‖ 20 esse ei *vel* esse: *corr Putschius* ‖ 21 *sq.* e *quater add Scal* | duo milia *vel* $\overline{\text{II}}$ ‖ 22 huce: *corr Marx* | mille: *corr Scal* ‖ 23 ludimus *Scal* | ipso: *corr Scal* ‖ 24 *sq.* adde se (*vel* adesse) pella: *corr Scal* | plenius *vel* plenus ‖ 26 *add Goidanich praeeunte Keilio* (litterae i e) *et Vsenero* (I litterae E)*: cf. ad 20*

teram scribitur, ut docilis facilis, pluralis autem per E et I, ut facileis docileis, ut ex hoc appareat, singularisne[m] sit appellatio an pluralis. aureis quas modo aetheris scribimus modo quibus audimus: nec minus a nobis I singularis in fraude⟨m⟩ produci potest, ⟨si EI,⟩ ut vidi, scribitur. si autem cum eadem [i] littera aliud breve aliud longum est, ut illa [et] pila, apices ibi poni debent, ubi [h]isdem litteris alia atque alia res designatur, ut vénit et venit, áret et aret, légit et legit ceteraque his similia; super I tamen litteram apex non ponitur: melius enim I ⟨in⟩ pila in longum producetur. ceterae vocales quom eodem ordine positae diversa significant, apice distinguuntur, ne legens dubitatione impediatur, hoc est ne †in os hos aedes pronuntietur.

**70 (45 [271]). mium et commircium quoque per I antiquis relinquamus, apud quos aeque et Mircurius per I diceba[n]tur, quod mirandarum rerum esset inventor . . . item miis per I, non meis per E, ut Terentius *(Heaut. 699)*: 'at enim istoc nihil est magis, Syre, miis nuptiis adversum'.

**71 (46 [270]). est quaedam littera in Ϝ litterae speciem figurata, quae digamma nominatur, quia duos apices ex gamma littera habere videatur. ad huius similitudinem soni nostri coniunctas vocales digammon appellare voluerunt, ut est votum virgo. itaque in prima syllaba digamma et vocalem oportuit poni Ϝotum Ϝirgo: quod et Aeoli⟨s⟩ fecerunt et antiqui

---

7 *Cf. Quint. I 7, 2 sq.; GL. I 434, 9* ‖ 14 *GL. VII 77, 12* (mium . . . inventor, ut [*sic Ritschelius*: et] Varro dicit: nostris iam auribus sed⟨et⟩ *[supplevimus coll. Quint. XI 3, 40;* placet *Keil praeeunte* ⟨secus placet⟩ scilicet *Ritschelio]* per E, ut et [*sic Ritschelius*: et ut] Mercurius et commercia dicantur. item . . . adversum) ‖ 19 *GL. VII 148, 5* (est quaedam . . . VA⟨V⟩) *et II 15, 1* (V vero loco consonantis posita eandem prorsus in omnibus vim habuit apud Latinos quam apud Aeolis digamma: unde a plerisque ei nomen hoc datur, quod apud Aeolis habuit olim Ϝ digamma, id est VAV ab ipsius voce profectum teste Varrone et Didymo, qui id ei nomen esse ostendunt)*; cf. GL. II 11, 5. 27, 13; I 75, 4. 422, 21. 425, 32; IV 367, 18. 476, 13; V 27, 19. 105, 3; VI 14, 24. 15, 3; VII 12, 11. 17, 2. 58, 4. 302, 6. 538, 21; Anecd. Helv. 223, 24; Quint. I 4, 7. XII 10, 29; Don. in Ter. Andr. I 2, 2. III 4, 1; Isid. I 4, 8; v. Reppe de L. Annaeo Corn. p. 67*

---

1 scribitur ut *vel* scribitur | i *vel* ie ‖ 2 singularis item*;* singularis I *Vsener,* utrum singularis *Keil* ‖ 3 aetheris *vel* aethereis ‖ 4 audimus ne *vel* audiuimus nec | a nobis *vel* anubis ‖ 5 m *add Vsener* | *supplevimus* | autem *vel* aut ‖ 6 *delevimus* ‖ 7 et *seclusimus* ‖ 9 *sq.* apex inponitur (*vel* imp.) | *suppl Vsener* ‖ 11 quia: *corr Vsener,* quae *Keil* ‖ 12 distinguntur ne legens *vel* distinguuntur neglegens ‖ 13 ne in os (*ex* hos) hos *vel* nemo hos: *v. adn.* ‖ 14 nimium: *corr. Commelinus* (ni *pertinet ad praecedentia mendo dubia*) | commercium: *corr Iunius* ‖ 15 mercirius: *corr. Iunius (cf. CIL. I n. 59. 1500)* ‖ 19 ⟨apud Graecos⟩ est *Keil* ‖ 20 quae duos ‖ 21 uideatur *vel* uidetur ‖ 24 quam *vel* quae: *corr Carrio* | *addidimus coll. p. 9, 20. 31, 21. 32, 7* (Aeoles *Keil,* Aeolii *Wilm*)

nostri, sicut scriptura in quibusdam libellis declarat. hanc litteram Terentius [us] Varro dum vult demonstrare, ita perscribit: VA⟨V⟩.

**72 (47 [274]). non care⟨n⟩t quaestione etiam plebs et urbs et Pelops, quae Varro ita distinguit, ut per B et S ea nominativo casu putet esse scribenda, quae eandem litteram genetivo ⟨singulari⟩ reddant, ut plebs plebis, urbs urbis, ea vero per P et S, quae similiter genetivo eiusdem [modi] numeri in PIS excurrant, ut Pelops Pelopis.

**73 (50 [275]). delirus placet Varroni, non delerus: non enim, ut quidam existimant, a Graeco tracta vox est *παρὰ τὸ ληρ⟨ε⟩ῖν*, sed est latine ⟨denominata a lira, id est a⟩ sulco. ita sicuti boves, cum se a recto actu operis detorserint, delirare dicuntur, sic qui a recta via vitae ad pravam declinant per similitudinem translationis item delirare existimantur. placet etiam ut Delmatiam quoque, non Dalmatiam pronuntiemus, quoniam a Delmino maxima civitate tractum nomen existimatur. ferias etiam, non fereas, quoniam apud antiquos fesiae, non feseae dictae sunt. item arispex ab ari[u]ga quae esset hostia, non aruspex.

**74 (51 [276]). intervallum duas L habet: vallum enim ipsum non

---

4 *GL. VII 27, 11* (non . . . Pelopis. sed nobis utrumque [utcumque *Niebuhrius*] per PS videtur esse scribendum, quoniam ex his ψ littera constet) *et 159, 22* (traps [ab eo quod dicitur trabis *secl Keil*] et urps per P debent scribi, licet Varro per B scribenda putet, quia [*vel* quod] in reliquis casibus B habent [*vel* habent B]; sed tamen cum ψ littera Graeca nullo modo transferri potuerit in usum nostrum et vis eius per P et S litteras scribatur, necessarium est, ut ubi ψ Graecum sonat, apud nos . . . per has litteras scribatur)*; cf. GL. II 33, 3. 43, 9; VI 20, 11; VII 14, 7. 21, 6. 61, 5. 73, 12. 156, 23. 161, 17. 303, 8. 307, 14* ‖ 10 *GL. VII 72, 22* (nec non et ibi *ὀρθοέπεια ὀρθογραφία* coniuncta est, ubi quaeritur faenoris an faeneris ⟨elegantiores⟩ dicant [*supplevimus — cf. p. 211, 2 —* dicamus *Wilmanns,* ⟨dicendum sit et per E faeneris⟩ dicamus *Keil*], quoniam nomen inde tractum dicimus faeneratorem. item facineris, non facinoris, quoniam facinerosum vocamus. sic etiam delirus . . . aruspex) *et 155, 6* (placet etiam . . . feseae dicebantur)*; cf. GL. I 76, 19; IV 198, 19; VII 109, 6. 270, 20; Non. 17, 32; Isid. X 78. diff. 140; TG. s.* delirus ‖ 17 *Cf. GL. VII 301, 22* ‖ 19 *Cf. ad 31, 2* ‖ 21 *GL. VII 151, 3* (intervallum . . . dicuntur)*; cf. Hygin. grom. p. 6, 1; GL. VII 303, 23; TG. s. v.*

---

1 nostri *vel* non ‖ 2 *sq.* usu raro dum | perscribit *vel* percribit | *add Ritschl* ‖ 4 *sq.* caret *vel* paret: *corr Keil* | et pelobs *vel* e pelobs | ita *vel* ·n· ad ‖ 6 scribenda quae *vel* scribe nouamque quae ‖ 7 *suppl Keil* ‖ 8 p et s *vel* ps | *secl ed. Basil.* | pis *vel* ps ‖ 9 excurrunt: *corr Wilm* | pelops *vel* pelobs ‖ 10 delirus *ex* delis | delerum ‖ 12 *supplevimus duce Ritschelio, qui* latina ⟨a lira id est a⟩ | ita⟨que⟩ *v* ‖ 13 acto ‖ 17 maximo *et* existimetur: maxima eiusdem prouinciae *et* existimatur *alt. l. (v. test.)* ‖ 19 *del Iunius recipiente Keilio: cf. 31, 5 ibique adnotata* ‖ 21 duas l habet uallum enim *vel* enim per duo ll uallum

aliter scribitur, a quo intervallum. Varro dicit intervalla esse spatia quae sunt inter capita vallorum, id est stipitum, quibus vallum fit: unde cetera quoque spatia dicuntur ⟨intervalla⟩.

**75 (52 [277]). narare per unum R scribitur, ut Varroni placet: secutus est enim etymologiam nominis † eius qua gnarus dicitur qui scit et accipit quod loqui debeat. denique compositio verbi ita scribitur: ignorare, quod non per duo R, sed per unum scribitur. ideo et naratio unum R habere debet.

(**) 76 (55 [278]). scire oportet vocem sicut omne corpus tris habere distantias: altitudinem crassitudinem ⟨longitudinem⟩. longitudinem tempore ac syllabis metimur: nam et quantum ⟨m⟩or⟨a⟩e enuntiandis verbis teratur et quanto numero modoque syllabarum unum quodque si⟨t⟩ verbum, plurimum refert. ab altitudine discernit accentus, cum pars verbi aut in grave deprimitur aut sublimatur in acutum. crassitudo autem in spiritu est, unde etiam Graeci aspirationem appellant ⟨δασεῖαν et ψιλήν⟩: nam omnes voces aut aspirando facimus pinguiores aut sine aspiratu pronuntiando tenuiores.

**77 (58 [280]). de H littera quaeritur, quae se † cum his aut in-

---

5 *GL. VII 159, 8* (narare . . . debet)*; cf. p. 75, 3 ibique adnotata* ‖ 10 *GL. IV 525, 24* (scire autem oportet . . . tenuiores)*; cf. Vitruv. V 3, 6 sq.; GL. II 6, 17; III 519, 5 sqq.; Anecd. Helv. XVIII; v. Stoicorum fragm. 357 (II p. 123 Arnim) et Lucr. IV 540* ‖ 20 *GL. VII 68, 14* (de H littera . . . nascantur; sed tamen a consuetudine accepit. et cohortes . . . dicimus) *et 19, 14* (item [*scil.* peccant] qui ⟨re⟩prehensus *[add Keil]* cum aspiratione scribunt, cum eam prima positio [prima persona: *corr Keil*] non habeat, et similiter vehemens, cum a vi mentis dicatur; quam quidam putant adiciendam, quoniam i⟨n eo⟩ non *[supplevimus]* aliud esse putant quam ⟨vehi id est⟩ alt[er]ius ferri [*supplevimus duce Schneidero* — quam altius vehi — *et Wilmannsio* — quam altius ⟨mentem vehi id est⟩ ferri], cum ⟨in *addimus*⟩ hoc verbo sine dubitatione adspiretur)*; cf. Quint. I 5, 20 sq.* (erupit brevi tempore nimius usus [*scil.* aspirationis] . . . inde durat ad nos usque vehementer et comprehendere)*; Gell. II 3, 1 sqq.* (H litteram sive illam spiritum magis quam litteram dici oportet, inserebant eam veteres nostri plerisque vocibus verborum . . . sic vehemens*: cf.* vemens *V 12, 10 et* vehemens . . . a mentis vi *XVI 5, 6 = Macr. VI 8, 18*)*; GL. VII 153, 7 = 159, 18. 306, 13. 311, 26; Don. in Ter. Andr. II 2, 16; Fest. Pauli 7, 17* (alica dicitur quod alit corpus)*; GL. I 96, 9* (alicam sine adspiratione dictam Verrius tradit *e. q. s.*)*; VII 107, 12* (alica non halica)*;*

---

2 sunt *vel* sint ‖ 3 *sq.* fit *vel* sit | *suppl Keil* (*post* spatia, *ubi* ⟨ita⟩ *Funaioli*)*; an:* dici inter⟨valla⟩*?* ‖ 5 scribitur ut *vel* ut ‖ 6 eo quod *Keil; an:* eius⟨dem stirpis⟩ qu⟨i⟩a *vel* ex qua*?* ‖ 7 accepit *Keil* | quod *vel* quid *vel* qui ‖ 8 quod *vel* que ‖ 11 *suppl ed. Vind.* (*post* distantias) ‖ 12 ore: *corr Wilm;* ⟨temporis⟩ ore *ed. Vind.*, ⟨temp⟩ori⟨s⟩ *Keil* ‖ 14 *add ed. Vind.* | refert *vel* res est ‖ 17 *sq.* spiritu *ex* spiratu | *suppl Keil duce Zippmanno* (*πνεῦμα δασύ*) | aspiranda: *corr ed. Vind.* ‖ 19 pinguires *vel* pinguiores ‖ 20 cum his: *an:* plurimis*? praeeunte* multis *Funaiolio coll. Gell. II 3, 1 (secl Keil, de* omnibus *cogitans scil. ex* voc⟨al⟩ibus *reposito)*

seruit vocibus aut praeposuit: inseruit, ut in his: 'vehemens reprehendit' (cum elegantiores et ve[he]menter dicant et repre[he]ndit secundum primam positionem: prendo enim dicimus, non prehendo); [at] praeposuit, ut cum dicas [hostis harena harenae . ha .] halicam et halic[am et alic]ulam, cum ab alendo possit alica dici et aliculam existime⟨n⟩t dictam, quod alas nobis iniecta contineat. hortus quoque non desiderabat aspirationem, quod ibi herbae oriantur, id est nascantur . . . et cohortes aeque a cooriendo ex eodem loco dictae sunt: et tam⟨en⟩ differentiam quidam esse maluerunt, ut cohortes militum cum aspiratione a mutua hortatione dicantur. item non nulli harenam cum aspiratione, sive quoniam haereat sive quod aquam hauriat, dicenda⟨m⟩ existimaverunt: aliis sine aspiratione videtur enuntianda. nos non tam per illas causas quas supra proposuimus ⟨harenam dicimus⟩ quam propter originem vocis, siquidem, ut testis est Varro, a Sabinis fa[s]sena dicitur et, sicut S familiariter in R transit, ita F in vicinam aspirationem mutatur. similiter ergo et haedos dicimus cum aspiratione, quoniam faedi dicebantur apud antiquos. item hircos, quoniam eosdem aeque fircos vocabant. nam et e contrario quam antiqui habam dicebant nos fabam dicimus.

**77[a] (58[c] [280[b]]). harena . . . aspirationem . . . si ab ariditate dicitur, non habet, si ab haerendo, ut in fabricis videmus, habet.

**78 (56 [279]). H sicut in quaestione est littera sit necne, sic num-

---

*Fest. Pauli 102, 11* (hortus apud antiquos . . . quod ibi qui arma capere possint orirentur)*; p. 27, 18; GL. VII 74, 16* (cohortes et coortes, ubi diversam voluerunt significationem esse grammatici, ut coortes sint villarum, unde homines cooriantur pariter . . . at cohortes militum a mutua cohortatione)*; I 103, 21* (harena dicitur quod haereat et arena quod areat: gratius tamen cum adspiratione sonat)*; IV 444, 28; VI 21, 24; VII 81, 10* (harenam iustius quis dixerit, quoniam apud antiquos fasena erat). *274, 17; Anecd. Helv. p. CXXXVI; Prob. in Georg. I 70; Isid. XVI 3, 11. XIX 10, 21; adde fragm. 77[a]; p. 30, 14 sq. ibique adnotata et adice Fest. Pauli 84, 5* (foedum antiqui dicebant pro hoedo)

22 *Serv. in Aen. I 172* (harena quaeritur habeat necne nomen hoc aspirationem. et Varro sic definit: 'si ab . . . habet'. melior tamen est superior etymologia || 24 *GL. VII 152, 8* (H . . . hircus. sed Varronem praeterit consonantem ideo secundo loco H recipere, quod [*vel* quia] non possit ante ⟨se *suppl Vsener*⟩ aspirationem nisi vocalis [-les: *corr idem*] habere. itaque et ante et post H [*vel* si H] littera cuicumque ⟨vo⟩cali [tali: *corr idem*] adiungatur, consonabit [non sonabit *vel* sonabit: *corr idem*])*; cf. GL. II 19, 12*

---

2 *sq. del Commelinus* (veementer *Funaioli: at cf. Quint. I 5, 21*) || 4 *sq. secl Keil* (hostis = hortus) || 5 *secl Commelinus* || 10 et tam *vel* et eam (sed tamen *Keil*) || 14 p⟨ropt⟩er *Keil* || 15 *suppl Keil* || 16 *sq.* fassana: *corr Keil* || 23 habet si (*vel* sed) || 24 *sq.* H *vel* Nã | sit numquam: *corr Putschius*

quam dubitatum est secundo loco a quacumque consonante poni debere, quod solus Varro dubitat: vult enim auctoritate sua efficere, ut H prius ponatur ea littera, cui adspirationem confert, et tanto magis hoc temptat ⟨per⟩suadere, quod vocalibus quoque dicit anteponi, ut heres hircus.

**79 (58 [280]). cilonem quoque et cocleam et cocleare sine aspiratione scribemus et quicquid per consuetudinem aurium ita licuerit enuntiare.

**80 (58[AB] [280[cd]]). Graccus et ortus sine aspiratione dici debere Varro ait; et ortum quidem, quod in eo omnia oriantur, Graccum autem a gerendo, quod mater eius duodecim mensibus utero eum gestaverit, vel a gracilitate corporis, ut quidam volunt.

**81 (58[AD] [280[ce]]). pulchrum Varro aspirari debere negat, ne duabus consonantibus media intercedat aspiratio (*vel* ne una omnino dictio adversus Latini sermonis naturam media aspiretur).

**82 (57 [280[a]]). Varroni ... placet R litteram, si pr⟨im⟩o loco ponatur,

---

6 *GL. VII 69, 13* (cilonem . . . enuntiare. non enim firmum est catholicum grammaticorum, quo censent adspirationem consonanti non esse iungendam, cum et Carthago dicatur et pulcher et Gracchus et Otho et Bocchus)*; cf. Fest. Pauli 43, 10; GL. I 102, 1* (cilones dicuntur quorum capita oblonga et conpressa sunt, chilones . . . ex Graeco a labris improbioribus, quae illi vocant χείλη)*; VII 74, 14. 97, 17. 155, 12; TG. s. v.* ‖ 9 *GL. I 82, 7* (Graccus et ortus . . . ait: et ortum quidem quod in eo omnia oriantur, Graccum . . . volunt. sed consuetudo et Gracchos et hortos cum aspiratione usurpavit) *et VII 20, 2* (negat Varro etiam Gracco [*vel* gracho] aspirandum, quoniam a gerendo sit cognominatus: matrem enim eius, qui primus Graccus sit dictus, duodecim mensibus utero eum [mensibus utero *vel* menses uterum: *corr Ritschl*] gessisse [*vel* gessisset])*; cf. VII 69, 16; Quint. I 5, 20* (diu deinde servatum, ne consonantibus adspirarent, ut in Graccis) ‖ 14 *GL. I 73, 17* (pulchrum . . . aspiratio. quod minime rectum antiquis videbatur: unde et sepulchrum hodieque manet, quod sit seorsum a pulchro) *et TG. s. v.* (sepulchrum placet aliis compositum a semis et pulchro . . . sed pulchrum Varro negat aspirari debere, ne . . . aspiratio, quod minime ab antiquis videtur secutum) *et GL. VII 20, 4* (et pulchrum quamvis in consuetudine aspiretur, nihilo minus tamen ratio exiliter et enuntiandum et scribendum esse persuadet, ne una omnino dictio . . . aspiretur)*; cf. IV 38, 27; VII 69, 16. 93, 2; Serv. et schol. Bern. in Georg. III 223* ‖ 17 *GL. VII 154, 1* (Varroni etiam [*vel* enim] placet . . . rhetorem. sed eadem observatio non necessaria est [R littera *vel* litterae]: sunt enim verba primo loco R litteram habentia non minus Latina quam Graeca. itaque merito auferimus H [*vel* auferemus — *vel* auferamus — aut amovebimus adspirationem]: Roma regina rapa Rodus)*; cf. GL. II 19, 12; VII 303, 15*

---

1 *sq.* est *vel* est ac: est an (*et* debere⟨t⟩) *Wilm* | quia (*vel* quam) solus ‖ 3 quae (*vel* quae ad) adspirationem: *corr Wilm* ‖ 4 confert *vel* conferet (conferat *v*)*; ubi* adfert (*et* ad quam) *Keil* | *suppl Carrio* | quod (*ex* quae) *vel* q *vel* quę *vel* ut ‖ 5 dicat: *corr Keil* | ut heres *vel* heres ‖ 9 *sq. an olim cum* Gracco *iungebatur* Orcus (*non* ortus)*? cf. d. l. l. V 66 et adnot. ad p. 44, 20* ‖ 16 natura media *vel* naturam mediam ‖ 17 litteram *vel* littera | pro *vel* p⌒r (= post r): *corr Carrio*

non adspirari: lector enim ipse, inquit, intellegere debet Rodum, tamen etsi H non habet, Rhodum esse, retorem rhetorem.

(**)83 (59 [281]). in accentu materia locus et natura [est] prosodiae brevissime conprehensa sunt. nam materia esse ostenditur vox, et ea quidem qua[e] verba possunt sonare, id est scriptilis; locus autem syllaba, quoniam proprie haec verbi pars est quae recipit accentum. natura vero prosodiae in eo est, quod aut sursum est aut deorsum: nam in vocis altitudine omnino spectatur, adeo ut, si omnes syllabae pari fastigio vocis enuntientur, prosodia sit nulla.

**84 (60 [282]). quot . . . sint prosodiae dicendum est . . . Athenodorus duas esse prosodias putavit, unam inferiorem, alteram superiorem; flexam autem — nam ita nostra lingua περι-

3 *GL. IV 525, 18* (in accentu . . . nulla) ‖ 11 *GL. IV 529, 1* (quot ergo sint . . . est. quae res eo maiore cum cura tractanda est, quod nostra ratio ab opinione iam inveterata et omnium ferme animis adfixa discrepat. Athenodorus . . . fuit: qui in [*vel* quin] leges suas redigit [redegit *ed. Vind.*] †ad ductum scientia et doctrina eius [scientiae et doctrinae eius *Weil,* adductus . . . ea — *vel* eius ⟨modi⟩ — *Schoell, alii alia*] qua omnibus a se propositis evidentissimas affert probationes, ut id quoque pro media prosodia facit dicendo . . . inter se. sed hoc ⟨de⟩ media[e] prosodia[e: *corr ed. Vind.*] satis, quo quis sciat esse quaerendam. ceterum qui hanc ignorant, quia sola noverunt quae ⟨in *add ed. Vind.*⟩ sc⟨h⟩olis studuerunt, non sunt culpandi. sed nec magistros qui tres solos demonstrant erroris arguerim, si modo hoc docendi causa faciunt, cum ipsos quarta non lateat. tres prosodias in usu esse scire oportet [et *secl. ed. Vind., lac sign Keil, nomina graeca suppl Schoell*]; media autem quae inter duas quasi limes est, quod gravioris quam acutioris similior est in inferioris potius quam superioris numerum relegatur. in hoc enim fere doctissimorum consensus est acutam plus una in verbo esse non posse, graves esse complures. prosodiam ibi . . . significat ⟨⌒⟩. mediae vero cuius nunc usus non habetur notam non ponimus, quia neque a maioribus accepimus neque fingere possumus. ordo . . . evenit. nobis de accentu †longi ridȯ [*vel* ritu] tractandum est ṻe [*vel* llae] altitudo, quae tamen liquido cognosci non potest, nisi longitudinis quoque ratio habeatur: in eius enim aliqua parte esse debet id quod altissimum est. denique cum verbum enuntietur aliqua in eo syllaba necesse est summum illud vocis possideat: sed quae potissimum sit ea monstrari non potest nisi per temporum syllabarumve numerum, qui proprie longitudinis est. quapropter, etsi metricis videtur †syllabarum naturam ad rhythmicos solos pertinere temporum dinumerare intervalla, tamen quia titulus propositi utramque flagitat cognitionem, ne quid quod ad discendos accentus pertinet deesse videatur, de verbi longitudine dicendum est, ea sola adtingentes quae operi necessaria videbuntur. longitudo . . . finiunt. neque enim refert tempus in syllaba esse an in tempore syllabam dicamus, dum modo discendi causa concessum est eam moram qua brevis syllaba dicitur unum et brevissimum tempus vocare. qua vero longa profertur, duo tempora appellare ipsa cogit natura cum loquimur. brevem μονόχρονον, longam δίχρονον appellamus: duo enim longa syllaba habet tempora positionis et naturae, brevis naturae habet tantum modo)

1 lector *vel* lectus ‖ 2 tam̄ etsi (tametsi *Keil*) | rhodum *vel* rodum | rethorem *vel* rhetorem ‖ 3 *secl ed. Vind.* ‖ 5 *del ed. Vind.* ‖ 6 quoniam proprie haec *vel* probrie (haec propria *Keil c. al.*) ‖ 9 spectatur *vel* spectat | fastigio *vel* fastigia ‖ 11 quot *vel* quod ‖ 12 putauit *vel* putant

*σπωμέν⟨ην⟩* vocavimus — nihil aliud esse quam has duas in una syllaba. Dionysius autem, Aristarchi discipulus, cognomento T⟨h⟩rax, domo Alexandrius [a], qui Rhodi[i] docuit, lyricorum poetarum longe studiosissimus, tres tradidit quibus nunc omnes utuntur: *βαρ⟨ε⟩ῖαν ὀξ⟨ε⟩ῖαν περισπωμένην.* Tyrannio vero Amisenus, quem Lucullus Mit⟨h⟩ridatico bello captum Lucio Murenae concessit, a quo ille libertate simul et civitate donatus est, quattuor scribit esse prosodias: *βαρ⟨ε⟩ῖαν μέσην ὀξ⟨ε⟩ῖαν περισπωμένην.* atqui memoriae proditum est hunc ante alios fuisse pronuntiatione potiorem, quod nequaquam assequi potuisset nisi tenore singularum vocum diligentissime perquisito. in eadem opinione et Varro fuit . . . dicendo ipsam naturam nihil facere totum, ubi non sit medium: ut enim inter rudem et eruditum, inter calidum et frigidum, amarum et dulce[m], longum et breve[m] est quiddam medium quod neutrum est, sic inter imam summamque vocem esse mediam ibique quam quaerimus prosodiam. neminem musicum esse, qui mediam vocem in cantu ignoraverit, nec quemquam potuisse dicere in sono c⟨h⟩ordarum aut [voce] tibiarum assave voce cantantium *μέσην* esse, si non in omni vocis natura esset medium, minimeque mirum, ut in hanc multorum sensus non animadvertat, cum ⟨in⟩ illa quae in cithara aut tibia aliquanto uberior est, saepe tantum non sentia⟨n⟩t meatum. praeterea minus reliquis notam, primum quod ea sit principium aliarum, ut *μέση* in musica[e] initium cantionis, et omnium rerum initia semper obscura sint; dein quod omne medium in angustis non videatur, ut punctum in quamvis magno orbe quod vocant *κέντρον*; nullum esse corpus ubi non sit medium et omnem vocem corpus esse: omnem igitur vocem

---

4 *Cf. Dion. Thr. 7, 1. 105, 3 Uhl., al.; Quint. XI 3, 17; GL. I 430, 30; II 7, 9; III 519, 25; IV 371, 2. 482, 14. 524, 19; V 31, 30. 126, 4; VI 40, 15. 274, 21; Isid. I 18, 1, al.*

---

1 vocamus *Wilm* ‖ 3 *del ed. Vind.*: is qui *Keil* | *del ed. Vind.* ‖ 5 *sq.* perispo menon | tyrannio *vel* tyranion | iamisenus | lucillus ‖ 7 munere ‖ 8 sit: *corr Keil* ‖ 9 mesehenoxiant *vel* mesehonoxiant *(unde* et *effecerunt edd., quod omisimus)* ‖ 11 *sq.* assequi *vel* esse qui | diligentissime *vel* diligentisse ‖ 13 facere totum *vel* totum ‖ 15 amarum et *vel* et amarum | *del Wasius* | sit *Wilm* | quiddam *vel* quoddam ‖ 17 *sq.* musicam: *corr Wasius* ‖ 19 *sq.* potuisse *vel* potius esse | uo . . ce *vel* alia uoce: *secl Schoell* | quarum aliave: tibiarum *corr Wilm,* assave *Wasius* | si *vel* si si ‖ 22 *suppl Schoell* | cithara *vel* chitera | aut quia: *corr Wilm* ‖ 23 tantum *vel* totum (*ex* tatum) | sentiat *vel* senteat: *corr Schoell* ‖ 25 *sq. del Wasius* | omnium rerum *vel* omnium ‖ 27 in *vel* n̄ ‖ 28 quem uocant

medium habere. quod enim f[l]uit deorsum, prius in medium succe[n]dere quam evolet sursum, et quod sursum est ante eode⟨m⟩ venire quam deorsum: quare utriusque compitum medium esse. et multa praeterea latius in eam rem disputata[m] profert, quae nunc nobis longum est iterare. scire enim oportet rationis huius recens non esse commentum, sed omnium qui ante Varronem et Tyrannionem de prosodia aliquid reli[n]querunt plurimos et clarissimos quo⟨s⟩que mediae huius fecisse mentionem, quos omnes sibi fuisse auctores Varro commemorat: grammaticos Glaucum Samium et Hermocraten Iasium, item philosophum Theophrastum peripateticum, cui divina facundia nomen adscivit, nec non eiusdem sectae Athenodorum, summi acuminis virum, qui quandam prosodiam *μονότονον* appellat, quae videtur non alia esse quam media licet diverso vocabulo. nec desunt qui prosodias plures esse quam quattuor putaverint, ut Glaucus Samius, a quo sex prosodiae propositae sunt sub hisce nominibus: *ἀνειμένη μέση ἐπιτεταμένη κεκλασμένη ⟨ἀνακλωμένη⟩ ἀντανακλωμένη*. sed hic quoque non dis⟨s⟩entit a nobis: nam cuivis ex ipsis nominibus intellectu proclive est tres primas esse simplices et non alias quam *βαρ⟨ε⟩ῖαν μέσην ὀξ⟨ε⟩ῖαν*, postremas autem tres duplices et quasi species unius flexae, quae est genere una. hanc enim flecti non uno modo omnes putaverunt: Eratost⟨h⟩enes ex parte priore acuta in gravem posteriorem, Theodorus autem aliquando etiam ex gravi in acutiorem escendere. ceterum Varro in utra⟨m⟩que parte⟨m⟩ moveri arbitratur neque hoc facile fieri sine media eamque acutam plerumque esse potius quam gravem [quod ea propius utra⟨m⟩que est quam illa superior et inferior inter se] . . . prosodiam ibi esse dicimus ubi aut sursum est aut deorsum. quae demissior est, quae * *

---

16 *Cf. Aristot. rhet. III 1 p. 1403ᵇ, 29 (ἕτεροί τινες ἐπραγματεύθησαν καὶ Γλαύκων ὁ Τήιος . . . πῶς τοῖς τόνοις [scil. δεῖ χρῆσθαι] οἷον ὀξείᾳ καὶ βαρείᾳ καὶ μέσῃ)*

---

1 *del Corssen* ‖ 2 *del Wasius* | euolet *vel* uolet ‖ 3 *add Weil* | utriusque *vel* utrius ‖ 5 longum *vel* locum ‖ 7 qui *vel* quae | barronem ‖ 8 *add Wasius* ‖ 11 ioseum: *corr Wasius* ‖ 12 *sqq.* at(*vel* ut)henothorum: *corr idem* | monotonon *vel* monotomon ‖ 17 *sq. Graeca latine perscripta plerumque non notamus* | hisce *vel* his quae | ansimen himesip petamene (*vel* pent.) cecasmen antanaca homenehc sed: *corr Wasius (sed ἀντανακλαζομένη, ubi -κλωμένη Wilm), nisi quod κεκλασμένη ed. Vind.: suppl Schoell* ‖ 19 desentit | cuiuis ex *vel* cuius sex ‖ 25 acutiorem (*vel* acutiore) excendere (extendere *Wasius*) ‖ 26 *add Weil* | hic: *corr ed. Vind.* ‖ 28 *sq. secl Keil* ‖ 30 quae ⟨Glauco *ἀνειμένη* est⟩ *suppl Schoell (secl ed. Vind., ea corr Wilm: sed cf. p. 216, 3 sq.)*

a pluribus βαρ⟨ε⟩ῖα appellatur graece, latine vero gravis, ideo quod deorsum est, in sede scilicet ponderum graviorum. at eam qu⟨a⟩e sursum est Glaucus ἐπιτεταμένην, item alius aliter, sed nemo adhuc levem vocavit, quamvis id erat gravi contrarium; verum ea nomen obtinet ὀξ⟨ε⟩ῖαν, latine acuta, ideo quod tenuis et omne acutum tenue. inter has est μέση, latine media, quia limes est per quem duae supra dictae ultro citroque commeant. quart⟨a⟩e illi [coniungit li], quia ceteris perplexior est, plura sunt vocabula. Ammonius Alexandrius, qui Aristarc⟨h⟩i sc⟨h⟩olae successit, ὀξύβαρυν vocat, Ephorus autem Cym⟨a⟩eus περίσπασιν, Dionysius Olympius δίτονον, Hermocrates Iasius σύμπλεκτον, Epic⟨h⟩armus Syracusius κεκ⟨λ⟩ασμένην; verum ea nunc ab omnibus περισπωμένη graece vocatur, apud nos flexa, quoniam primo erecta rursus in gravem flectitur. acuta exilior et brevior et omni modo minor est quam gravis, ut est facile ex musica cognoscere, cuius imago prosodia. nam et in cithara omnique psalterio quo quaeque c⟨h⟩orda acutior eo exilior et tibia tanto est voce acutiore quanto cavo angustiore, adeo ut corniculo aut bamborio addito gravior reddatur, quod crassior exit in aera. brevitatem quoque acutae vocis in isdem organis animadvertere licebit, siquidem pulsu chordarum citius acuta transvolat, gravis autem diutius auribus inmoratur. etiam ipsae chordae quae crassius sonant longiores videntur, quia laxius tenduntur; item in fistula duo calami brevissimi qui acutissimae vocis. tibiae quo⟨que⟩ acutiores quae breviores et his foramina quam sunt ori proxima et brevioris aeris motum persentiscunt tam vocem reddunt acutam. sic in loquentium legentiumque voce ubi sunt prosodiae velut quaedam [i]stamina, acuta tenuior est quam gravis et brevis adeo, ut non longius quam per unam syllabam, quin immo per unum tem-

6 *Cf. Herodian. I p. 5 sqq. Lentz. (v. Wilmanns p. 54 adn.); schol. in Dion. Thr. 23, 18. 310, 12 Hilg., al.*

1 uaria: *corr ed. Vind.* ‖ 3 at *vel* ad | que rursum *vel* sursum ‖ 4 sed nemo *vel* sed | graui *vel* grauis ‖ 5 uerum ea *vel* ei | numen | ὀξείας *et* acuta⟨e⟩ *Wilm* (acuta⟨m⟩ *Funaioli*) ‖ 8 commentat: *corr ed. Vind.* | *secl Keil* (illi coniunctae *Wilm*, illas coniungenti *Funaioli*) ‖ 10 oxibarin ‖ 11 aponon: *corr Weil* ‖ 12 simplecton *vel* implecton ‖ 13 cetasmenen | perespomene ‖ 15 grauem *vel* grebem ‖ 17 cithara *vel* chitera ‖ 18 quoque quae: *corr ed. Vind.* | tiuia (*ex* uita) *vel* quia ‖ 20 addito (*ex* addita) *vel* additu ‖ 22 *sq.* transuolaï *vel* transuolari: *corr ed. Vind.* ‖ 25 tenduntur *vel* tendentur (*ex* tenuentur) ‖ 26 tiuiae *vel* tibitiae | *suppl Keil* ‖ 27 quam *vel* a quam | sunt *ex* sint ‖ 30 *sq.* non longius *vel* longius

pus protrahatur; cum gravis quo uberior et tardior est diutius in verbo moretur et iunctim quamvis in multis syllabis residat. quocirca graves numero sunt plures, pauciores acutae, flexae rarissimae. acutae nota est virgula a sinistra parte dextrorsum sublime fastigata ⟨/⟩; gravis autem notatur simili virgula in ea⟨n⟩dem parte⟨m⟩ depressa fastigio ⟨\⟩: quae notae demonstant omnem acutam vocem sursum esse et gravem deorsum. ⟨id⟩ ipsum etiam musicorum docetur diagrammat[a]e, in quo tropi pro acumine vocum superiores scribuntur, denique su⟨m⟩mus hyperlydius, quia acutissimus, infimus hypodorius, quo nullus est gravior. flexa autem prosodia, quod duplex est et ex acuta gravique ficta, notam habet nomini[s] potestatique respondentem: nam a sinistro cum surgens arduo fastigio et sursum molli curvatura dextroversu⟨m⟩ flexa praecipiti clivo deprimitur et speciem pronae litterae ⟨C⟩ efficit, priorem acutam et posteriorem gravem sibi inesse significat ⟨⌒⟩. . . . ordo in accentibus non adtenditur, verum varie nunc gravem nunc acutum, non numquam flexum primo loco poni dubium non recipit. non tamen setius est aliquis prior natura quam alius, non secus atque in litteris [s]evenit. . . . longitudo verborum duabus in rebus est, tempore et syllabis. tempus ad rhythmicos pertinet, syllabae ad metricos. inter rhythmicos et metricos dissensio non nulla est, quod rhythmici in versu longitudine vocis tempora metiuntur et huius mensurae modulum faciunt tempus brevissimum, in quo cum qu⟨a⟩e syllaba enuntiata sit, brevem vocari. metrici autem versuum mensuram syllabis comprehendunt et huius modulum syllabam brevem arbitrantur; tempus autem brevissimum intellegi quod enuntiatione⟨m⟩ brevissimae syllabae cohaerens adaequaverit. itaque rhythmici temporibus syllabas, metrici tempora syllabis finiunt.

---

4 *Cf. GL. I 434, 1; III 520, 3; IV 371, 31. 482, 9; V 132, 1; VI 193, 21; Isid. I 19, 1; Anecd. Helv. 229, 19, al.* ‖ 23 *Cf. GL. VI 39, 6, al.*

---

5 *sqq. notas suppl Schoell* ‖ 6 *sq. add Wilm* (*et* depresso *cum Keilio* [*qui* ab *pro* in] *vel* depressa ⟨a⟩) ‖ 7 grauem *vel* grauem et ‖ 8 *suppl Schoell* (*de* ⟨quod⟩ *cogit. Keil*) ‖ 10 hic per lidius ‖ 12 *del ed. Vind.* ‖ 13 consurgens *ed. Vind.* ‖ 14 curuatur a dextro uersu: *corr ed. Vind.* ‖ 15 *add Keil* (⟨V⟩ *ed. Vind.*): *cf. GL. I 434, 3* ‖ 19 setius (*ex* sequus) *vel* secus | aliquid: *corr ed. Vind.* | prior *vel* prius ‖ 20 se uenit: *corr ed. Vind.* ‖ 23 dissensio *vel* dissentio ‖ 25 quocumque: *corr Weil* ‖ 27 ut huius *vel* huius: *corr ed. Vind.* ‖ 29 *add Weil*

$84^{a}$ ($60^{A}$ [44]). Varro ait . . . quattuor foraminum fuisse tibias apud antiquos: nam et se ipsum ait in Marsyae templo vidisse tibias quattuor foraminum.

**$84^{b}$ ($60^{B}$ [283]). tibia Phrygia dextra unum foramen habet, sinistra duo, quorum unum acutum sonum habet, alterum gravem.

85 (61 [45]). in priore verbo graves prosodiae quae fuerunt manent, reliquae mutant.

(**)86. mutant accentus adiunctis vocibus que ve ne . . . ut 'Latiumque augescere vultis' *(Enn. Ann. 466 V.²)* et 'stimulove meum cor' apud Accium in Pelopidis *(512 R.)*.

(**)87 (64 [284]). rhythmus est pedum temporumque iunctura velox divisa in arsi⟨n⟩ et thesi⟨n⟩ vel tempus quo syllabas metimur; latine numerus dicitur.

(**)88 (65 [285]). metrum est compositio pedum ad certum finem deducta . . . vel rhythmus modis finitus.

**89 (66 [286]). alienum pedem metra nisi recipiant modus non facile finitur et magis rhythmus est quam metron. et Varro dicit inter rhythmum qui latine numerus vocatur et metrum hoc interesse quod inter materiam et regulam.

(**)90 (68 [287]). consideranda praeterea in metris cola, quae latine

---

1 *Pseudacro in Hor. A. P. 202* (Varro autem ait in tertio disciplinarum et ad Marcellum de lingua Latina quattuor . . . foraminum) ‖ 4 *Servius in Aen. IX 615* (tibiae aut Serranae dicuntur, quae sunt pares et aequales habent cavernas, aut Phrygiae, quae et impares sunt et inaequales habent cavernas . . . ut enim ait Varro 'tibia . . . gravem') ‖ 6 *Gellius XVIII 12, 8* (Varro libris quos ad Marcellum de lingua Latina fecit 'in priore . . . mutant' ⟨mutant *add Carrio*⟩ inquit elegantissime pro mutantur) ‖ 8 *Martianus Cap. III 272* (mutant . . . ne, cum tamen complexiva coniunctio est que, ve expletiva, ut . . . Pelopidis. numquam migrabit acutus sonus de primis syllabis in postremas praeter particulas coniunctas, quarum hoc proprium est acuere partes extremas vocum quibus adiunguntur) ‖ 11 *GL. VI 41, 24* (cuius [*scil.* rhythmi] origo de arsi et thesi manare dinoscitur. nam rhythmus . . . dicitur)*; cf. I 473, 21* (rhythmus est pedum temporumque iunctura cum levitate sine modo)*; VI 282, 17; Quint. IX 4, 55 sqq.; Augustin. de mus. III 1, 2 et de ord. II 14, 40; Isid. I 39, 3* ‖ 14 *GL. VI 50, 4* (metrum . . . deducta seu dictionum quantitas et qualitas pedibus terminata vel . . . finitus)*; cf. I 474, 2* (metrum est compositio pedum ordine statuto decurrens modum positionis sublationisque conservans)*; Augustin. l. ad 11 s.; GL. VI 206, 3. 282, 8; VII 331, 13; Isid. I 39, 1* ‖ 16 *GL. I 512, 38* (alienum autem pedem . . . regulam)*; cf. Quint. IX 4, 50; GL. I 289, 15. 474, 5; VI 41, 28. 282, 17. 631, 14; Augustin. de mus. V 1, 1* ‖ 20 *GL. VI 53, 27* (consideranda . . . dicitur, id est extrema et exigua pars in metris — mensura enim seu modus metrorum huius modi accipietur: nam extremum in his atque ultimum, quod monometron dicitur, constat ex uno pede, maximum vero usque ad [periodum *secl Keil*] decametrum porrigetur — quorum . . . est. erunt itaque cola particulae solutorum metrorum * * * *[lac sign Keil desiderans exemplum coli et commatis definitionem]* ut 'arma virumque cano' *[Aen. I 1]*. omnis autem versus

---

16 recipiant *vel* recipiantur | modus *vel* modos (*unde* melos *Keil*)

membra, item comma, quod caesum a nobis proprie dicitur, . . . quorum differentia talis est: colon est membrum quod finitis constat pedibus, comma autem in quo vel pars pedis est. . . . ergo versus cum [ex] ea qua coniunctus erat parte dissolvitur, cola efficit, cum vero ea qua coniunctus erat parte absciditur, particula quae divolsa ex eo est comma dicetur, ut in illis versus solvatur, in his caedatur. nam periodus, qu⟨a⟩e Latina interpretatione circuitus vel ambitus vocatur, [id] est compositio pedum trium vel quattuor vel complurium similium atque [ab]dissimilium ad id rediens unde exordium sumpsit, sicut temporis lustrum vel sacrorum trieterici vel * * in poematis, quando non ⟨uno⟩ versus omnes metri genere panguntur, sed ex variis versibus carmen omne compositum per circuitum quendam ad ordinem suum decurrit.

**91 (69 [288]). versus est, ut Varroni placet, verborum iunctura, quae per articulos et commata ac r⟨h⟩ythmos modulatur in pedes. incipit autem a dimetro et procedit usque ad hexametrum, in his dumtaxat versibus, qui per singulos pedes dirimuntur; in illis autem qui per dipodiam, usque ad tetrametrum vel pentametrum, nonnumquam hexametrum procedit. quibus de divisione ac scansione suum cuique nomen est. quos latine taxatione simpli⟨cium pedum appellaverunt,⟩ cum

---

κατὰ τὸ πλεῖστον in duo cola dividitur, abusive autem etiam comma dicitur colon: his quidam adiungunt stichum, id est versum, sub huiusmodi differentia, ut sit versus qui excedit dimetrum [unde et hemistichium dicitur *secl Keil*], colon autem et comma intra dimetrum . . . ergo . . . decurrit. περίοδος dicitur omnis [*Keil* omne] ⟨h⟩exametri versus modum excedens, unde ea quae modum et mensuram habent metra dicta sunt, subsistit autem ex commatis [commate: *corr Wachsmuth*], colis et versibus)*; cf. GL. I 465, 5. 23; VI 184, 9. 64, 31. 282, 27. 228, 1, al.; Anecd. Helv. XLV; Isid. II 18, 1; TG. s.* comma

7 *Cf. Fest. 217*[a]*, 3* (perihodus dicitur et in carmine lyrico pars quaedam . . . et in gymnicis certaminibus perihodon vicisse dicitur qui Pythia Isthmia Nemea Olympia vicit a circumitu eorum spectaculorum)*; TG. s. v.; Cic. or. 204* (Graeci περίοδον, nos tum ambitum tum circuitum tum comprehensionem . . . dicimus)*; Quint. IX 4, 124, al.* ‖ 8 *Cf. p. 9, 4; GL. VI 567, 6. 570, 15* ‖ 15 *GL. VI 55, 11* (versus . . . dividuntur, ut apud Virgilium *[Georg. III 381]* 'septem subiecta trioni'. pari . . . gubernacula, sicut diximus metri necessitate. versus . . . versus)*; cf. GL. I 494, 10. 501, 21. 506, 15; VI 274, 11*

---

1 quod *vel* quae ‖ 4 *secl Wachsmuth* ‖ 7 que *vel* qui ‖ 8 *secl Caesar* (id est . . . dissimilium *secl Wachsmuth*) ‖ 9 complurium *vel* complurum ‖ 10 *secl Wachsmuth* ([dis] *v*) ‖ 11 trieteris *Vsener* | *lac signavimus* (*velut* penteterici ludi: sic)*; post* trieteris *Vsener* ita et, *Keil* dicitur, *Funaioli* vel⟨ut⟩ ‖ 12 *suppl Wachsmuth* (eodem *post* omnes *Keil*) ‖ 13 *sq. de* [omne] *et* ad exordium suum recurrit *cogit. Wilm* ‖ 16 ac rythmos *vel* arythmos*; εὐρύθμως Studemund* ‖ 19 dipodiam *v* ‖ 20 procedunt: *corr Keil* ‖ 21 sua: *corr Wilm* ‖ 22 quo⟨d⟩ s⟨i⟩ *Vsener* | simplicum: *suppl Keil*

senarios trimetros, octonarios vero tetrametros vocaverunt. * * * abusiva vel haec appellatio habebitur, cum sincera et propria significatione Graecorum versus herous hexameter epos dicatur. apud nos autem versus dictus est a versuris, id est a repetita scriptura ex ea parte in quam desinit. primis enim temporibus, sicut quidam adserunt, sic soliti erant scribere, ut cum a sinistra parte initium facere coepissent et duxissent ad dextram, sequentem versum a dextra parte inchoantes ad sinistram perducerent, quem morem ferunt custodire adhuc in suis li[tte]ris rusticos. hoc autem genus scripturae dicebant *βουστοφη⟨δό⟩ν* a boum versatione, unde adhuc in arando ubi desinit sulcus et unde alter inchoatur versura proprio vocabulo nuncupatur. omnis autem versus ab integra parte orationis incipit et in integram desinit exceptis his quae in comoediis iulariter dicta corrupta aut semiplena efferuntur aut quae raro apud epicos metri necessitate dividuntur. . . . pari ratione in versu et apocope praecepta est, id est subtractio syllabae syllabarumve cuiuslibet ⟨partis⟩ orationis metro cogente facta, quae sive in verbo sive in nomine acciderit pro integra parte orationis accipietur, ut 'endo sua do', id est in sua domo *(Enn. ann. 576 V.²)*; item 'a⟨c⟩ famul infimus esset' pro famulo *(ibid. 313 et Lucr. III 1035)*; similiter 'proras detundete et ⟨de⟩spoliate guberna', id est gubernacula *(Lucil. 578 M.)*. . . . versus autem distat a metro, quod in versu statim auditur et metrum, in metro autem non statim versus.

(**)92 (70 [443]). qui versus facit *παρὰ* ⟨*τὸ*⟩ *ποιεῖν* dictus est *ποιητής*, Latina lingua vates, quod verba modulatione conectat: viere enim conectere est, unde vimen dictum virgulti species

---

4 *Cf. GL. III 514, 27; VI 631, 20; Augustin. de ord. II 40. de mus. V 3, 4; Isid. I 39, 2. VI 14, 7* ‖ 17 *Cf. GL. I 278, 21. 441, 34; IV 263, 12; V 388, 22* ‖ 21 *Cf. Non. 110, 7* ‖ 22 *Cf. Non. 490, 31* ‖ 26 *GL. VI 56, 16* (qui versus . . . Homeri et Aeneis Vergilii)*; cf. Don. in Andr. prol. 3* (poetae a faciendo dicti sunt, *ἀπὸ τοῦ ποιεῖν*)*; GL. I 491, 18* ‖ 27 *Cf. p. 20, 14 et 104, 3 ibique adnotata*

---

1 *lacunam signavimus (velut* ⟨hexametros Ennius longos vocavit⟩*: cf. testim. ad Enn. inc. 20 V.²)* ‖ 2 abusiue: *corr Keil* | appellatio *vel* appellatione ‖ 7 duxissent *vel* duxisset ‖ 10 *del Valesius* ‖ 11 bustrophen *vel* bostrophen: *corr Valesius* ‖ 12 proprio *vel* propria ‖ 14 *et* 16 quae *vel* qui ‖ 17 recepta *Keil* ‖ 18 *suppl Wilm* (cuiuslibet p. or. *secludens*) ‖ 20 utendo *vel* ut indo | suado: suam do *ceteri testes* ‖ 21 afamul*; an:* ut famul (= *Enn.:* ac famul *ut Lucr. v*)*?* ‖ 23 detendite et spoliate: despoliate et detundite *Non.* (detondete *v,* detundete *Marx*) ‖ 27 quod *vel* dicitur qui

et viti in rotis. poetice est ars ipsa. nam poesis et poema distant eo quod poema ⟨uno⟩ tantum modo clauditur carmine, ut tragoedia vel rhapsodia, poesis autem ex pluribus, id est corpus operis confecti, ut Ilias Homeri.

**93 (71 [289]). mensuram esse in fabulis [hoc est metron] Terentii et Plauti et ceterorum comicorum et tragicorum dicunt hi: . . . Varro . . .

**94 (72 [290]). trimeter herous ex superiore ⟨parte hexametri⟩ . . . sed hoc Varro ab Archilocho auctum dicit adiuncta syllaba et factum tale: 'omnipotente parente meo'. huic si auferas ultimam syllabam, erunt tales tres pedes quos prior pars hexametri recipere consuevit.

**95 (75 [291]). septenarium versum Varro fieri dicit hoc modo, cum ad iambicum trisyllabus pes additur et fit tale: 'quid inmerentibus noces, quid invides amicis?' similis in Terentio versus est *(Hec. 349)*: 'nam si remittent quippiam Philumenae dolores' et in Plauto saepius tales reperiuntur. octonarius est, ut Varro dicit, cum duo iambi pedes iambico metro praeponuntur et fit versus talis: 'pater meus dicens docendo qui docet dicit docens'.

**96 (76 [292]). ⟨ex⟩ iambico novum carmen refert Varro, cuius exemplum est tale: 'pedem rhythmumque finit.' si addas hic quae detracta sunt ex iambico, eundem iambicum supplebis sic: 'pedem rhythmumque finit alta navium.' potest hoc comma tale esse quale illud: 'Philumenae dolores' *(Ter. Hec. 349)*, quod est ex iambico septenario.

---

1 *Cf. ad p. 241, 16 sq.* | *Cf. GL. I 473, 16; Non. 428, 5 sqq. quaeque addit Marxius in Lucil. 338* ‖ 5 *GL. VI 565, 1* (mensuram . . . hi: Cicero, Scaurus, Firmianus, Varro, Victorinus, Caesius Bassus, Terentianus, Caecilius [*i. e.* Caesellius] Vindex, Cinna, Sisenna, Diomedes, Albinus, Quintilianus, Sosipater Charisius, Helen⟨i⟩us, Asper, Fl. Caper, Arruntius, Probus, Plinius, Euanthius, Sacerdos, qui et [*an: Victor? cf. 573, 26*] Donatus [domatus], Iuba)*; cf. IV 533, 26* ‖ 8 *GL. I 515, 14* (trimeter . . . superiore †iambico [. iam de eo *Leo*] diximus. sed . . . consuevit) ‖ 13 *GL. I 515, 3* (septenarium . . . docens) = *VI 555, 5. 16; adde 266, 10, unde plura adsciscere possis: cf. Leo Herm. XXIV p. 294 adn. 2* ‖ 21 *GL. I 518, 14* (⟨ex⟩ iambico . . . septenario)

---

1 uiti⟨s et⟩ ui⟨e⟩tores *Keil coll. Don. in Eun. IV 4, 21* (ui⟨e⟩ti in rotis *Wilm*) ‖ 2 *suppl Iahn* ‖ 3 vel rhapsodia *secl Wilm* | ex pluribus est *Wilm*, ex pluribus ⟨constat [est contextus *Marx*] carminibus⟩ et est *Keil* ‖ 5 *secl Osann* ‖ 8 dimeter: *corr Busch* | *supplevimus duce Ritschelio* (⟨hexametro⟩) *coll. 506, 18. 24. 28. 31, al.* ‖ 16 *et* 25 phil- *vel* phyl- ‖ 18 *sq.* proponuntur | dicens *ex* docens ‖ 21 *suppl Keil* (iambionicum *corr Lachm*)

**97 (77 [293]). Archilochium Varro illud dicit quod est tale: 'ex litoribus properantes navibus recedunt.'

**98. 'carmen Pierides dabunt sorores.' si dicam 'lepidae', palam est profecto quod sit pes anapaestus; insero ergo spondeo medium atque consequenti hoc nomen 'lepidae': fit omne tale: 'carmen lepidae Pierides dabunt sorores'. idcirco genus hoc Phalaeciorum vir doctissimus undecumque Varro ad legem redigens ionicorum hinc natos ait esse, sed minores. . . . quod metron soleant pedes iones nunc longas brevibus brevesque contra alterna vice commodando longis versum claudere saepe ditrochaeis. nec mirum puto, quando Varro versus hos, ut diximus, ex ione natos distinguat numero pedum minores.

**99 (78). scripserunt . . . latine de numeris hi . . . Varro . . .

(**)100 [294]. structurae qualitates variis vocabulis traduntur. statuendum quoque est quo quamque earum nomine appellemus. si paenultimus fuerit pyrrichius, optime succedit paeon primus et erit structura quadrata. si paenultimus fuerit spondeus et successerit tribrachys vel pyrrichius, erit structura incisa. si p⟨a⟩enultimus fuerit tribrachys vel pyrrichius et p⟨a⟩eones successerint primus et novissimus, erit antiqua structura quae dicitur confragosa, qua usus est Cato. si in paenultimo tribrachys fuerit vel dactylus vel pyrrichius et successerit vel tribrachys vel molossus vel pyrrichius vel anapaestus, erit structura quae vel delumbis vel fluxa vel mollis dicitur, qua usus dicitur Antonius maior.

**101 (90 [266]). quando particulam pro cum ponere Formianos et Fundanos ait Varro.

---

1 *GL. I 515, 19* ('Archilochium . . . recedunt'. hic superius comma quod est tale: ⟨'ex litoribus properantes', simile est illi quod est tale:⟩ 'Troiae qui primus ab oris'; inferius comma quod est tale: 'navibus recedunt', simile est illi quod est tale: 'machinae carinas')*: ubi extrema quoque Varroniana esse videntur exemplis permutatis* ‖ 3 *GL. VI 409, 2839* (carmen . . . minores) *et 410, 2878* (quod . . . minores)*; cf. Augustin. de c. d. VI 2* ‖ 13 *GL. VI 573, 22* (de compositione et numeris et pedibus oratoriis, ut Cicero dicit *[or. 40. 172. 175 sq. 190. 194. 218. 228]*, isti scripserunt apud Graecos: Thrasymachus, Naucrates, Gorgias, Ephorus, Isocrates, Theodectes, Aristoteles, Theodorus Byzantius, Theophrastus, Hieronymus; latine de numeris hi: Cicero, Victorinus, Eusebius, Terentianus, Varro, Probus, Charisius, Diomedes, Quintilianus, Donatus, Victor, Servius) ‖ 14 *GL. I 471, 31* (structurae . . . maior)*; cf. Cic. or. 212 = GL. VI 567, 30; I 468, 1; VI 492, 27. 627, 2* ‖ 26 *GL. I 111, 23* (quando . . . Varro. ⟨sed et alii *suppl Keil*⟩ faciunt nec sine exemplo . . . vitium tamen esse non dubium est)*; cf. Fest.* $258^{a}$*, 32*

---

9 hunc: *corr Micyllus* ‖ 10 *sq.* de trochaeis: *corr Santen* ‖ 15 quamque *vel* unaquaque ‖ 19 *sq.* peones (*vel* poenes) successerint *vel* peon successerit ‖ 26 *sq.* formianus et fundanius ait ut Varro: *corr Keil*

**102 (101 [267]). per C cum adverbium erit temporis, ut 'cum venerit loquemur' 'cum voles ibimus' 'cum petieris feres'. . . . Varro adverbia localia quae ali⟨b⟩i praeverbia voca[n]t quattuor esse dicit: ex in ad ab. ex locum significat unde egredimur, ut ex area; in locum in quem inimus, ut in aream; ad locum ad quem adimus, ut ad parietem; ab locum a quo discedimus, ut ab pariete. horum duorum adverbiorum ex et ab posteriores litterae solent demi, alias recte alias perperam. quando ergo ex, quando e dici oporteat, ex consequentibus vocabulis animadvertitur. nam si id quod sequitur litteram

1 *GL. VII 29, 3* (per . . . feres. alii [alibi *Vsener*] sic: quotiens V sequitur Q ponendum, ut per QVO litteras [quo litteram *vel* litteram: *corr Vsener,* QV ⟨et⟩ O litteram *Keil*] mequom [*vel* mequom tequom] quoiius quoimodi [quoitus quolm̄ *vel* quottus quolmē: *correximus;* quoi Tusquom *Vsener,* ⟨scribamus⟩ quom et quoius quoi *Keil,* quoius quotum *Funaioli*]; at quotiens ceterae vocales, id est E O [I *add Wilm, sed* ⟨a⟩ e ⟨i⟩ o, [id est e o] *Vsener*], C ponendum, ut 'cedidit Cornelius citatus'); *cf. GL. VII 28, 6* (cum quidam per cum, non nulli per quom; quidam etiam esse differentiam putant, quod praepositio quidem per C, ⟨ut cum *supplemus,* ⟨cum⟩ *Keil*⟩ illo, cum Claudio, cum Camillo, adverbium autem per Q debeat scribi, ut quom legissem, quo⟨m⟩ fecissem: ⟨perperam *supplemus, lac sign Keil*⟩, quoniam antiqui pro hoc adverbio cume [cuine: *corr Putschius, item mox*] dicebant, ut Numa in Saliari carmine 'cume tonas [ponas: *corr Bergk*], Leucesi[a]e, prae tet tremonti [praetexere monti: *corr ex Festo 205ᵃ, 17*] †quot ibet etinei de is cum tonarem'); *cf. Quint. I 7, 5; GL. VI 13, 3; VII 70, 15. 156, 3. 207, 1; Isid. I 27, 4, al.* ‖ 3 *GL. VII 29, 8* (Varro . . . Romae. ⟨ex *add Keil*⟩ praepositio ⟨non⟩ numquam per unam litteram scribitur, sed per diminutionem, ut ebibit pro exbibit. ab Roma venio πλεονασμός est pro Roma); *cf. GL. VII 34, 5* (praepositiones locorum quattuor vulgo servantur: ex in ad ab; duae primae quo itur et unde exitur significant, ut in arcem ⟨et⟩ ex arce, duae sequentes quo aditur et unde abitur, ut ad simulacrum et ab simulacro. antiqui in duabus praepositionibus ex et ab sequentes demebant litteras, si proximum verbum semivocalem primam aut mutam habiturum erat, ut e Gallia, e Tuscis [egalliae locis: *corr ex p. 224, 2*], quoniam ex minus levem compositionem facit. hoc consuetudo non servat: dicit enim ex Gallia. illud servamus, si vocales sequuntur, ut praeponamus ⟨ex *suppl Keil,* x *v*⟩ ex E[u]rico, ex Olimpo. si sequitur I aut V, habetur ratio duplex antiquorum: nam si vocalis aliqua iungeretur, demebant X, e Vatic[i]ano, e Iudaea: hoc consuetudo non servat. si per se essent sine aliqua vocali, X adiciebant, ut ex Illirico, ex Vmbria: item si H [y: *corr v*] praeponeretur, ex Hymetto [·x· h' inea .o.: *corr ex p. 224, 16*]. hoc servamus †et quid infra est [*an:* et ⟨simile⟩ quid in forma ⟨ab⟩ est*?*]: in quibus consonantes pr⟨ox⟩imae [*add Keil*] sunt, detrahimus B, ut a Capua, a Dertona; in quibus vocales sequuntur, ⟨a⟩b praeponimus, ub ab Erycinis, ab Atheniensibus; si I aut V sequuntur, item ut supra duo servantur modi: si per se sunt, ⟨B adiciunt, *supplemus,* admittunt *Wilm*⟩ ut ab Illirico, ab Vrbiano [*an:* Vrbesalvia*? cf. ad p. 224, 23*]; si secum alteram vocalem ⟨habent, B *suppl Keil*⟩ amittunt, ut a Venusia, a Ianiculo [ianitore: *corr ex p. 224, 26*]); *I 203, 12. 414, 32; IV 149, 35. 150, 14. 21; VII 417, 10. 263, 3, al.* ‖ 3 *Cf. de l. l. p. 71, 27 sq. 72, 2. 4. 86, 10; Gell. VI 7; GL. I 194, 14 (= Suet. 353, 6 Reiff.)*

1 per c *vel* per o (*unde* quom *ter in exemplis Vsener*) ‖ 2 petieris *vel* patieris ‖ 3 *sq.* alii/// (*fort. ex* alibi) *vel* alii | *add et del Vsener* | IIII *vel* nil | ad ab *vel* ab ad ‖ 5 ibimus *vel* imus: *corr Vsener* (quem inimus *v*) ‖ 7 ab (*vel* a) pariete ‖ 9 *sq.* edici oportet *vel* edicti oporteat | consequentibus uocabulis *vel* consonantibus uocalibus

habet primam semivocalem aut mutam, e dictum levius videbitur, ut e Gallia et e Tuscis. quotiens vero vocales sequuntur in eo quod sequitur, A E O simplicem et eandem habent rationem, quod ex praeponitur, ut in his: ex arce, ex Eryco, ex Olympo: aliter enim fiunt hiulca, ut e arce, e Eryco, e Olympo. si vero in vocabulo quod sequitur princeps littera vel V vel I fuerit, duas habet rationes: [u]nam si aliqua vocalis proxima coniuncta est in syllaba eadem, tunc sicut cum est semivocalis aut muta observari dixi oportere, ita in his debet fieri, ut est e Vaticano, e Iudaea; sin vocabulum duas vocales proxima⟨s⟩ non habueri[n]t coniunctas quarum sit littera princeps V aut I, proinde atque A E O sit observandum, quod potius dici oportet ex Irpinis quam e Irpinis, ex Vmbria quam e Vmbria. similiter in H littera observari debet, ut in A E O litteris, ne dicamus e Hymetto, sed ex Hymetto. similiter e[s]t in ab ⟨a⟩ quibusdam diligentioribus levitatis causa solet demi B, cum praepositum ⟨est⟩ vocabulis aut nominibus locorum, in quibus principes sunt litterae semivocales aut mutae, ut eam repudiant a Bais, a Capua, a Dertona. contra non demitur B, cum in vocabulis aut nominibus est primum A E O, ut ab Aricia, ab Eli, a⟨b⟩**. sin V aut I, duplicem habent rationem: si enim sunt solae, dicuntur ut reliquae vocales ab †als, ab Illyrico; ⟨s⟩in proximas litteras vocales secum habent coniunctas, proinde observandum est ac sint semivocales au⟨t⟩ mutae, ⟨ut⟩ a Venusia, a Ianiculo. item ⟨ad⟩ et apud locum significant[um],

26 *Cf. GL. I 111, 19 (= Lucil. 1216 M.); IV 390$_v$ 13. 442, 12. 517, 16; V 77, 2. 273, 4, al.*

2 ut *vel* et | e tuscis *vel* et .V. scis ‖ 4 erico *vel* serico (Eryce *Funaioli, item v. 5, perperam*) ‖ 5 erico ‖ 6 *sq.* in uocabulo *vel* uocabulo | littera uel u uel i *vel* littere uel i uel u ‖ 7 *del Wilm* ‖ 8 sicut *vel* si ut ‖ 9 obseruare ‖ 11 proximi: *corr Keil* (proxime *v*) | quorum: *corr Vsener* ‖ 14 umbria *(bis) vel* umbra *(bis)* ‖ 15 *sq.* hymaesto *(bis)*: *corr Putschius* | est in *vel* in: *corr Keil (male post* est in ab, *pessime ante* in quibus *v. 18 gravius dist Funaioli)* | *add Keil* ‖ 17 demi p | propositum: *corr Vsener* | *suppl Wilm* ‖ 18 principes *vel* principe ‖ 19 *sq.* eam repudiant ut *vel* eam repudiant: ut *traiecimus* (⟨qui⟩ cum *v. 17 Vsener, lac ante* eam *sign Keil* [*velut* ⟨itaque in his⟩ eam], *v. ad v. 15 sq.*) | ab ais: a Baiis *v* | a capua *vel* aeapua | adertona *vel* a bertona (*suprascr* $^{rit}$ *supra* rt *m. 2*) | in uocabulis *vel* uocalibus ‖ 21 nominibus ⟨locorum⟩ *Keil* | aricia (*ex* ariacia) *vel* aritia | elia: *corr Vsener;* Elea *Wilm; de* Eli⟨de⟩ a⟨b Olympo⟩ *cogit. Keil; an:* E⟨li ab Oecha⟩lia*?* ‖ 22 sin *vel* sint ‖ 23 als ab illi dico *vel* al sabiilli dico, *ubi* Apso ab Illyrico *Wilm* (*pro* Apso *Vsener* Vlia, *Keil* urbe, *Funaioli* Vtica*; an:* ⟨Vrbe⟩ sal⟨via⟩*?*) *cf. p. testim. 223, 2* ‖ 25 an *bis*: *corr Vsener* | sint *vel* sit (⟨si⟩ sint *Vsener*) | mutae *vel* metue | *add Keil* ‖ 26 Item et apud *vel* Ad: *corr Keil* | significandum: *corr Keil* (significat *v*)

ut ‘accede ad me’, ‘qui domi nati apud me sunt’, ‘apud illum est’. de quoque non numquam perperam ponitur pro ex et non numquam pro a, ut ⟨cu⟩m ⟨de⟩ provincia venire qui⟨s⟩ se dicit: nam perperam est: imus enim in provinciam, ut in navem et in circum; eximus, ut ⟨e⟩ nave, ⟨e⟩ circo sic e provincia. de provincia existimamus, cum de ea bene aut male praedicamus; de nave dicimus, cum longa an oneraria sit rogamus; de circo, cum Flaminius an maximus. item vitiose dicitur ‘senatum habere apud aedem Apollinis’, quod ‘in aede[m]’ dici oportet. et ‘de senatus sententia’ vitiose: nam debent dicere ut ‘ex mea sententia’, ‘ex tua sententia’ sic ‘ex senatus sententia’. item qui dicunt ‘de senatu redii’ potius quam ‘e senatu’, quod eo cum inimus dicimus ⟨in⟩, inde cum redimus ⟨ex⟩. ‘ex senatu eiectu⟨s⟩’ potius quam ‘de senatu’. male imperant qui dicunt ‘de tabulis quid dicere’: de tabulis enim [h]is dicit qui eas laudat aut culpat; e tabulis is dicit qui quod est in his scriptum recitat scriptumque pronuntiatur, si ea⟨s⟩ videt et potius dici oportet ‘legi’ quam ‘dici’, contra, eas ⟨si⟩ litteras non spectat. ‘a capite dempta’ qui vocant male appellant, quod sunt ‘de capite dempta’, non ‘a capite’. ‘ad caput additum’ recte dicitur, si est extra caput quod additur. qui transscribunt tabulas, non describunt, sed exscribunt; qui quales sint scribunt, i⟨i⟩ describu[u]nt. ‘a scaena’ venit spectator, ‘e scena’ venit qui egit; contra spectator ‘e theatro’, ‘a theato’ actor; ‘de scena’ loquitur qui de ea bene an male ornata sit loquitur; ‘in scena’ pronuntiat ⟨qui agit⟩; qui hoc idem subtilius vult dicere, non ‘⟨in⟩ scena’, sed ‘pro scena’ dicit

24 *sq. Cf. GL. I 415, 4; VII 417, 14. 263, 6* ‖ 27 *Cf. p. 77, 21 sq.*

1 [accede ad me] *Wilm* ‖ 2 quo *vel* quodque | perperam *vel* pa ‖ 3 *sq.* pro a ut in hac prouincia *vel* prountia: *ubi* ⟨cu⟩m ⟨de⟩ *Vsener praeeunte* in hoc ∗ ⟨de⟩ *Wilm* | *add Vsener* (quis [e] *Keil*) | perperam *vel* perpera in ‖ 5 *sq.* nauem ut: *corr Wilm* ([ut] *Keil*) | in naue circo Sic e prouincia *vel* in nauetis cosice prouintia: *corr Wilm* | aut *vel* ut ‖ 7 naue *vel* nam | aut oneraria (*vel* onoraria): *corr Wilm* ‖ 8 rogamus: quaerimus *Keil* | flaminius an *vel* flamminius am ‖ 9 apollinis *vel* apollonis ‖ 10 senatus *vel* senatu (*item v.* 12) ‖ 12 qui⟨dam⟩ *v*, ⟨errant⟩ qui *Keil* | redii *vel* re dici ‖ 13 quod eo quo inimus dicimus *vel* eo quod quo imus (*del* in) dicimus: *corr Keil praeeunte Wilm* (quo ⟨quom⟩ imus ⟨in⟩ dicimus) ‖ 14 ⟨dicendum ex⟩ *Wilm*, ⟨dicimus ex⟩ *Keil*, ⟨ex⟩ *Funaioli* | eiecto ‖ 15 tabulis *vel* tabuli ‖ 16 dic̄ *vel* dicet | eas *vel* eius ‖ 17 scriptumque pronuntiatur *vel* e scriptum quae pronuntiatur ‖ 18 *add Wilm (plura molitus, item ut Keil)* ‖ 19 *add Wilm* | qui *vel* quae ‖ 21 *sq.* additum *et* additur *vel* aditum *et* aditur ‖ 23 sunt: *corr Keil* | id est (*vel* id’) tribuunt: *corr Putschius* ‖ 26 *supplevimus: cf. v. 24* (⟨actor⟩ *Wachsmuth*)

pronuntiare actorem: ⟨na⟩m scena significat[e] graece domus; 'e scena' actor exit, venit in pulpitum ac vestibulum: '⟨pro⟩ scena' itaque actor est; cum eo venit dicimus prodire, qui domo excedit procedere, qui ⟨ex⟩ ea quid ducit producere. 'pro rostris' dici oportet, cum is qui contionatur iis dicit qui ante rostra sunt: pro[rsus] enim et ante idem sunt; 'in rostra' ascendit, 'e rostris' descendit; 'de rostris' dicit qui ea cuiusmodi sint dicit. 'in contione' stat, 'e contione' venit, 'de contione' dicit. inscribunt quidam 'litterae datae e Gallia', item 'Roma', vitiose: nam dici oportet 'in Gallia' et 'Romae': dantur enim in loco, afferuntur e loco, sequitur ut dentur in Gallia et Roma⟨e⟩.

**103 (89 [421]). coram de praesentibus nobis, palam etiam de absentibus.

**104 (84 [419]). is demum latine caper dicitur qui excastratus est.

105 (85 [48]). iterum ex gallo gallinaceo castrato fit capus.

**106 (86 [444]). poscere est quotiens aliquid pro merito nostro deposcimus, petere vero est cum aliquid humiliter et cum precibus postulamus.

---

5 *Cf. GL. VII 104, 6* (pro rostris quod dicimus ante rostra significat, ut pro muris. sic errant qui proscenia appellant [id est scenam *secl Keil*] operosam fabricam ex adverso [et adversae: *corr Keil praeeunte* exadversum *Vsenero*] caveae, quae apud Graecos de fronde ornatus umbraeque causa fieba[n]t et ab umbra quam praestaba[n]t *σκηνή* [scene *vel* scena] diceba[n]tur. unde proscenia rectius pulpita [rectius pulpita proscenia: *trai Keil*] quae ante scenam sunt appellabuntur [-bantur: *corr Vsener*]) ‖ 6 *Cf. p. 77, 20* ‖ 13 *Serv. Dan. in Aen. I 595* (coram non nulli ad personam, ut coram Vergilio [*vel* viro], palam ad omnes referri volunt, ut palam omnibus. Varro coram . . . absentibus [*vel* absentibus dicit] *e. q. s.*); *cf. Suet. 286, 5 Reiff.; Don. in Ad. IV 3, 17* (coram praesentem et coram praesentibus); *TG. s.* coram *(alii testes ad priora verba, non ad Varroniana pertinent)* ‖ 15 *Gell. IX 9, 9 sq.* (cetera vertit non infestiviter *[scil. Verg. Buc. IX 23 sqq.]*, nisi quod caprum dixit quem Theocritus *ἐνόρχαν* appellavit: auctore enim M. Varrone is . . . est); *cf. de l. l. V 97. de r. r. II 3, 7; Fest. Pauli 48, 14; Isid. XII 1, 15; TG. s. v.* ‖ 16 *GL. I 103, 26* (capo dicitur nunc, sed Varro de sermone Latino 'iterum' ait 'ex . . . capus') = *VII 266, 28; cf. de r. r. II 7, 15* ‖ 17 *Serv. in Aen. IX 192* (poscere est secundum Varronem quotiens . . . postulamus); *cf. Don. in Andr. II 5, 11; TG. s.* posco

---

1 *sq.* in scena significare: *corr Iahn* ([in] scaena significa⟨n⟩te *Vsener*) | ⟨cum⟩ e *Keil* | exit *vel* exiit | *suppl Wilm* (⟨in⟩ *v*) ‖ 3 actor (*ex* auctor) est *vel* auctorem ‖ 4 eo cedit | qui eo quod: *corr Wilm* ‖ 5 is *vel* his | contionaturus *vel* contionaturus his ‖ 6 *secl Keil* (pro rostris *v*) | idem significat *Vsener* (-cant *Keil*) | rostra *vel* rostra si ‖ 7 ascendit *vel* escendit ‖ 9 [in]scribunt *Keil* | literis *v* (literis ⟨e⟩ *Wilm*) | item ⟨in⟩ *v*, item ⟨e⟩ *Wilm* ‖ 10 dici *vel* si dici (sic d. *v*) | Roma e dantur *vel* Roma Ceduntur ‖ 11 gallia *vel* gallilea ‖ 13 palam etiam *vel* palam

## DISCIPLINARVM LIBER I

## DE GRAMMATICA

**107 (91 [234]). ars grammatica quae a nobis litteratura dicitur scientia est ⟨eorum⟩ quae a poetis historicis oratoribusque dicuntur ex parte maiore. eius praecipua officia sunt quattuor . . .: scribere legere intellegere probare.

**108 (92 [235]). audiri absentium verba non poterant. ergo illa ratio peperit litteras notatis omnibus oris ac linguae sonis atque discretis. nihil autem horum facere poterat, si multitudo rerum sine quodam defixo termino infinite patere videretur. ergo utilitas numerandi magna necessitate animadversa est. quibus duobus repertis nata est illa librariorum et calculonum professio velut quaedam grammaticae infantia quam Varro litterationem vocat. . . . poterat iam perfecta esse grammatica, sed quia ipso nomine profiteri se litteras clamat, unde etiam latine litteratura dicitur, factum est ut quicquid dignum memoria litteris mandaretur ad eam necessario pertineret.

**109 (93 [236]). artis grammaticae officia . . . constant partibus

---

3 *GL. VI 4,4* (ut Varroni placet ars . . . quattuor ut ipsi placet scribere . . . probare); *cf. Dion. Thr. 5,2 Uhl.* (*γραμματική ἐστιν ἐμπειρία τῶν παρὰ ποιηταῖς τε καὶ συγγραφεῦσιν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ λεγομένων*); *GL. I 426,13; IV 486,15; V 547,7; VI 188,1 = VII 321,6; VII 214,19; Mart. Cap. III 230, al.* ‖ 7 *Augustin. de ord. II 12,35* (illud quod in nobis est rationale, id est quod ratione utitur et rationabilia vel facit vel sequitur, quia naturali quodam vinculo in eorum societate astringebatur, cum quibus illi erat ratio ipsa communis . . . vidit esse imponenda rebus vocabula . . . sed audiri . . . vocat: graece autem quomodo appelletur non in praesentia recolo. . . . litteras . . . nominavit. deinde syllabas notavit, deinde verba in octo genera formasque digesta sunt . . . poterat . . . pertineret); *cf. Isid. I 3,1* (primordia grammaticae artis litterae communes existunt, quas librarii et calculatores secuntur: quorum disciplina velut quaedam grammaticae artis infantia est: unde et eam Varro litterationem vocat). *I 5,1; Quint. II 1,4; GL. V 547,7* (grammatica . . . quam Terentius [et] Varro primum ut adhuc rudem appellatam esse dicit litteraturam [litterationem *Wilm*]); *Mart. Cap. III 229* (*γραμματική* dicor in Graecia . . . mihi Romulus litteraturae nomen ascripsit, quamvis infantem me litterationem voluerit nuncupare, sicut apud Graecos *γραμματιστική* primitus vocitabar); *GL. I 421,11* (et grammaticus latine litterator est appellatus et grammatica litteratura); *Augustin. de mus. III 1,1* ‖ 19 *GL. I 426,21* (grammaticae officia, ut adserit Varro, constant . . . est artificialis interpretatio vel varia . . . explanatio vel exquisitio per quam unius cuiusque rei qualitatem poeticis glossulis exsolvimus. emendatio est qua singula prout ipsa res postulat dirigimus aestimantes universorum scriptorum diversam

---

4 *suppl Scal* ‖ 19 artis grammaticae *vel* grammaticae *(item p. 228, 8)* | officia . . . constant *vel* officium constat | partibus *vel* in partibus

quattuor: lectione enarratione emendatione iudicio. lectio est . . . varia cuiusque scripti pronuntiatio serviens dignitati personarum exprimensque animi habitum cuiusque. enarratio est obscurorum sensuum quaestionumve explanatio . . . emendatio est . . . recorrectio errorum qui per scripturam dictionemve fiunt. iudicium est . . . aestimatio qua poemata ceteraque scripta perpendimus.

(**)110 [237]. artis grammaticae initia ab elementis surgunt, elementa figurantur in litteras, litterae in syllabas coguntur, syllabis conprehenditur dictio, dictiones coguntur in partes orationis, parti⟨bu⟩s orationis consummatur oratio, oratione virtus ornatur, virtus ad evitanda vitia exercetur.

(**)111 (42 [238]). vox est, ut Stoicis videtur, spiritus tenuis auditu sensibilis, quantum in ipso est. fit autem vel exilis aurae pulsu vel verberati aeris ictu. omnis vox aut articulata est aut confusa: articulata est rationalis hominum loquellis explanata; eadem et litteralis vel scriptilis appellatur, quia litteris conprehendi potest; confusa est inrationalis vel inscriptilis, simplici vocis sono animalium effecta, quae scribi non potest, ut est equi hinnitus, tauri mugitus.

---

sententiam vel recorrectio . . . est quo omnem orationem recte vel minus quam recte pronuntiatam specialiter iudicamus vel aestimatio . . . perpendimus) *et VII 376, 5* (artis grammaticae officium constat . . . cuiusque. emendatio . . . fiunt. enarratio . . . quaestionumque ⟨e⟩narratio [⟨e⟩ *addidimus*]. iudicium . . . perpendimus)*; cf. VI 188, 6* (grammaticae autem officia quot sunt? quattuor. *e. q. s.*) = *VII 322, 4; VII 214, 20 (*officium eius est sine vitio dictionem prosalem metricamque componere *e. q. s.); Mart. Cap. III 230, al. V. Fröhde 'die Anfangsgründe d. Gr.' p. 26 sq.*

8 *GL. I 426, 32* (grammaticae . . . exercetur) *et VII 377, 1* (artis grammaticae . . . in partes orationis, oratio in virtutes ac vitia descendit)*; cf. Augustin. de ord. II 12, 35 (ad p. 227, 7), al. V. Fröhde 'die Anfangsgr. d. Gr.' p. 29* ‖ 13 *GL. I 420, 9* (vox . . . mugitus)*; cf. GL. II 5, 1. 6, 17; IV 47, 3. 367, 5. 487, 4. 530, 4; V 99, 9; VI 4, 13. 32, 21. 189, 9; VII 215, 4. 323, 5. 381, 2; Anecd. Helv. XXXII. LXXXI. 219, 6. 220, 18; Isid. I 15; Diog. Laert. VII 1, 38 (55); Sen. nat. qu. II 6, 3. 29; Gell. V 15, 6; Lact. de op. d. 15, 1; Augustin. d. dial. 5, al. V. Fröhde l. s. s. p. 62 sq.*

---

1 enarratione emendatione *vel* emendatione enarratione *(ordine definitionis item inverso)* ‖ 2 pronuntiatio *vel* enuntiatio ‖ 3 animi habitum *vel* habitum animi ‖ 4 quaestionumue explanatio *vel* quaestionumque ⟨e⟩narratio ‖ 5 *sq.* dict⟨at⟩ionemve *Wilm* | qua *vel* quo | poemata *vel* poema ‖ 9 in syllabas coguntur *vel* coguntur ‖ 10 dictio conprehendi (*vel* conpraemendi) *vel* conprehenditur dictio | dictiones coguntur in *vel* dictionibus coguntur (*vel* concoguntur) ‖ 11 consummatur (*vel* consummat) oratio oratione *vel* partes orationis cum consummatur oratio orationi *vel* oratio*: v. test.* ‖ 14 exillis *vel* exilis ‖ 17 eadem et *vel* eadem | scriptilis *vel* scribalis *vel* scripturalis

112 (95 [49]). litterarum partim sunt et dicuntur, ut A et B; partim dicuntur neque sunt, ut H et X; quaedam neque sunt neque dicuntur, ut *Φ* et *Ψ*.

**113 (49 [243]). syllabae . . . aliae sunt asperae aliae leves, aliae procer⟨a⟩e aliae retorridae, aliae barbarae aliae Graeculae, aliae durae aliae molles: asperae sunt, ut trux crux trans; leves, ut lana luna; procerae sunt quae vocalem longam extremam habent aut paenultimam, ut facilitas; retorridae sunt quae mutam habent extremam, ut hic hoc; barbarae sunt, ut gaza; Graeculae, ut hymnos Zenon; durae, ut ignotus; molles, ut aedes.

**114 (96 [244]). cum ceteris de partibus orationis Probus et Varro †altereutrum in duas partes ⟨di⟩scribit et reliquas subiectas facit, alter in quattuor.

**115 (41 [268]). latinitas est incorrupt[a]e loquendi observatio secundum Romanam linguam. constat autem . . . his quattuor: natura analogia consuetudine auctoritate. natura verborum nominumque inmutabilis est nec quicquam aut minus aut plus

---

1 *GL. VII 153, 1* (in libro qui est de grammatica Varro cum de litteris dissereret, [ita *secl Keil,* item *corr Ritschl*] H inter litteras non esse disputavit [disputat *vel* disputant: *corr Carrio*], quod multo minus mirum, quam quod X quoque litteram esse negat. in quo ⟨num⟩quid viderit *[supplevimus;* quid voluerit *L. Mueller]*, nondum deprehendi; ipsius verba subiciam: 'litterarum . . . *ψ*'*); cf. fragm. 43 et 77 sq.; GL. VI 5, 27. 6, 2. 20, 17; IV 368, 12. 477, 20, al.* || 3 *Cf. GL. VII 160, 7* (*Φ* quae et ipsa per P et H constat, ut Cinyps Cinyphis, quod in nominativo per P et S, in aliis casibus per P et H scribitur) || 4 *GL. I 428, 22* (syllabae, ut ait Varro, aliae . . . aedes)*; cf. p. 239, 1 sqq.* || 12 *GL. V 10, 5* (cum . . . quattuor, prout quisque potuit sentire: nos vero convenit Donati sequi auctoritatem; igitur octo partes orationis esse dicimus)*; cf. de l. l. p. 136, 13 sqq. ibique adn.* || 15 *GL. I 439, 15* (latinitas . . . autem, ut adserit Varro, his . . . cur id secuti sint, scientium) *et 50, 25* (constat ergo Latinus sermo natura . . . consuetudinis habet: tantum opinione oratorum recepta est, qui et ipsi cur id secuti essent si fuissent interrogati nescire confiterentur)*; cf. Quint. I 6, 1* (sermo constat ratione, vetustate, auctoritate, consuetudine. rationem praestat praecipue analogia, nonnumquam et etymologia. vetera maiestas quaedam . . . commendat *e. q. s.*). *IX 3, 3; GL. IV 47, 19; V 494, 3; VI 189, 2; VII 322, 21; Anecd. Helv. XXXIV*

---

1 *sqq.* ut A et B et h et x (*vel* a et b h [*vel* a b et h] et x) partim sunt quae neque (*vel* sunt neque) dicuntur: *corr Carrio* || 2 *sq.* quaedam . . . ut phi y *vel* ut phi *ψ (reliquis om)* || 4 leues *vel* leuae *vel* leue sunt || 5 procere *vel* proceres | graeculae *vel* gregulae *(item v. 10)* || 7 proceres || 8 facultas *v; an:* facilitas ⟨facultas⟩*?* || 10 ymnos (*vel* -nus) *vel* hymnos || 12 cum . . . orationis *om edd. ante Bertschium* | uasso || 13 alter eorum *v;* altercantur: unus in *Schoell* | *add Wilm* (⟨orationem divisam⟩ scribit *Funaioli neglecto initio*) || 16 his quattuor *vel* quattuor || 18 nominumque *vel* omniumque | immutabilis est nec *vel* immutabili ne

tradidit nobis quam quod accepit: nam si quis dicat scrimbo pro eo quod est scribo, non analogiae virtute, sed naturae ipsius constitutione convincitur. analogia sermonis a natura proditi ordinatio est neque aliter barbaram linguam ab erudita quam argentum a plumbo dissociat. consuetudo non ratione analogiae, sed viribus par est, ideo solum recepta, quod multorum consensione convaluit, ita tamen ut illi artis ratio non accedat, sed indulgeat: nam ea e medio loquendi usu placita adsumere consuevit. auctoritas in regula loquendi novissima est: namque ubi omnia defecerint, sic ad illam quem ad modum ad aram sacram decurritur: non enim quicquam aut rationis aut naturae aut consuetudinis habet, cum tantum opinione secundum veterum lectionem recepta sit nec ipsorum tamen, si interrogentur, cur id secuti sint, scientium.

116 [220]. Varro in libris disciplinarum scripsit observasse sese in versu hexametro, quod omnimodo quintus semipes verbum finiret et quod priores quinque semipedes aeque magnam vim haberent in efficiendo versu atque alii posteriores septem: idque ipsum ratione quadam geometrica fieri disserit.

## INCERTAE SEDIS FRAGMENTA
### PRAETER EA
### QVAE STELLVLIS DVABVS SIGNIFICATA SVPRA INSERVIMVS

117 [233]. scire debemus . . . utilitatis alicuius causa omnium artium extitisse principia. ars vero dicta est, quod nos suis regulis

16 *Gell. XVIII 15, 2* (in longis versibus qui hexametri vocantur, item in senariis animadverterunt metrici primos duos pedes, item extremos duos, habere singulos posse integras partes orationis . . . M. etiam Varro . . . disserit) ‖ 24 *GL. VII 213, 10* (scire autem debemus, sicut Varro dicit, utilitatis . . . vocant); *cf. I 421, 4* (ars est rei cuiusque scientia usu vel traditione vel ratione percepta tendens ad usum aliquem vitae necessarium . . . ars dicta quod arto praecepto singula definiat . . . vel ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, unde veteres artem pro virtute appellabant); *IV 47, 16. 405, 2; V 95, 4; VI 3, 7. 187, 2; VII 320, 5; Isid. I 1, 2; Augustin. de c. d. IV 21. XIX 3.*

1 accepit *vel* accipit ‖ 2 pro eo quod *vel* quod ‖ 4 *sq.* est neque *vel* est secundum technicos neque | erudita *vel* erudit ‖ 6 ratione *vel* arte | par *vel* pars ‖ 7 consensione *vel* consessione ‖ 11 aram sacram *vel* anchoram (*vel* anachortam) ‖ 14 sunt (*vel* essent: *v. test.*): *corr Putschius* ‖ 17 sese *vel* se ‖ 21 geometrica *vel* diometrica

artet atque constringat. alii dicunt a Graecis hoc tractum esse vocabulum, *ἀπὸ τῆς ἀρετῆς,* id est a virtute doctrinae, quam diserti viri unius cuiusque bonae rei scientiam vocant.

118. T . . . finit neutra: caput sinciput lact.

119 (97 [273]). lac non debemus dicere, sed lact.

120 (17 [252]). Lucius et Aemilius et cetera nomina quae ante V habent I duplici I[I] genetivo singulari finiri debent, ⟨ne⟩ necesse sit adversus observationem nominum nominativo minorem fieri genetivum: idque Varro tradens adicit vocativum singularem quoque talium nominum per duplex I scribi debere, sed propter differentiam casuum corrumpi. Lucilius

---

4 *Mart. Cap. III 256* (T vocales ex utroque concludit, ut in coniunctionibus et praepositionibus; praecedit L, ut in Tlepolemo, M in Tmolo, N in potnia, R in Troia; finit . . . lact; articulos terminat, ut quot tot, verba, ut legunt, adverbium et interiectionem, ut ut * *)*; cf. GL. II 21, 8* (caput . . . sinciput . . . occiput . . . lac lactis, in quo etiam T additur)*; I 30, 20; III 526, 7; IV 31, 20 = VI 482, 27, al.* ‖ 5 *GL. V 199, 10* (multi ⟨dubium⟩ dicunt [*supplevimus*: inquirunt *corr Wilm*], utrum lac dicamus an lact: et re vera si quaeras, hoc rite facit nec aliud: nam si dixeris lac, erit genetivus lacis, quem ad modum allec allecis. lectum est hoc saepius, praecipue apud Varronem. ille dicit 'lac . . . lact'. sed dixit Caesar contra ipsum rem valentissimam, nullum nomen duabus mutis terminari) = *Anecd. Helv. 120, 5; cf. GL. I 303, 6* (muta una T, ut caput: sunt qui addunt C, ut lac, quod Varro ⟨doctor *suppl v,* doctissimus *Keil,* lator *Funaioli*⟩ artis grammaticae exterminat)*; V 326, 25* (multi dixerunt quod lact dici deberet, ut apud Varronem, ea ratione, quia si lac esset nominativus, lacis esset genetivus, ut alec alecis: sed Caesar dixit *e. q. s.*)*: cf. ad p. 32, 16 sq.* ‖ 6 *GL. I 78, 4* (Lucius . . . fiet. et Plinius quoque dubii sermonis V adicit esse quidem rationem per duo I scribendi, sed multa iam consuetudine superari. *e. q. s.*) *et VII 22, 4* (deinde per detractionem hoc modo scribendi ratio corrupta est quibusdam uno I scribentibus genetivum eorum nominum quae IVS nominativo singulari finiuntur, ut Antonius Antoni Tremelius Tremeli, exigente regula ut in horum genetivis I littera geminetur, quoniam genetivus singularis non debet minorem numerum habere syllabarum quam nominativus: quin immo interdum etiam maior fit. propter quam causam ego etiam vocativos horum per duo I, non ut consuetudo usurpavit per unum putem esse scribendos, quia non debeat aeque vocativus minorem numerum syllabarum habere quam nominativus. ita o Antonii et o Aemilii in singulari vocativo et dicendum et scribendum esse contenderim)*; cf. VII 57, 7* (ratio exigit, ut huius Iulii per duo I scribamus tam hercule quam huius pallii et huius graphii: non enim tantum in masculinis hoc quaeritur, sed etiam in neutris, quoniam id postulat ratio. *e. q. s.*). *251, 18* (nisi forte regulam Lucilii secuti sunt, qui Lucilium et Aemilium et cetera nomina quae ante V habent I non solum in vocativo, sed etiam in genetivo casu per unum I existimat scribi posse). *206, 25* (duo I in genetivo habebunt Lucii Magnii magii, quod ipsum Lucilius adnotavit, cum a numero Numerius discerneret)*; I 71, 2* (nam et Vergilius 'alia serpyllumque' per i dixit, quot utique in genetivo debet geminari, ut huius pallii, scrinii, dolii, alii, solii, quia genetivus numero syllabarum minor esse nominativo non debet). *122, 6. 141, 6; IV 227, 22, al.; v. Marxius in Lucil. p. 134 sqq. et p. 409 sq.*

---

2 uirtute doctrinae *vel* uirtute ‖ 3 bonae rei *vel* rei ‖ 7 finiri debent' *vel* genetiuos singulares finire debent ut (*et mox* ⟨non⟩ minorem) ‖ 11 corrumpi ·i· *vel* corripi

tamen et per unum I genetivum scribi posse existimat: ait enim *(1294 sq. M.)* 'servandi numeri et versus faciendi nos Caeli Numeri numerum ut servemus modumque'. numquam enim hoc intulisset, nisi et Caelii et Numerii per II, huius Numerii, faciendum crederet. denique et in libro ⟨V⟩IIII sic ait *(362 sq. M.)*: 'porro hoc si filius Luci fecerit, ⟨I⟩ solum ut Corneli[i] Cornifici[i]que' et paulo post *(366 M.)*: 'pupilli pueri Lucili, hoc unius fiet.

121 (22 [257]). Plinius sermonis dubii VI de Varrone: quam maxime vicina Graeco graece dicit, uti ne[c] schematis quidem dicat, sed schemasin.

122 (100 [260]). pronomen quia fungitur officio ⟨nomi⟩nis[i] praemisso nomine: ideo haec pars a Varrone succeda[ti]nea dicitur, quia ⟨bis nomen⟩ non potes[e]t in eadem ⟨e⟩locutione esse, hoc est quia [bis nomen] repeti non potes⟨t⟩. ordo tamen hic custodiendus est, ut nomen in praecedenti sit loco, pronomen in subiecto[s].

123 (99 [259]). sunt pronomina finita ⟨tria⟩ [ego tu ille], infinita septem, minus quam finita sex, possessiva quinque: et haec sunt pronomina ⟨omnia⟩: in rerum natura plus non inveni⟨e⟩s. omnia pronomina quae sunt inventa in Latina lingua ista sunt: finita sunt tria: ego tu ille; infinita septem: quis qualis

---

9 *GL. I 53, 17* (Plinius . . . schemasin)*; cf. 144, 17; V 357, 19* (haec enim liberum est nobis et ad nostram regulam declinare, ut horum schematum his et ab his schematibus, et in contrarium ducere, quia nostra non sunt, ut schematorum schematis declinemus, sicut plerumque et in Cicerone et in Varrone legimus)*, al.* ‖ 12 *GL. V 49, 21* (pronomen . . . subiecto)*; cf. IV 488, 14* (pronomen dicitur quod pro officio et loco nominis ponitur . . . ut enim hoc fastidium vitemus, inventae sunt particulae, quae ipsam repetitionem excluderent succedendo in ipsam nominis significationem). *498, 36* (pronomen dictum est quasi pro nomine, eo quod fungitur officio nominis, ideo dicitur pronomen). *499, 18* (quod funguntur officio nominis et ideo etiam in subiectis locis ponuntur: omne pronomen non praeponitur in elocutione, sed sequitur exceptis possessivis quae et praeponi possunt et sequi)*; Isid. I 6, 2* (pronomen ex nomine nascitur, cuius officio fungitur *e. q. s.*). *8, 1, al.* ‖ 18 *GL. V 201, 29* (sunt autem pronomina . . . derivativum)*; cf. I 329, 5; IV 131, 25. 435, 25. 501, 14; V 50, 14. 319, 22; Isid. I 8, 2. 5, al.*

---

4 *sq.* et *vel* ut | numerum per ·i· huius numeri *vel* Caelii et Numerii per ii huius Numerii | *add Putschius* ‖ 6 ad *vel* ait | uui *vel* luci | colum (*vel* collum): *corr L. F. Schmidt* ‖ 12 *suppl et del Hagen: v. test.* (quia ⟨non⟩ f. o. nisi *Putschius*) ‖ 13 succedat in ea: *corr Bondam* ‖ 14 *suppl Keil: cf. ad v. 15* | potes et | *add Schoell (v. test.)* ‖ 15 *secl Keil* ‖ 17 subiectus: *corr Keil* (subiectis *Putschius*) ‖ 18 *suppl et secl Wachsmuth* ‖ 20 *supplevimus:* ⟨XXI⟩ *Keil* | *add Wilm* ‖ 22 sunt tria *vel* tria | ⟨sunt⟩ septem *Keil*

talis quantus tantus quotus totus; minus quam finita sunt sex: ipse iste is hic idem sui; possessiva sunt quinque: meus tuus suus noster vester: alia pronomina non invenies. sed dicere mihi habes: dixisti mihi alia pronomina non inveniri, sed inveni alia; dico tibi: ego dixi, quia non sunt primigenia quae dicit Varro, sed deductiva: multum interest utrum sit aliquid [a] naturale an [aliquid] derivativum.

124 (102 [264]). ex his pronominibus sedecim tantum Varro adverbia eius modi secundum sonorum rationem fieri demonstravit: ille illic illinc illuc illo, iste ⟨i⟩stic istinc istuc, hic hic hinc huc, idem ibidem, qui quo, quique quoque, quicumque quocumque, quidam quondam, quispiam uspiam, aliquis aliquo alicubi, qualis qualiter, meus meatim et significat more meo, tuus tuatim et significat more tuo, suus suatim et significat more suo, noster nostratim et significat more nostro, vester vestratim et significat more vestro. ex quibus pronominibus tantum quem ad modum adverbia fiant, sicuti Varro docuit, demonstravimus.

125 [463]. ego insolens atque infrequens verbum proferre velut spinam calcare devito.

126 (112 [422]). curculio. Varro ait hoc nomen per antistoechum dictum quasi gurgulio, quoniam paene nihil est nisi guttur.

127 (3 [451]). Varro asinos rudere, canes gannire, pullos pipare dixit.

128 (79 [319]). prosa est producta oratio a lege metri soluta: prosum enim antiqui productum dicebant et rectum: unde ait

---

8 *GL. IV 152, 30* (ex his . . . demonstravimus)*; cf. III 74, 15* (derivativa pronominum illic istic huc illuc istuc hinc illinc istinc hac istac illac)*, al.* || 13 *sq. Cf. GL. V 243, 6* (adverbia . . . a pronomine meus meatim tuus tuatim: et nihil aliud significat meatim tuatim nisi meo more tuo more)*; I 221, 6; Non. 179, 29; TG. s.* meatim*, al.* || 19 *Sententiarum sylloge in cod. Asburnhamensi saec. XI in.* (Varro: ego . . . devito)*; cf. Gell. I 10, 4 = Macr. I 5, 2 et v. Reitzenstein 'M. Ter. Varro u. Joh. von Euch.' p. 64 adn.* || 21 *Serv. in Georg. I 186* (curculio . . . guttur) = *schol. Bern.* (curculio . . . gurgulio, genus bestiae quae semper quaerit alienum cibum [*sic correximus coll. Pl. Pers. 58. Capt. 77*· auxilium, *ubi* ali⟨m⟩en⟨t⟩um *del.* auxilium *Vsener*)*; cf. schol. in Pers. IV 38; Isid. XII 8, 17; TG. s.* gurgulio || 23 *Non. 450, 6* (Varro . . . dixit)*; cf. de l. l. p. 120, 9 sq. et 14 sq. ibique adn. et 238, 18 sqq.* || 24 *Isid. I 38, 1 sq.* (prosa est . . . producendo. alii prosam aiunt dictam ab eo quod sit profusa vel ab eo quod spatiosius proruat et excurrat nullo sibi termino praefinito. praeterea prosa . . . contenderunt) *et TG. s. v.* (est producta oratio: prosum antiqui productum et rectum dicebant, unde Varro 'prosis lectis' posuit)

---

2 sunt quinque *vel* quinque || 5 primigenia *vel* primogenia || 7 aliquid a naturali *vel* aliqui/// naturale | *secl Keil* | deriuatiuum *vel* deriuatum || 10 hic hic *vel* hic hac || 11 quique *vel* quicque || 23 gannire *vel* garrire

Varro apud Plautum 'prosis lectis' significare rectis. unde etiam quae non est perflexa numero, sed recta prosa oratio dicitur in rectum producendo . . . praeterea tam apud Graecos quam apud Latinos longe antiquiorem curam fuisse carminum quam prosae: omnia enim prius versibus condebantur, prosae autem studium sero viguit. primus apud Graecos Pherecydes Syrius soluta oratione scripsit, apud Romanos autem Appius Caecus adversus Pyrrhum solutam orationem primus exercuit: iam exhinc et ceteri prosae eloquentia contenderunt.

129. A[u]xillae *μικρὰ πτερά, ὡς Βάρρων.*

# EXCERPTA
# EX AVGVSTINI LIBRO
# QVI EST DE DIALECTICA

[130 (32. 1. 2. [265]). verba aut simplicia sunt aut coniuncta: simplicia sunt, quae unum quiddam significant, ut cum dicimus homo equus, disputat currit . . . itaque hoc includitur hac definitione, qua non includitur cum dicimus loquor: quamvis enim unum verbum sit, non habet tamen simplicem signifi-

10 *Pseudophilox. p. 26, 43 = TG. p. 122* (a[u]xillae . . . *Βάρρων*)*; cf. Cic. Orat. 153* (quomodo enim vester Axilla Ala factus est nisi fuga litterae vastioris? quam litteram etiam e maxillis et taxillis et vexillo et paxillo consuetudo elegans Latini sermonis evellit) || 14 *Augustin. de dial. I p. 5 Crec.* (dialectica est bene disputandi scientia; disputamus autem utique verbis. verba igitur aut . . . disputat currit. nec mireris quod disputat quamvis ex duobus compositum sit tamen inter simplicia numeratum est: nam res definitione illustratur: dictum est enim id esse simplex quod unum quiddam significat. itaque . . . significationem. siquidem quisquis dicit ambulo et ambulationem facit intellegi et se ipsum, qui ambulat . . . at vero qui dicit ambulat nihil aliud quam ipsam significat ambulationem: quamobrem tertia . . . proloquiorum summa)*; cf. Mart. Cap. IV 388 sqq.* (. . . prima persona significat aliquid quod iam negari vel affirmari possit et in hominem tantum cadit . . . tertia vero persona non hominis tantum est sed aliarum etiam rerum . . . nisi forte de deo dicatur aliquid quod de eo solo possit intellegi, ut cum dicimus pluit . . . quod ergo fuerit ex nominativo casu nominis et tertia verbi persona coniunctum proloquium dicitur, ita ut iam necessario aut verum sit aut falsum aut dubium . . . sunt etiam sententiae quae quamvis constent ex nomine et verbo affirmari tamen aut negari non possunt, quae non proloquia sed eloquia dici nonnullis placuit, ut est modus imperativus *e. q. s.*). *338* (consistunt sex normae quis constant ceterae disciplinae: nam prima est de loquendo, secunda de eloquendo, tertia de proloquendo, quarta de proloquiorum summa *e. q. s.*)

1 significare *vel* significari || 2 perflexa *vel* perplexa || 6 ferecides || 7 Syrius *Arev.*, Syrus *libri Ottonis* || 8 pirrum | primus *vel* prius || 9 exin *Wilm, recte ut vid* | [et] *idem* || 10 *μικροπτερα*: *corr Stephanus* || 15 quiddam *vel* quidem

cationem, siquidem significat etiam personam quae loquitur. ideo iam obnoxium est veritati aut falsitati: nam et negari et affirmari potest. omnis itaque prima et secunda persona verbi quamvis singillatim enuntietur, tamen inter coniuncta verba numerabitur, quia simplicem non habet significationem. . . . tertia persona verbi semper inter simplicia numeratur et nondum aut affirmari aut negari potest, nisi cum talia verba sunt quibus necessario cohaeret personae significatio consuetudine loquendi, ut cum dicimus 'pluit' vel 'ninguit', etiam si non addatur quis pluat aut ninguat, tamen quia intellegitur non potest inter simplicia numerari. coniuncta verba sunt quae sibi conexa res plures significant, ut cum dicimus 'homo ambulat' aut 'homo festinans in montem ambulat' et si quid tale. sed coniunctorum verborum alia sunt quae sententiam comprehendunt, ut ea quae dicta sunt, ⟨alia quae⟩ expectant aliquid ⟨ad conpletionem sententiae⟩, ut eadem ipsa quae nunc diximus, si subtrahas verbum quod positum est 'ambulat': quamvis enim verba coniuncta sint 'homo festinans in montem', tamen adhuc pendet oratio: separatis igitur his coniunctis verbis quae non implent sententiam restant ea verba coniuncta quae sententiam comprehendunt. horum item duae species sunt: aut enim sic sententia comprehenditur, ut vero aut falso teneatur obnoxia, ut est 'omnis homo ambulat' aut 'omnis homo non ambulat' et si quid huius modi est; aut ita impletur sententia, ut licet perficiat propositum animi, affirmari tamen negarive non possit, ut cum imperamus cum optamus cum exsecramur et similia. nam quisquis dicit 'perge ad villam' vel 'utinam pergat ad villam' vel 'di illum perduint', non potest argui quod mentiatur aut credi quod verum dicat: nihil enim affirmavit aut negavit; ergo nec tales sententiae in quaestionem veniunt, ut disputatorem requirant. sed illae quae requirunt aut simplices sunt aut coniunctae: simplices sunt quae sine ulla copulatione sententiae alterius enuntiantur, ut est illud quod dicimus 'omnis homo ambulat'; coniunctae sunt de quarum copulatione iudicatur, ut est 'si ambulat movetur'. sed cum de coniunctione sententiarum iudicium fit,

---

8 sunt *vel* sint ‖ 9 uel *vel* aut | ninguit *vel* ningit *vel* ninguet ‖ 15 *sq. suppl Crecelius ex loco inferiore: cf. ad p. 236, 9 sq.* ‖ 17 est *vel* est ambulat ‖ 24 est aut *vel* et aut | ita *vel* itaque ‖ 27 exsecramus *vel* exsecramur | quisquis dicit *vel* siquis dicat ‖ 28 uel *vel* aut | dii | perduint *vel* perdunt *vel* perdant ‖ 29 dicit: *corr editores*

tamdiu est, donec perveniatur ad summam: summa est autem quae conficitur ex concessis. quod dico tale est: qui dicit ‘si ambulat, movetur’ probare vult aliquid, ut cum hoc [non] concessero verum esse restet illi docere quod ambulet et summa consequatur, quae iam negari non potest, id est quod movetur, aut restet illi docere quod non movetur, ut consequatur summa, quae item non potest non concedi, id est quod non ambulet. rursus si hoc modo velit dicere ‘homo iste ambulat’, simplex sententia est, quam si concessero et [alia quae aliquid expectant ad conpletionem sententiae sententiam conprehendunt] adiunxerit aliam ‘quisquis autem ambulat movetur’ et hanc etiam concessero, ex hac coniunctione sententiarum quamvis singillatim enuntiatarum et concessarum illa summa sequitur quae iam necessario concedatur, id est: ‘homo iste igitur movetur’. his breviter constitutis singulas partes consideremus: nam sunt primae duae, una de his quae simpliciter dicuntur, ubi est quasi materia dialecticae, altera de his quae coniuncta dicuntur, ubi iam quasi opus apparet. quae de simplicibus est, vocatur de loquendo. illa vero quae de coniunctis est, in tres partes dividitur: separata enim coniunctione verborum quae non implet sententiam, illa quae sic implet sententiam, ut nondum faciat quaestionem vel disputatorem requirat, vocatur de eloquendo; illa quae sic implet sententiam, ut de sententiis simplicibus iudicetur, vocatur de proloquendo; illa quae sic comprehendit sententiam, ut de ipsa etiam copulatione iudicetur, donec perveniatur ad summam, vocatur de proloquiorum summa.

verbum est unius cuiusque rei signum quod ab audiente possit intellegi a loquente prolatum. res est quicquid vel

28 *Augustin. de dial. V p. 7 Crecel.* (verbum . . . potest. haec omnia quae definita sunt utrum recte definita sint . . . ille indicabit locus quo definiendi disciplina tractatur. nunc quod instat accipe intentus. omne . . . signum est. quippe inspectis a legente litteris occurrit animo quid voce prorumpat . . . ergo ut coeperam dicere omne verbum sonat. sed . . . significat. sed exemplis haec inlustranda esse perspicio. . . . ergo omne verbum praeter id quod sonat quattuor quaedam necessario vocat in quaestionem: originem suam vim declinationem ordinationem. . . . quis enim reperire possit quicquid dictum fuerit unde ita dictum sit? huic accedit quod ut somniorum interpretatio ita verborum origo pro cuiusque ingenio iudicatur. ecce enim verba ipsa . . . clamare et Vergilius *(Georg. III 223)* ‘reboant silvae’. ergo . . . sonando *e. q. s.*)

---

6 moveatur *Crecelius* ‖ 9 *sq. secl Crecelius: cf. p. 235, 15 sq.* (conpletionem *vel* complectionem) ‖ 11 adiunxerit *vel* adiunxerat ‖ 14 concedatur *vel* conceditur ‖ 16 duae *vel* et duae ‖ 23 uocatur de *vel* de ‖ 28 cuiusque *vel* cuiusque rei

sentitur vel intellegitur vel latet. signum est quod et se ipsum sensui et praeter se aliquid animo ostendit. loqui est articulata voce signum dare: articulatam autem dico quae comprehendi litteris potest. . . . omne verbum sonat: cum enim est in scripto, non verbum, sed verbi signum est. . . . sed quod sonat, nihil ad dialecticam: de sono enim verbi agitur, cum quaeritur vel animadvertitur qualiter vocalium vel dispositione leniatur vel concursione dehiscat, item consonantium vel interpositione nodetur vel congestione asperetur et quot vel qualibus syllabis constet, ubi poeticus rhythmus accentusque a grammaticis solarum aurium tractantur negotia. et tamen cum de his disputatur, praeter dialecticam non est: haec enim scientia disputandi est. sed cum verba sint rerum, quando de ipsis obtinent, verborum autem illa quibus de his disputatur (nam cum de verbis loqui nisi verbis nequeamus et cum loquimur non nisi de aliquibus rebus loquimur), occurrit animo ita esse verba signa rerum, ut res esse non desinant. cum ergo verbum ore procedit, si propter se procedit, id est ut de ipso verbo aliquid quaeratur aut disputetur, res est utique disputationi quaestionique subiecta, sed ipsa res verbum vocatur. quicquid autem ex verbo non auris, sed animus sentit et ipso animo tenetur inclusum, dicibile vocatur. cum vero verbum procedit non propter se, sed propter aliud aliquid significandum, dictio vocatur; res autem ipsa quae iam verbum non est neque verbi in mente conceptio, sive habeat verbum quo significari possit sive non habeat, nihil aliud quam res vocatur proprio iam nomine. haec ergo quattuor distincta teneantur: uerbum dicibile dictio res. quod dixi verbum, et verbum est et verbum significat; quod dixi dicibile, verbum est nec tamen verbum, sed quod in verbo intellegitur et animo continetur significat; quod dixi dictionem, verbum est, sed quod iam illa duo simul, id est et ipsum verbum et quod fit in animo per verbum significat; quod dixi rem, verbum est, quod praeter illa tria quae dicta sunt quicquid restat significat. . . . verba ipsa quispiam ex eo putat dicta quod aurem quasi verberent: immo, inquit alius, quod aerem. sed

36 *sq. Cf. Augustin. de magistro V 12* (verbum autem quamvis a verberatu

7 *sq.* quanta: *corr Vsener* | dispositione *vel* disputatione || 9 quod *vel* quot || 15 *sq.* nam . . . loquimur *secl Vsener* || 21 aures *vel* auris || 24 aliquid *vel* aliquod || 26 quo *vel* quod

quid nostra? non magna lis est: nam uterque a verberando huius vocabuli originem trahit. sed de transverso tertius vide quam rixam inferat: quod enim verum nos, ait, loqui oportet odiosumque fit natura ipsa iudicante mendacium, verbum a vero cognominatum est. nec ingenium quartum defuit: nam sunt qui verbum a vero quidem dictum putant, sed prima syllaba satis animadversa secundam neglegi non oportere: verbum enim cum dicimus, inquiunt, prima eius syllaba verum significat, secunda sonum: hoc enim volunt esse bum. unde Ennius sonum pedum bombum pedum dixit *(inc. 50 V.²)* et *βοῆσαι* Graeci clamare . . . ergo verbum dictum est quasi a verum boando, hoc est verum sonando.

Stoici autumant . . . nullum esse verbum cuius non certa explicari origo possit. et quia hoc modo eos urguere facile fuit, si diceres hoc infinitum esse, quibus verbis alicuius verbi originem interpretaris, eorum rursus a te origo * * * dum esse, donec perveniatur eo ut res cum sono verbi aliqua similitudine concinat, ut cum dicimus aeris tinnitum, equorum hinnitum, ovium balatum, tubarum clangorem, stridorem catenarum. perspicis enim haec verba ita sonare, ut ipsae res quae his verbis significantur. sed quia sunt res quae non

---

aeris dicatur); *Lactant. de opif. d. 15, 1* (grammatici quidem et philosophi vocem esse definiunt aerem spiritu verberatum, unde verba sint nuncupata); *Quint. I 6, 34* (et verba ab aere verberato?); *GL. I 334, 5; II 369, 5; Cassiod. de orat. et de parte eius 2; Isid. I 9, 1*

6 *sq. Cf. Don. in Ad. V 8, 29* (verba a veritate dicta esse testis est Varro) ‖ 9 *sq. Cf. TG. s.* bombus *et schol. in Prudent. apoth. 845* ‖ 13 *Augustin. de dial. VI p. 9 Crecel.* (Stoici autumant, quos Cicero [cic̃ *vel* cicero: scio *Vsener*] in hac re ut Cicero irridet, nullum . . . solet, cuius rei et Vergilius *[Aen. V 755]* meminit, ubi Aeneas urbem designat aratro aut per id . . . nominatum, aut per abusionem, ut cum horreum dicimus et ibi triticum conditur vel a parte . . . pilus. quid ultra provehar? quicquid aliud adnumerari potest, aut similitudine rerum et sonorum aut similitudine rerum ipsarum aut vicinitate aut contrario contineri videbis originem verbi: quam persequi non quidem ultra soni similitudinem possumus, sed hoc non semper utique possumus. innumerabilia sunt enim verba . . . persequi: nam et longum et minus quam illa quae dicta sunt necessarium) ‖ 17 *sqq. Cf. de l. l. p. 120, 9 sqq. ibique adn.; Dionys. Hal. de comp. verb. XVI* (*ἡ φύσις ἡ ποιοῦσα μιμητικοὺς ἡμᾶς καὶ θετικοὺς τῶν ὀνομάτων, οἷς δηλοῦται τὰ πράγματα κατά τινας εὐλόγους καὶ κινητικὰς διανοίας ὁμοιότητας. ὑφ' ὧν ἐδιδάχθημεν ταύρων τε μυκήματα λέγειν καὶ χρεμετισμοὺς ἵππων καὶ φρυαγμοὺς τράγων, πρός τε βρόμον καὶ πάταγον ἀνέμων καὶ συριγμὸν κάλων*), *al.*

---

1 nostram *vel* nostra ‖ 4 sit: *corr Vsener* ‖ 8 enim *vel* autem ‖ 11 boes(a)e *vel* boesei ‖ 15 ⟨quod⟩ quibus *Wachsmuth* ‖ 16 *sq.* interpretar⟨er⟩is *v* | dum esse *vel* quaerendum esse *vel* dicenda est: *ubi* ⟨quaerenda esset: illi docent hoc tamdiu facien⟩dum esse *Wachsmuth duce Crecelio itemque sed* quaeritur *et* quaerendum *Buecheler; an:* ⟨dilucidanda idque videtur repeten⟩dum esse*?* ‖ 20 ita *vel* ista

sonant, in his similitudinem tactus valere, ut si leniter vel aspere sensum tangunt, lenitas vel asperitas litterarum ut tangit auditum, sic eis nomina pepererit, ut ipsum lene cum dicimus leniter sonat; quis item asperitatem non et ipso nomine asperam iudicet? lene est auribus cum dicimus voluptas, asperum cum dicimus crux. ita res ipsae afficiunt ut verba sentiuntur: mel quam suaviter gustum res ipsa tam leniter nomine tangit auditum; acre in utroque asperum est; lana et vepres ut audiuntur verba sic illa tanguntur. haec quasi cunabula verborum esse crediderunt, ubi sensus rerum cum sonorum sensu concordare[n]t. hinc ad ipsarum inter se rerum similitudinem processisse licentiam nominandi, ut cum verbi causa crux propterea dicta sit, quod ipsius verbi asperitas cum doloris quem crux efficit asperitate concordet, crura tamen non propter asperitatem doloris, sed quod longitudine atque duriti[a]e inter membra cetera sint ligno ⟨crucis⟩ similiora sic appellata sunt. inde ad abusionem ventum, ut usurpetur nomen non rei similis, sed quasi vicinae. quid enim simile habet significatio parvi et minuti, cum possit parvum esse quod non modo nihil minutum sit, sed aliquid etiam creverit? dicimus tamen propter quandam vicinitatem minutum pro parvo. sed haec abusio vocabuli in potestate loquentis est: habet enim parvum, ut minutum non dicat. illud magis pertinet ad id quod nunc volumus ostendere, quod cum piscina dicitur in balneis in qua piscium nihil sit nihilque simile piscibus habeat, videtur tamen a piscibus dicta propter aquam ubi piscibus vita est. ita vocabulum non translatum similitudine, sed quadam vicinitate usurpatum est: quodsi quis dicat homines piscibus similes natando fieri et inde piscinae

---

3 *sqq. Cf. fragm. 113; Dionys. Halic. de comp. verb. XVI* (*τὰ μὲν φωνῆς μιμητικά, τὰ δὲ μορφῆς, τὰ δ' ἔργον, τὰ δὲ πάθους, τὰ δὲ κινήσεως, τὰ δ' ἠρεμίας, τὰ δ'' ἄλλου χρήματος ὁτουδήποτε, περὶ ὧν εἴρηται πολλὰ τοῖς πρὸ ἡμῶν e. q. s.*); *Demetr. de eloc. 178 sq., al.* ‖ 24 *Cf. GL. IV 400, 1* (catachresis est usurpatio nominis alieni, ut parricidam dicimus qui occiderit fratrem et piscinam quae pisces non habet: haec enim nisi extrinsecus sumerent suum vocabulum non haberent) ‖ 29 *Cf. Fest. 213ª, 2* (piscinae publicae hodieque nomen manet, ipsa non extat: ad quam et natatum *e. q. s.*)

---

3 auditum *vel* auditam ‖ 6 afficiunt *vel* efficiunt ‖ 7 sentiantur *vel* sentiuntur | re *Iahn* ‖ 14 concordat *vel* concordet *vel* concordaret ‖ 16 duritiae et *vel* duritiae | *suppl Lovanienses* ‖ 17 sint *vel* sunt ‖ 18 usurpetur tamen non (*ubi* nomen *Lovanienses; an:* ⟨no⟩tamen*?*) ‖ 23 parum *vel* paruum | dicat *vel* dicatur ‖ 25 *sq.* simile piscibus *vel* piscibus simile ‖ 26 dicta *vel* dictam

nomen esse natum, stultum est repugnare, cum ab re neutrum abhorreat et utrumque lateat. illud tamen bene accidit, quod hoc uno exemplo diiudicare iam possumus, quid distet origo verbi quae de vicinitate arripitur ab ea quae de similitudine ducitur. hinc facta progressio usque ad contrarium: nam lucus eo dictus putatur, quod minime luceat, et bellum, quod res bella non sit, et foederis nomen, quod res foeda non sit: quodsi a foeditate porci dictum est, ut non nulli volunt, redit origo ad illam vicinitatem, cum id quod fit ab eo per quod fit nominatur. nam ista omnino vicinitas late patet et per multas partes secatur: aut per efficientiam, ut hoc ipsum a foeditate porci per quem foedus efficitur, aut per effecta, ut puteus, quod eius effectum potatio est, creditur dictus, aut per id quo continetur, ut urbem ab orbe appellatam volunt, quod auspicato locus aratro circumduci solet, . . . aut per id quod continet, ut si quis horreum mutata littera affirmet ab hordeo nominatum, . . . vel a parte totum, ut mucronis nomine quae summa pars gladii est gladium vocamus, vel a toto pars, ut capillus quasi capitis pilus. . . . innumerabilia sunt enim verba quorum origo de qua ratio reddi possit aut non est, ut ego arbitror, aut latet, ut Stoici contendunt. vide tamen paululum quomodo perveniri putant ad illa verborum cunabula vel stirpem potius atque adeo sementum, ultra quod quaeri originem vetant nec si quisquam velit potest quicquam invenire. nemo abnuit syllabas in quibus V littera locum obtinet consonantis, ut sunt in his verbis primae: vafer velum vinum vomis vulnus, crassum et quasi validum sonum edere. quod approbat etiam loquendi consuetudo, cum de quibusdam ver-

5 *sq. Cf. Quint. I 6, 34* (etiamne a contrariis aliqua sinemus trahi, ut lucus quia umbra opacus parum luceat *e. q. s.*); *GL. I 276, 13* (antiphrasis est dictio ex contrario significans . . . ut bellum dicitur quod minime sit bellum et lucus quod minime luceat); *IV 402, 3; V 228, 20; Mart. Cap. IV 360* (per contrarium verba dicuntur quando contra quam dicimus accipiuntur, ut . . . lucum cum non luceat: hoc grammatici *κατ' ἀντίφρασιν* vocant); *Isid. I 37, 44; TG. s.* lucus, *al.* ‖ 8 *Cf. p. 107, 7 ibique adn.* ‖ 11 *sq. Cf. Fest. Pauli 84, 1* (foedus . . . quod in paciscendo foedere hostia necaretur: *cf.* $217^{b}$, 7); *Serv. in Aen. I 62* (foedus . . . vel a porca foede hoc est lapidibus occisa) = *VIII 641 et Isid. XVIII 1, 11* ‖ 13 *Cf. p. 9, 20 ibique adn.* ‖ 14 *sq. Cf. p. 43, 16. 19 et 44, 3 ibique adn.* ‖ 16 *Cf. p. 33, 13 ibique adn.* ‖ 19 *Cf. Lact. de opif. d. 7, 9 sq. et Isid. XI 1, 28*

3 quid *vel* quod *vel* qui ‖ 12 efficitur *vel* efficiatur ‖ 13 potatio *vel* putatio ‖ 14 quo *vel* quod ‖ 18 uocamus *vel* uocant *vel* dicimus ‖ 19 capillus *vel* capillos | pilus *vel* pilos

57, 11. turdelice (quod iuxta turdulis coniectura restitutum retinet Steinthal $I^2$ p. 344!) non ausi sumus removere: nam quod post Scioppium vulgari solet turdel(l)is, veremur ut sic ferri possit. Certe pluralis non minus offendit post turdo, turdario quam in ante turdario repetitum (neque enim in turdo quicquam mutatur, sed a turdo mutantur reliqua: omnia igitur eadem serie continentur cui praemisisse semel in satis fuit, cum ne et quidem repetitum habeat quo commendetur). Quamquam turdelix, turdelicis vocis nusquam nec vola nec vestigium.

57, 14. Verba solu solum quin corrupta sint nemo dubitabit: sequentia si respicimus, probabile videatur etiam in his et priscam formam et noviciam coniunctas esse: unde ea quam dubitanter dedimus coniectura nata est (helus et helusa antiqui dicebant quod nunc holus et holera Fest. Pauli p. 100, 1). Quod proponit ab solui solitus sum Canal, non habet quo commendetur.

58, 6. Lacuna quomodo explenda videatur exponunt Reitzenstein l. s. s. p. 32 adn. (de lunae siderumque motu noctisque tempore ante solem diemque dicendum fuisse et Iovem vel Diespitrem ante verba ab hoc deo commemoratum fuisse sumens, quamquam non prorsus sufficere supplementum Reitzensteinii apparet ex v. 4 et 22, 2, unde exigitur saltem ab ortu Solis ad occasum, quo referatur ab hoc deo) et Kriegshammer p. 92 (a Festo Pauli p. 74, 7 profectus): ⟨alter lunae, quod movetur luna totumque caelum, nox; alter solis, quod movetur sol totumque caelum, dium ab Iove rectore, quem Graeci Δία appellant, cum ab ortu ad oc⟩casu⟨m⟩ e. q. s.

58, 6 sqq. (§ 4—7) esse excerpta ex Varronis de antiquitatibus humanis libris consensus qui inter haec et Censorinum 24, 3 sq. intercedit paene certum reddit; cf. inter alios Hahn de Censorini font. p. 40 sqq.: quod monitum voluimus propter Reitzensteinium p. 32 sqq.

58, 9. Vera si est coniectura Canalis — et videtur esse vera —, inter se non conveniunt verba in quo horae in sole inspiciebantur et quod Cornelius in basilica Aemilia et Fulvia inumbravit: nam inumbravit horologium ex

*aqua; desideramus tale quid (post* inspiciebantur)*:* ⟨vel horologium ex aqua⟩ quod . . . inumbravit (= sub tecto dicavit). *Certe solarium etiam liberius usurpari potuisse praeter Censorinum Cicero testis est d. d. nat. II 87* (cum solarium vel discriptum vel ex aqua contemplere).

59, 9. Pacuvius *Scaliger proposuit profectus e Varr. d. r. r. I 2, 5 (ubi quod est in codice* paculi *quomodo* Catulus *fieri potuerit ostendit). Cf. Peter 'Fleck. Jahrb.' a. 1877 p. 749 sq., Keil ad Varr. locum. Frustra oblocutus est Buettner 'Porc. Lic.' p. 187 sq.*

60, 1. *Explicationem Vahleni Opusc. acad. I p. 115 (cf. Enn.*[2] *p. XXXV et 121) praeivit O. Mueller ad hunc locum.*

60, 4 *sq. Cf. Reitzenstein Herm. XXXV p. 611* (dicebat).

60, 7. *In* idem Plautus *haeserunt Canal et Antonibon: sed cf. quae in apparatu ad v. antecedentem adnotavimus.*

60, 8. conticinno *neque hic neque infra genuinam formam esse aut a Plauto usurpatam concedimus, quidquid contra dixit Leo. Qui exempla grammaticorum composita nunc in Thesauro l. l. et tractata a Goetzio 'Gött. Gel. Anz.' a. 1908 p. 821 diligenter perlustraverit, intelleget horum locorum partem ad* V a r r o n e m *(de antiquitatibus) redire partem ad vetustissimos glossographos pertinere: unde certum fit Varronem ut VII 79 ita hoc loco* conticinio *scripsisse; tantae autem testimoniorum auctoritati Palatini sine A officere posse non videntur.*

60, 12 *sq.* quod solo eo die *Scal similiterque Canal; cf. Serv. Dan. in Georg. I 100* (solstitia, id est solstitiorum sola tempora). — proximus. post solstitium *e. q. s. Groth.*

61, 2. *Cf. Thurneysen in Woelffl. Arch. XIII p. 23.*

61, 4. quae ⟨ef⟩flatur ⟨ex ore⟩ hominum *Boot l. s. s. p. 410* (efflatur *cum Christio); an:* quae flatus (*cf. Non. p. 233, 2* anima rursus alitus oris)*?*

61, 8. *Lacunam, quam post* autumnus *signavit vulgata, ex Festo Pauli sic fere suppleas (cf. etiam Kriegshammer p. 102):* autumnus ⟨ab augendis hominum opibus dictus frugibusque coactis quasi auctumnus. ut annus⟩ ab solis *e. q. s.*

61, 10. inde *pro* unde *Ellis l. s. s. p. 360.*

61, 16. solvebantur *Mommsen 'Staatsr.' II 1*[3] *p. 343 adn., quod primo obtutu arrideat; praecedit enim* a luendo id est solvendo. *Sed cum in glossis* luere *modo* solvendi *modo* persolvendi *voce explicatur, tum ipse Varro etiam aliis locis compositis adhibitis rem clariorem reddit; cf. 26, 2. 40, 10. 74, 1. 2. 85, 10 et ad 46, 17. 94, 4. Neque tamen ex hac ratione* perpascebant *29, 20 servare voluimus, ubi* per *cum insolenter tum incommode additum videatur.*

62, 1. *Cf. Schoemann 'Lehre v. d. Redeth.' p. 60 sq.*

62, 2. *Testimoniis adde Censorinum 16, 3 p. 30, 6 H.*

62, 6. naturali discrimini *Sp.: ubi quomodo* a *natum sit minus apparet: contra si* ad *reposueris, id in* a *corruptum ablativum secum traxit.*

62, 7. *Cf. Krumbiegel p. 43. 53.*

62, 8. *Cf. Krumbiegel p. 90, qui iure contendere videtur duplex etymon hic latere, scil. ab* agon *i. e.* agone *(cf. test. Ovid.) et ab* ἄγων *i. e.* princeps, *velut sic:* dicti ab 'agone?' eo quod interrogat ⟨minister sacrificii 'agone'? nisi si a graeca lingua, ubi ἄγων princeps, ab eo quod immolat⟩ur a principe *e. q. s. Pro quo simplicius scribas aut cum Ribbeckio ibid.* dicti ab agone quod interrogatur ⟨vel quod immolatur⟩ *e. q. s. aut* dicti ab 'agon' eo quod interrogatur ⟨a ministro: agone? vel ab ἄγων eo quod⟩ a principe civitatis et princeps gregis immolatur.

62, 13. *Fortasse* non *servandum cum lacuna ex Serv. Dan. in Aen. VIII 343 sq. aliisque supplenda velut:* et id in sacris nostris verbum non ⟨ignotum: nam pellem capri, cuius de loro caeduntur puellae Lupercalibus, veteres 'februm' vocabant⟩ et Lupercalia februatio.

63, 5. Ecurria *pro* Equirria *librarium quam Varronem scripsisse probabilius est: neque tamen reponere voluimus propter Tertulliani testimonium: ac potuit haplologia tam hoc quam illud oriri. De etymo cf. Solmsen 'Stud. z. l. Lautgesch.' p. 30.*

63, 7. *De delendo* sacerdotes Liberi *cogitat A. Sp.*

63, 9. *De* forsitan *cf. Reiter p. 105* (fortasse an *Sp.*). — appellatur *reposuerunt cum Maurenbrecher p. 351 tum Mommsen CIL I² p. 306.*

64, 1. Pergamo *Bloch Philol. LII p. 580. Cf. Wissowa 'Rel. u. Kult. d. R.' p. 263 adn. 4 et Neue-Wagener I³ p. 721.*

64, 9. *De* porrecta *cf. locos quos congessit Kretzer de Roman. vocab. pontific. p. 76.*

64, 10. portis *post Bergkium 'Beitr.' I p. 94 (quem A. Sp. falso refert pro* porus *sic coniecisse) Hirschfeld teste Mommseno CIL. I² p. 316; cf. Preller-Iordan mythol. I³ p. 196.* praecinctus *pro* porus *Usener dubitanter 'der heilige Tychon' (Lips. 1907) p. 44 adn. 3 (ubi conferas etiam quae de 'extis caesis' deque toto festo habet; idem recepit* porrecta *pro* proiecta).

65, 3. e caprifico . . . virgam] virga ex malo *ex Serv. in Aen. IV 137 confert Buecheler Umbr. p. 91.*

65, 15. *Cf. Wissowa in Roscheri lexico s.* Ops *p. 932.*

65, 16. artum, *quod postea improbavit Canal, protulit etiam Iordan 'Topogr.' II p. 272. 274; cf. Huschke 'Röm. Jahr' p. 251, quem sequitur Mommsen CIL. I² p. 327.* factum *Sp. Plura intercidisse censet Bergk Opusc. I p. 577 collato Festo p. 186. Incerta omnia.*

65, 18. *Cf. Vahlen Ennii² praef. p. XXXV sq. Pro* suffiendo *quod commendat Skutsch Herm. t. XXXII p. 97* suffigendo *(praeeuntibus* suffibulando *Muellero,* subviendo *Canale), veremur ne ipsius Varronis emendet verba: nam ut* infit *proprie de oratione dicitur, sic a* suffiendo *proprie hoc subligaculum dici putabat (quod subtus 'fiebat'; propterea subligaculum adiecit, ne de suffimento cogitaretur).*

65, 20. *Cf. Usener 'der heil. Tychon' p. 45 adn. 1.*

65, 23 *sq.* Vortunalia *et* Vorturno *(sic etiam F^v) quod est in apographis, etsi in F quin exstiterit non dubitamus, tamen ad priscum tempus pertinere negamus:* l *testatur F VII 45 et Fest. Pauli 379, 2 cum calendariis. Itaque addendum hoc exemplis quae Weißbrodt Comment. phil. Ien. VI 2 p. 160 collegit, qui haec et alia ex Varronis codice adferre potuit.*

66, 4. vino *recte omitti cum Pauli Festo tam sententia probat quam versus (septen. iamb. cum duplici alliteratione:* novúm vetus vinúm bibo: novo véteri morbo médeor, *ubi* veterí novo morbo médeor *Zander Vers. Ital. p. 45 et saturnios discribens Leo de sat. p. 63:* novom vetus vinum bibo: ‖ novo veteri | morbo medeor).

66, 5. ideo *pro* ab eo *Boot l. s. s. p. 411.*

66, 9. *Cf. Wissowa 'Ges. Abh.' p. 157, 1.*

66, 13 *sqq. Nihil egit Baehrens in Fleckeiseni Annal. CXXXI (a. 1885) p. 795. Cf. Mommsen CIL. I² p. 338, Wissowa (qui de* servilibus *dubitat) 'Arch. f. Religionsgesch.' VII (a. 1904) p. 50 adn., Domaszewski ibid. X (a. 1907) p. 336, 4 = 'Abh. z. r. Rel.' (a. 1909) p. 174, 4 (qui* servilibus *tutatur).* servorum diem *commemorant Fest. Pauli p. 343^a, 7, Plut. Qu. R. 100.*

67, 1. (annalibus) neque statutis *Groth.* necdum statutis *Canal.* nunc nec statutis *Ellis l. s. s. p. 360 coll. VI 62 et VII 34. Totum locum tractavit Mommsen CIL. I² p. 305 et 'Staatsrecht' II 1³ p. 40 adn. Vix recte* de = die *defendas. Mox* vialibus *(ubi* compitalibus *Mue) etiam Canal, Preller mythol. R.² p. 493 adn., Mommsen; cf. Plaut. Merc. 865, Serv. in Aen. III 168. 302; adde Wissowa 'Ges. Abh.' p. 237 sq.*

67, 3. quot⟨quot⟩ annis *Sp. (item 76, 12, al.): at cf. Macr. I 16, 6, al.*

67, 6. *Cf. Wissowa 'Relig. u. Kultus d. R.' p. 338 adn. 8.*

67, 8 *sq.* homines [pagus] *Christ in Woelffl. Arch. II 622 perperam, neque rectius* omnes pagi *Mue.*

67, 13 *sq. Cf. Mommsen 'Staatsr.' II 1³ p. 39 adn. (ubi habet* ab eo quod *et omittit* eius mensis. ab eo, *quod meliora apographa non habent [bonum per se], ex deterioribus quibusdam exemplaribus commendat Antonibon p. 73 cum [F^v]; scilicet Laetus usus est libro eiusdem deterioris notae).*

68, 3. die te quinti *et* septimi die te *praeeunte Christio Mommsen 'Staatsr.' II 1³ p. 39 adn. (bis* novella *cum v corr).* — ⟨aut⟩ septies dicto *Zander 'Vers. Ital.' p. 24.*

68, 6. in urbem ⟨ex⟩ agris *Wi (at cf. testimonium Macrobii* qui in agris essent confluere in urbem).

69, 2. *Cf. Bergk Op. I p. 578 sq.*

69, 5. *De asyndeto cf. Heidrich p. 31 (cum Muellero faciunt Canal et Mommsen).*

69, 10. ambigebat *probat Mommsen 'Staatsr.' II 1³ p. 51 adn.*

69, 14. *Cf. O. Hirschfeld Herm. VIII 469 sqq.;* notatur *falso hic et infra pro* vocatur *coll. Festo p. 165^b, 15 correxisse Augustinum aliosque monuit Sp. praef. p. XXVI sq.*

70, 4. *Ἀφροδίτη perperam ediderunt neglectis verbis* antiquis litteris *(scil. latinis). — Mox (v. 7) dele (Fun. p. 121).*

71, 5. *Pro* gregibus humanis cinctum *quod Mommsen proposuit* a regibus moenibus cinctum *(cf. CIL.* $I^2$ *p. 286 et 'Röm. Forsch.' II p. 38), id merito improbavit post Iordanum topogr. I 1 p. 162 adn. 19 et II p. 270 Wissowa 'Relig. u. Kult. d. R.' p. 485, 2; contorta verba sunt, non corrupta.*

71, 11 *sq. De* ab lego *hic et in sequentibus quattuor locis delendo perperam cogitabat Sp. Quod vero Woelfflinus, ut videtur, in indice ad Arch. I—X s. 'Infinitiv substantiviert' notat hic* ab lego *dici, contra § 50* a marcere *et § 79* ab luere, *neglexit locorum discrepantiam: nam hoc loco de verbo agitur, illis locis de veriloquio.*

71, 12. legis leges *Mue,* leges legi *vel* legero *Canal: certe* lege *dubium tam propter memoriam quam propter ipsam formam; an:* leges legisti*?*

71, 21. aliquo = alio quo *et hoc loco et aliis defendit Canal.*

72, 1. *Ad* decessit *cf. Roessner 'de praep. ad de ex usu Varroniano' (Halis 1888) p. 9.*

72, 5. *Ne* discriminum *scribamus cum Augustino recte Norden Mus. Rhen. t. XLVIII p. 548 de r. r. III 2, 17 et III 17, 3 contulit.*

72, 6. *Hunc locum in Democriti fragmentis omisit Diels, qui similes saepe attulit, velut 19 (2, 17), 47 (11 a 37), 315 (45), 361 (21), al.*

72, 8. quod quae *cum vulg. Usener Epic. p. 202: at cf. Heidrich p. 31.*

72, 13. locus est difficillimus ⟨ἔ⟩τυμα *cum Scioppio Reiter p. 6, vix rectius.*

72, 15 *sq.* quae poterimus *scil.* dicemus. *Cf. Heidrich p. 50, Krumbiegel p. 8.*

72, 17. *De distinctione cf. Krumbiegel p. 58.*

72, 19. *Totum locum distinctione sanari posse putabat Mue, sic:* hinc agitur pecus pastum; qua vix agi potest, hinc angiportum; qua nihil potest agi, hinc angulus ⟨vel⟩ quod in eo locus angustissimus quoius loci is angulus. *Quem sequitur Klotz in Woelfflini Arch. XII p. 94. At prorsus intolerabilis ordo verborum. Rectius Madvig Adv. II p. 170 lacunam signavit sic fere explendam:* pastum; ⟨hinc angustum⟩ qua *probante Sp. 'Phil. Anz.' V 584. Cf. V 145* (⟨hinc angitudo⟩ *maluit Schoell*).

73, 4. hominibus *scil.* coactis*; quod ipsum Christ suppleri iussit, parum recte.*

73, 5. a coactione *Ribbeck Mus. Rh. XLI p. 621: quo tamen post ea quae praecedunt facile carebimus. —* quod et *cum cod. Havniensi Canal.*

73, 7. *Non satis apparet quomodo verba* hinc etiam . . . quae non sunt *huc referantur; deesse videtur aliquid ad exemplum eorum quae praecedunt* (cogitando repetuntur)*; unde sic scribas:* quom ⟨cogitantur ·i·⟩ finguntur in mente *vel similiter.*

73, 9. *Cf. Heusinger ad Corn. Nep. Alcib. II 1, quocum faciunt Mue, Canal, Reitzenstein; nec dissuadent glossae.* re⟨com⟩minisci *Sp.: cf. Plaut.*

*Trin. 915.* prominisci, *quod nusquam legitur, A. Sp. Sed haec non tam* '*pronuntiantur*' *quam cogitantur: unde* ementiri *proposuimus.*

73, 10. *Mirum est, quod* meminisse *non coniungitur cum* reminisci, comminisci, *sed cum* amens; *non minus mirum, quod nullo verbo indicatur, quomodo* meminisse *a* mente *ductum sit, sed quomodo* amens, *quo de ne dubitari quidem potuit: unde merito coniecit Sp. illud delendum esse. Quamquam in eo non haeremus, quod aliud etymon vocis* meminisse *legitur paulo post, cuius rei rationem explicare studuit Reitzenstein p. 38.*

73, 11. *Mira protulit de his Reitzenstein p 39, quae refutavimus* '*Berl. phil. Wochenschr.*' *a. 1901 p. 1034. Lucr. III 152 confert idem* '*Straßburger Festschrift*' *p. 159. Verba corruptissima sunt; at certum est invicem se tutari* 'metuisti' amovisti *et* 'tremuisti' timuisti, *probabile quaedam intercidisse.*

73, 14 *sq. Cf. Reitzenstein p. 35 sq.*

73, 17 *sq. Cf. idem p. 36. Ceterum* illae *(Christii) iam occupavit Gilbert* '*Gesch. u. Top.*' *p. 203.*

74, 5. quom pavit, ab eo *Canal.*

74, 6 *sq.* quom id quod remansit in mente ⟨rursus⟩ init, quod ⟨est⟩ rursus movetur *Reitzenstein p. 35, non recte: nam neque quod* remansit *rursus inire potest neque rursus* inire *idem est quod rursus moveri: sed sane rursus movendum est quod remansit in mente vel quod tenuit mens (§ 44), ut denuo appareat. Quare neque* init *sufficit (sic Canal) — nisi forte* in mente⟨m⟩ *corrigas, ubi tamen* redit *exspectes — neque* ⟨rursus⟩ init *quadrat, sed exspectamus* revivit *vel tale quid (cf.* cogitando repeti *§ 44). — Ceterum Lucr. III 1040 confert Reitzenstein* '*Straßburger Festschrift*' *p. 159.*

74, 11. *Cf. Vahlen Opusc. I p. 351 et II p. 416.*

74, 13. *Cf. Reitzenstein p. 36.*

75, 4. *Verba* quae pars agendi est a dicendo ac *e. q. s. offenderant homines doctos, quia incipit* secunda pars agendi*: cf. § 42 et 77* (tertium gradum agendi *e. q. s.*). *Unde Sp. Emend. p. 11 sq.* altera *vel* secunda pars agendi . . . ac quae sunt *e. q. s.* (quae pars agendi est secunda, in qua explicabimus quae sunt *e. q. s. Mue*). *At cum ab ipso exemplo, in quo faciendi verbum adhibuerit, hanc partem incohaverit Varro, videtur minus distincte hoc loco quam antea ac postea significasse partitionem. Nam post* narro *e. q. s. quadrat* quae pars est agendi, *non quadrat quod illi reposuerunt* (*dicendum esset velut* ubi venimus ad alteram partem agendi).

75, 8. *Nihil egerunt Spengelii, Canal, Ellis l. s. s. p. 360 sq. Videtur sane gravius ulcus latere: nam quod sequitur* ab hoc tempora quod tum *e. q. s., conicias praecessisse adnotationem, qualem ex Cornelio Labeone apud Macrobium exhibuimus.*

75, 11. *Ad* soleant *cf. Krumbiegel p. 54.*

75, 13. *Pessime et Sp. et Canal propter VII 36* ⟨de⟩ poematis cum scribam *hoc loco de* poe⟨ma⟩tis *inferendo cogitaverunt, cum L. Mueller illic potius* poe[ma]tis *correxerit: quasi in libro* '*de poeticis*' *ad hunc librum scri-*

*bendum provocare possit Varro. Immo provocat ad libros III de poematis, quos ex Charisii testimonio et Hieronymi catalogo novimus, post libros d. l. l. scriptos esse iam discimus ex illo loco (cf. etiam Wilmanns p. 68 adn. 1).*

76, 11. *Cf. Mommsen 'Staatsr.' II* $1^3$ *p. 236 adn.*

76, 12. ⟨quot⟩quot annis *Sp. (v. ad 67, 3).*

77, 8. *Cf. Prantl 'Gesch. d. Log.' I 438. 519.*

77, 12. *Cf. Wilmanns p. 15, Reitzenstein p. 52, 1.*

77, 13. *Cf. Lachm in Lucr. p. 306, quamquam nondum omnis dubitatio remota est. Si* eloqui *et* reloqui *infinitivos cum plerisque accipias (de quibus si tanti est cf. Petit-Radel in Annal. inst. archaeol. IV a. 1832 p. 240), displicet illud* eloquuntur, *pro quo* quei loquuntur *Lachm proposuit; sin* eloquium *servamus, vix* reloquos *cum Lachmanno adiungemus.*

77, 16. quom eunt ad amicam in luctu *Baehrens in Cat. p. 220, non recte.*

77, 19. *Ne de delendo* inter se conveniunt *cogites cum Sp., v. test. — Cf. Mue in Fest. p. XLIV.* instar cinni concinant *Canal.*

77, 22. poeta⟨e⟩ cogitata (*pro* cogitante) *Sciop,* poetarum cogitata *Usener Mus. Rhen. XXIV p. 110. —* quo[d] maxume tum id d. *Canal.*

78, 5. novius et *non recte ex Gellio Varroni obtrudunt editores neglecto et additamento* quod extremum *(ubi verborum ordinem invertit Gellius) et aliorum grammaticorum (cf. testimonia) iudicio.*

78, 12. *Cf. p. 90, 5: unde* Proserpina *addenda tragoediarum indici Ribbeckiano, cum hoc loco corrigat* choro *Ribbeckius sine probabilitate in* Hectore *vel* Equo Troiano.

78, 13. enim *post* quis, *quod ex Havniensi recepit Ribbeckius, ab omnibus libris ceteris, etiam Laeti, abest: itaque interpolatum. Cf. Leo 'd. sat. Vers' p. 35 qui verba septenario trochaico includit ('es kann ein trochäischer Septenar bis zur drittletzten Hebung sein').*

79, 1. *Pro* dico qui *Ribbeckius fragm. tr.*$^3$ *p. 36* dico vicisse *proposuit, verbis cum Non. 306, 28 coniunctis.*

79, 8. dici numo *cum Budaeo Victorius;* addicitur nummo *Popma afferens inter alia Cic. pro Rab. Post. 45* (tua, Postume, nummo sestertio a me addicuntur) *et Verr. IV 53* (ut posset dicere se emisse Archagatho imperat, ut illis aliquid . . . nummulorum dicis causa daret). *V. testim.*

79, 9. ⟨nec⟩ scienti quom ei quod *Ellis l. s. s. p. 360.*

79, 11 *sq.* ab eo qui scit docere, ⟨doctor⟩, est dux *e. q. s. Reiter p. 5 sq.*

79, 15. *Neque* e praepositione *(sic A. Sp.) neque* ex impositione *(sic Sp., qui antea de* disputo et computo *vel* disputare et computare *cogitarat) neque* ex proportione *(sic Canal) sententiae respondet: atque de praepositione ipsa si cogitasset Varro,* praeverbium *dixisset. Sed fortasse* e propositione *cum eodem Sp. servari potest, si* propositio *— ut apud Ciceronem — designat notionem = 'Vorstellung'. Cf. etiam ad p. 84, 8 s. f.*

80, 7 *sq. Cf. Mue ad Fest. Pauli p. 25, 10, Mommsen apud Brunsium*

*II p. 58. Post* dicit *vulg., ante* dicit *Bergk Opusc. II p. 735, ante* nam manu *Scal lacunam indicaverunt; an latet* hinc et consortes *in* dicit consortes*?*

80, 12. *Cf. Mommsen 'Staatsrecht' II* $1^3$ *p. 688 adn.* (quod ut p. m., *ubi* quod p. ⟨ut⟩ mittantur *Groth*).

81, 6. murmurator *Hauthal ad Pers. p. 270. — Cf. Vahlen Opusc. ac. II p. 253, qui tutatur* leviter (leniter *etiam cod. v Antoniboni p. 82*).

81, 9. sonitus *(cum a, ut vid.) del Woelfflin Arch. VIII p. 432: at haec ipsa vox testimoniis firmatur* (crepare sonare *et sim.*) *ipsaque verba tam vocis humanae animalisve quam sonitus rerum descriptioni serviunt. — Corrige CXXXIV R.*

81, 18. *Cf. Krumbiegel p. 23 adn.*

82, 1. *Cf. Koehm 'Altlat. Stud.' (1905) p. 38.*

82, 1 *sqq. Cf. Varges Mus. Rhen. III p. 56 (quocum facit Mue praef. Festi p. XLIV itemque Canal) et Reitzenstein p. 39, 1 (de cuius verbis dubitamus) et Vahlen praef. Enn.*$^2$ *p. XXXVII. Verba* cum . . . voluntate *dicta sunt ut mox* cum ait satius esse *pro Terentiano* hoc patriumst potius consuefacere filium.

82, 6 *sq. Locus interpolatione turbatus videtur glossemate* spondet enim qui dicit a sua sponte spondeo *adscripto, ut recte suspicatur Wilmanns p. 42 assentiente Brunsio.*

82, 13. *Cf. Mommsen apud Brunsium II p. 59* (quom *pro* quo [qui]).

82, 15. *Cf. Krumbiegel p. 91* (non enim volebat, sed (*vel* si) dabat quod sponsu erat alligatus)*: at nihil desiderari censemus, cum ad cottidianum dicendi genus accedat Varro.*

82, 16. ut *del Laet assentiente Koehm l. s. s. p. 40. 44 (nisi* vel *potius corrigas); idem cf. de proximis p. 45 sq.*

82, 18 *sq. Cf. Heidrich p. 57.*

83, 5. ⟨de⟩spondeo *Koehm l. s. s. p. 47 delens verba* si iocandi causa dixit *neglecto Digestorum loco notissimo.*

83, 7. te spondere *Lachmann, ubi* te despondere *defendit Dziatzko Annal. philol. a. 1876 p. 238, unde alia in editione III temptabat Ribbeck propter versum, quem bene creticus olim respondentis claudere potuit, velut* Óptume | Mémini.

83, 9. *Cf. Ritschl Opusc. III p. 190; Krumbiegel p. 62; Heidrich p. 57.*

83, 11. *Quod Vahlen Enn.*$^2$ *praef. p. XXXV librorum scripturam sane miram sic interpretatur:* Astraba (Plautine ea?), *haec quidem ex falso Grothii testimonio sagaciter excogitata sunt; tamen haeremus cum in insolentia dicendi tum in eo, quod Varro VII 66 eandem fabulam Plautinam inter Plautinas attulit.*

83, 12. *De* Polybadisce *forma perquam dubia cf. K. F. Schmidt, Hermae vol. XXXVII (1902) p. 389 sq.* (sequere adsecue ⟨int⟩ro, Libadisce *scribens*).

83, 13. *Nihil egerunt Canal et Antonibon: ubi de 'novo nupto' atque 'Casino' agi videtur Schoellio propter sequentia.*

83, 16 *sq. Cf. Buecheler Mus. Rhen. LII p. 398.*

84, 7. quod ex ore elatum primum est osmen dictum *Stowasser 'Jahresb. des Franz-Joseph-Gymn.' a. 1889/1890 p. XX cum Sp.*

84, 8 *sqq. Incredibile paene videtur inde ab Italis, Laeto, Scioppio usque ad Spengelios aliosque fere omnes non tam credidisse Varroni, sed obtrusisse testimonium non modo olim, verum sua etiam aetate scaenicos* osnamentum *dixisse. Sed Varro etsi formas priscas, ut omnes glottici, haud raro ex analogia quam statuit finxit, de ipso sermone quae testatur observavit, non interpolavit. Iam 'scenici' quid dixerint in propatulo est, cum Plautus fere vicies* ornamenta *posuerit, nusquam* ornamentum, — *atque sexies de ipsis ornamentis scaenicis (Amph. 85. Capt. 615. Cist. 784. Curc. 464. Pers. 159. Trin. 859 sq.)* — *itemque* ornamenta *habeant Caecilius (115 R.) Terentiusque (Heaut. 837). Quod vero Ribbeckius cum Scaligero, Muellero, Leone aliis antiquissimo comico Livio Andronico (v. 4) tribuit* ornamento incedunt, *neque de poeta constat* — *nam* levius *traditum est post Plautum et Accium apud Festum* — *neque de forma* — *nam* ornamentu incendunt *traditum est* (*neque comici quicquam inest, si forte fuit* ornaménta incendunt nóbili | Ignóbiles). *Ceterum videtur* ornamentum *propterea ab ore derivasse Varro, quod* πρόσωπον *praecipuum ornamenti scenici pars fuit. De* propositione, *quod post alios frustra temptarunt Canal et Maehly ('Z. Krit. lat. Schriftst.' a. 1886 p. 6), cf. ad 79, 15: qui loci se tutantur invicem, nisi quod hic additamentum requiritur, velut* cum propositione ⟨decoris⟩ dicitur. *Ad ipsam observationem cf. IX 66 sq., al.*

84, 13. *Cf. Heidrich p. 57, Krumbiegel p. 62.*

85, 4. fictores item alios *coniunximus: nam sunt inter* fictores *etiam alii, velut pastillarii; cf. VII 44.*

85, 9. ⟨lux⟩ quia lucet *et mox* luere * * * *et* noctiluca. ⟨col⟩lucare item ab luce *Reitzenstein p. 40, 1 neque conexum recte restituens amissum neque probabiliter nimisque violenter conexum servatum turbans. Immo* lucere item ab luce *Varronis veriloquio* ab luere *tralaticium clarissimumque opponere intellexit Sp. produntque ipsa verba. Ceterum propter hunc ipsum locum de Varrone paene desperabat Sp., quem A. Sp. ex alia parte huc translatum esse confidenter affirmabat: cf. 'Sitzungsberichte d. bayer. Ak. d. W.' 1885 p. 243. Ad locutionem* lumen facere *quam admisimus cf.* ignem facere *apud Plaut. Rud. 767; Nep. Eum. 9, 3 similiaque.*

85, 12. quae res] *cf. Steinthal* $I^2$ *p. 355.*

85, 14. *Cf. Pauw ad Phryn. p. 71 Lob. Sane* vi *requiritur propter sequentia, etsi* ⟨id a vi⟩ *cum Sp. supplere possis.*

85, 16. *Si recte* visenda — invident *poetae fragmentum esse statuit A. Sp., corrigere possis* ⏑ – visenda vígilant, vigilando ínvident. *Certe* vigilant, invident *formae fragmento aptiores quam exemplis.*

85, 17. *Acci fragmentum post alios statuerat Ribbeck fragm. trag.*[2] *p. 226 (et fragm. com.*[2] *p. CXXIX): oblocutus est L. Mueller Lucil. p. 320* Victorii et anticum *recipiens itemque Baehrens in Fleckeiseni Annal. a. 1884 p. 837 et FPR. p. 54 inania temptans. Post quos Ribbeck in tertia fragm. trag.*

*recensione p. 261 hunc locum omisit 'ut a tragoedia alienum'. Pro* oblivio lavet *quod O. Mueller proposuit* oculis violavit, *certe* violavit *admodum commendatur ex eo quod sequitur; an:* cum illúc oblivio ⟨vio⟩lavit, qui incidit in invidendum*? scilicet re vera invidenda oblivioni quis tradet? qualem sententiam quidni cum F tribuamus Accio?*

85, 21. *Non recte coll. VI 7. VII 72 de* Cassius *pro* Canius *cogitaveris, etsi haec optime de Lucretia dici poterant (cf. Cic. de or. II 280. off. III 58, al.).*

85, 23 *sq. Cf. Mue ad Fest. p. 53, 2 (et 8) et XLIV, ubi duce Krahnero conicit* hinc crines capilli descripti, quod [finis] videtur (*i. e.* conspicitur) discrimen*; cf. testim.*

86, 2. cernito *recte desiderabat Turnebus (cf. testim.): sed neque sufficit, quod ille post* testamento *supplevit, neque probabilitatem habet, quod pro* qui id *substituebat Mommsen apud Brunsium II p. 59; videntur plura ante* cernito *post* testamento *intercidisse de testatoris voluntate hac voce finita, nisi* ⟨cernito⟩que illud (qui id = q; illud) *scribas.*

86, 16. *Cf. Birt l. s. s. p. 130. 142.*

87, 6. *Ad* obsculta *cf. Traube 'Textgesch. d. Reg. d. Bened.' (a. 1898) p. 606. 695.*

87, 7. sic alia. ore edo *etc. Reiter p. 116 sq.* (ore edo *iunxerat Mue deletis* sic ab)*; cf. Sp. praef. p. XLI adn. Hic qua ratione* ⟨a naribus⟩ *ad* odorari *etc. suppleverat et* ab ore *ad* edo *etc. traxerat, neglexit* ab auribus *antea. item* a manu *mox (et* ab ore *§ 76) addi verbis derivatis ab his nominibus, non tantum cohaerentibus cum sensus notione. Non rectius* ore *adiungas proximis: neque enim aliter h. l.* ab ore *adhiberi potuit quam* ab auribus, a manu*: unde lacunam statuimus.*

87, 10 *sq.* ab eadem lingua *scil. ut v. 8 sq.* edo, gustat*; unde concidunt quae coniecerunt Sciop et Sp.*

87, 12. graecum antiquum ⟨ποτήϙ⟩ *Scal, ad* πότοϙ *refert Ellis p. 354; cf. ad V 25.*

87, 15. *Cf. de lacuna post Aug et Mue Sp. praef. XLI.*

87, 16 *sq. Cf. Bergk Op. I p. 238.*

88, 1. quiritibus *post Brissonium Niebuhriumque Mommsen 'Staatsr.' III 1³ p. 6 adn.*

88, 3. *Ne* ⟨equites⟩ pedites⟨que⟩ magistratos *cum Ursino corrigas, cf. Buecheler 'Umbr.' p. 90 et Mommsen 'Staatsr.' II 1³ p. 361 adn.*

*ibid.* omnes quirites pedites armatos, privatosque curatores omnium tribuum *Buecheler et Mommsen l. s. s., recte ut vid.*

88, 4. *Cf. Gronov Observ. IV 3.*

88, 6 *sqq.* vocat⟨o⟩ *quaeque secuntur similiter Bruns cum Mommseno l. s. s. et I³ p. 40 adn. p. 42 adn. p. 350. II 1³ p. 77 adn. p. 360 adn.: at* unguentor *quam ad h. v. commemoravimus scripturam (Bruns-Mommsen), falsam putamus — neque enim ullum vestigium exstat verbi* ungueo —*:* unguontor *saltem debuit esse; etsi potius propter* unguentur *reliquae quoque formae indicativi servandae erunt.*

88, 21. alii ⟨alii⟩ *Vahlen Enn.² p. XXXV vix lenius minusque apte.*

88, 22 *sq. Agitur de Cosconii libro qui fuit 'de actionibus': cf. Norden Ind. lect. Gryphisw. a. 1895 p. IV, Reitzenstein p. 41, Funaioli p. 109.*

88, 23 *sq. Cf. Krumbiegel p. 32.*

89, 6. *Cf. Bergk Opusc. I p. 248 et Mommsen 'Staatsr.' I³ p. 93 adn. 3. II 1³ p. 362 adn.* — reum *pro* eum, *quod inter mutationes huius loci plane intolerabiles habet Canal, vindicat Buecheler 'Umbr.' p. 90 (cf. testim.).*

89, 12. ac cum mittas] ad comitias *Mommsen apud Brunsium dubitanter.*

89, 14. *Scaligeri explicationem scripturae* cessoribus *iterum protulit Christ Arch. II p. 622.*

89, 16. moeros *cum vulg. Buecheler.*

90, 5 *sq.* chorum Proserpinae *cum ad tragoediam rettulerint alii, Ribbeck dicit 'probabilius videri intellegi hymnum in sacros usus compositum': vix recte. Immo ut* Nereides *dicuntur* chorus Nerei *(Apul. apol. 31 p. 38, 1 Helm) sic* chorus Proserpinae *ad* Eumenides *referendus erit, ut fortasse Ennii fabulam Varro significet.*

90, 12. *Contra O. Muellerum cf. C. F. W. Mueller 'Zeitschr. f. d. Gymnasialw.' XIX (a. 1865) p. 869.*

90, 14. *De* inlegium *forma quadam cogitat Mue, non recte.* inlicium ⟨cum e⟩ scriptum *et mox* quia (!) cum E ⟨I⟩ et C cum G magnam habet communitatem *Ellis l. s. s. p. 361* (cum EI *cod. Barb. apud Antonibonum*).

90, 19 *sqq. Cf. Wilmanns p. 64 adn. 2.*

91, 1 *sq.* praeterea ⟨depsere⟩ a *δεψῆσαι*; ab eo quod est *μαλάσσειν* nos malaxare, ut gargarissare ab *ἀναγαργαρίσασθαι*, potare a *ποτίσασθαι Ellis l. s. s.* gargarissare *per compositum ἀναγαργαρίζεσθαι a Varrone redditum esse nequaquam praefracte negandum cum A. Sp.: nam simplex verbum ea ipsa significatione adhibent Latini, medici maxime, qua praepositionem adiungunt Graeci scriptores. Pro* adesψες *quod Buecheler apud Funaiolium proponit* ab *ἐστί* est, *id vix in seriem verborum quadrare putamus.*

91, 4. *στραγγαλίσαι et στραγγαλίς Buttmann: ubi στράγγειν et στραγγίδες Canal.*

92, 11 *sq. Cf. Heidrich p. 55.*

92, 16. *De scriptura codicis ne Vitelli quidem apud A. Sp. praef. adn. ab omni parte recte rettulit; de emendatione cf. Reifferscheid Anal. Hor. p. 5: quamquam lenius* Epimenides ⟨s⟩opor⟨e⟩ *corrigas* (somno *Turn,* meus *Lachmann etiam in epist. ad Lehrsium p. 256 ed. Ludwich*).

93, 5. *Cf. Madvig Adv. II p. 172.*

93, 6. *Cf. Havet 'Rev. d. philol.' IV (1881) p. 188.*

93, 7. *An:* multa tanta*? Cf. quae (duodecim fere annis post Schoellium ad Plaut. Men. 680) exposuerunt Havet et Leo in Woelfflini Arch. XI p. 579. XII p. 99 sq. (v. et 'Wochenschr. f. klass. Phil.' a. 1900 p. 446 sq.).*

93, 8. contineri *Grauert Anal. p. 68;* elata *vel* nata *Sp., ubi IX 86 contulit A. Sp.;* inlata *Ellis l. s. s. p. 361.*

93, 12. ut qui ac qua re res utilis ad *Ellis p. 361 litteris melius satisfaciens quam priores* (ut a qua re res valida ad *Sp.;* ut qui quaeque res valeat ad *A. Sp.*), *sententiae quam praecedentia indicant non magis satisfaciens.*

93, 13. *Cf. C. F. W. Mueller l. s. s. p. 871; vix zeugmatis figura licentius adhibita infinitivum ad* reprehendendum *trahas.*

93, 20. *Cf. Sp. p. XLIII.* ⟨se⟩d ita ut *Mue,* ⟨se⟩d is ut *A. Sp.: quae nullo modo sufficiunt ad* quae cum temporibus sunt coniuncta *et* quae cum his sint coniuncta *inter se coniungenda.*

94, 2. *Dactylicos numeros ante Bergkium statuit Scaliger.*

94, 4. intuiti *et* attuimur *servavimus ea ratione quam supra (ad p. 61, 16) explanavimus: ubi plerique simplex verbum restituerunt.* qua at tuimur *Lachmann ad Lucr. V 1033: cui assentitur Vahlen Enn.² p. 99 (cf. p. XXXIII sq. CLII). Cf. Keil ad Varr. d. r. r. p. 5 sq.*

94, 7. *Cf. Bergk Opusc. I p. 403.* saeptumst ⟨mare⟩ *A. Sp. — Ceterum Naevii v., quem Bothe exhibuit Poet. Sc. lat. V 2 p. 27, neque Ribbeck neque Baehrens recepit inter fragmenta itemque desideratur in Thes. l. l. s. v.* concha (*at exstat sub* caerulus).

94, 13 *sq. Cf. Bergk Opusc. II p. 737 et 'Beitr.' p. 22; Iordan 'Krit. Beitr.' p. 90; Thulin 'Ital. sacr. Poesie u. Prosa' p. 66 sq.* — mea ita *Sp.* meita *artificiosius tutatur Stowasser Arch. VII p. 444.* meta *(sic ed. pr., Vertr, al.) Ellis l. s. s. p. 362 cum cod. Vatic. teste Antonibono p. 93* (*et mox bis* oblatera).

94, 14. *Ad* quirquir *cf. Io. Schmidt in Kuhnii Act. XXXII p. 415 sqq.*

94, 17. contuitione *Maehly 'Z. Krit. lat. Texte' ed. a. 1886 p. 5.*

95, 4 *sq.* '*fort.* dicit conspicione, addit cortumione' *Sp., non recte: idem Varro qui antea formulam respiciens* conspicione *dixerat, hoc loco formula neglecta grammaticae obtemperat.*

95, 17. *Vocis* clam *in F omissae vestigium vix recte quaeras in eiusdem scriptura* clavet *pro* cluet.

95, 19. *Cf. Madvig Adv. II p. 172.* aut *del Sp.*

96, 3. dicimus 'vellet tueri villam' *Ellis l. s. s. p. 362.* dicimus vilicum tueri villam *Antonibon. Versus Ovidii demonstrant scribendum esse duce Laeto ut adnotavimus, ut* villam *pro* bell & *corrupto temptatum sit, cum e contrario perversaque ratione* [bell et] tueri villam *scripserit A. Sp.*

96, 4. *Lucreti v. VI 1228* (caeli templa tuere) *et 1275* (aedituentes) *confert Reitzenstein 'Straßburger Festschr.' p. 159. — Cf. Skutsch 'Plautin. u. Roman.' p. 22* (*de* aeditumus *et* aedituus).

96, 14. spoliis *cum vix quadret, fortasse ortum est ex dittographia sequentis* polus, *ut dudum Scaliger coniecit* bigis continui⟨s⟩ se⟨x⟩ apti s⟨ignis⟩ *corrigens: post quem quod fere omnes recepto* continuis sex *cum Popma* binis *pro* bigis *probaverunt, certe miramur, cum* bis sex, bis senis *dicatur, numquam vero* binis sex. *Accedit quod Varronis fragmentum (sat. Menipp. 92) post Popmam recte ab omnibus adhibitum (etsi variis coniecturis eo abusi sint)*

bigis *tutari videtur. Unde de lacuna cogitandum erit, praesertim cum* signa *apud Accium iuxta* sidera *extitisse recte ex proximis effecerint Scal, Mue, alii, e. g.* bigis ⟨Luna ut limbum cum signis bis⟩ continuis sex cepit.

96, 15. uade per polum *cum Laeto Lachm in Lucr. p. 143: ac sane, si duce F* περὶ πόλον *corrigitur, etiam* βάδιζε *pro* vade *desideres.*

96, 18. *Cf. Ribbeck Mus. Rhen. XLI p. 623 adn., ubi post* perurendo *lacunam signat antea corrigens* atque illa ⟨etiam⟩ *scil.* signa.

97, 3. uiam *post* iubent *add Sciop, post VIII Christ, ante* in an(fracto) *nos.*

97, 9. *Cf. Schoell Arch. X p. 116 et quae adnotavimus in Plauti editione minore altera (recepit Lindsay in ed. Oxon.); ad* ni *seclusum* = ut *cf. p. 60, 6* (in = ut) *et p. 95, 11* (ut = in) *itemque p. 172, 19 et fortasse mox p. 98, 2; ad* ut Plautus *cf. p. 33, 23.*

97, 11 *sq. Cf. Neue-Wagener 'Formenlehre' III*[3] *p. 368. — Cf. Lachmann apud Mommsenum Mus. Rhen. t. XVI p. 285. Ceterum* Deliadae *forma perquam suspecta neque umquam ut videtur de* Delio Deliaque *usurpata.* Dii quod Titanis Delia eadem (*vel* eadem Delia) Deliadae *Ellis l. s. s. p. 362.*

97, 18. itaque = et ita, *ut p. 54, 7.*

97, 19. *Cf. G. Hermann in ep. ad Lobeck. p. 90 ed. Ludwich et apud Lobeck. in Aglaoph. II p. 924 adn.; v. test. et cf. etiam Atlas caelum terramque sustinens in imaginibus a Paus. VII, 5 et 18, 4 commemoratis (de quibus dubitat Preller-Robert 'Gr. Myth.' I p. 562 adn.). Ceterum Rohdius in additamento ad opusculum de Pollucis fontibus adscripserat: 'Mart. Cap. I 137 und Athen. XIV 636 E Pythagoras Verfasser einer Erdkarte und Geographie, mit dem Lobeck nichts zu machen weiß'.*

98, 2. *Sensus est: terrae medium non Delphi, sed quod ita vocant, Delphis est in aede ad latus e. q. s. Ceterum cf. Studnitzka Herm. XXXVII a. 1902 p. 259. 263.*

98, 4. arquatum *pro* allatus *et mox* tumulum *Lobeck Alglaoph. II p. 1002 sqq. Ceterum haec quoque Varronis verba respicere potuit R. Herzog in eis quae nuper docte recteque post alios exposuit 'Arch. f. Religionsw.' X (1907) p. 205 sqq. Qui quae composuit de thesaurorum in Aesculapii templis situ, plane confirmant* ad latus *scripturam. Cf. etiam Rohde 'Psyche'* I[2] *p. 123, 2.*

98, 13. quid dedere? *Lachmann; aut sic aut* quid? dedere *Ellis l. s. s. de* ecquam fugam *cogitans* (quid dedere, quam tubam *Vahlen dubitanter*).

98, 18. Pipleides *servavimus; cf. Hesych. s. v. et exempla quae ad Cat. CV 1 adnotavit Friedrich in Cat. comm.*

99, 2. collidit *Mue ex codd. det.* quam cludit *Sp. Cf. Madvig Adv. II p. 173.*

99, 8. *Cf. Vahlen, Enn.*[2] *praef. p. XXXVII.*

99, 11. *Cf. Leo 'd. sat. Vers' (1905) p. 61 adn.*

100, 1. *Post* apparet *(ut F) dist Canal et Bergk. Cf. Bergk Philol. XXXIII p. 311 et Ribbeck Coroll. com. p. CXXXI et fragm. tr.*[3] *p. 311.*

100, 5. *Cf. graecum proverbium hoc (Greg. Cypr. 1,73; Eustath. 980,44):* Ἄθως σκιάζει νῶτα Λημνίας βοός, *unde nata nimis incerta Muelleri coniectura*

⟨Atos in⟩ cornuatam tauram umbram iacit *probata a Ribbeckio* (*sed* taurum)*; incertior adeo vel prorsus vana A. Spengelii; paulo saltem probabilius suppleas:* cornuta taurum umbra ⟨in pugna⟩m iacit (*vel* lacit).

100, 8. nosce⟨s⟩ *vel* nosce⟨t⟩ nos esse ⟨Camenas⟩ *Vahlen Enn.*[2] *(cf. p. XXXIV) non respiciens Iordanum 'Krit. Beitr.' p. 131.* nos nosci⟨mus⟩ esse Camena⟨s. h⟩arum *Maehly l. s. s. p. 6: quibus vel improbabiliora Canal, L. Mueller, alii.*

100, 13 *sqq. Consulto praetermisimus commenta Maurenbrecheri aliorumque, ex quibus nonnulla non mirari non potuimus* (*velut quod Birtius l. s. s. p. 193 sqq. inter alia scripturae βουστϱοφηδόν vestigium detexit in* tpo = optimus). *Haec fragmenta sine uberrimo commentario tractari non possunt.*

101, 1. *Cf. Vahlen Enn.*[2] *p. XXXIV.*

101, 4. *Cf. Bergk Opusc. I p. 489 sq. 505. 508* (*qui* em pa = in patrem *[cf. testim. ad 100, 14]*)*; Linde de Iano summo Romanorum deo p. 30* (*qui* deivom ⟨Ian⟩em pa⟨trem⟩)*; Baehrens* (parentem).

101, 4 *sqq. Cf. Marx 'Zeitschr. f. österr. G.' XLVIII a. 1897 p. 221; Leo 'd. sat. Vers' p. 32* (*qui tradita tutatur* primum — secundo); *Schulze 'Z. Gesch. d. lat. Eigenn.' p. 465, 1;* veterem *cum Merula qui scripserunt, neglexerunt sic* cascum *vetus esse iam significare carminis Priami auctorem.*

101, 10. *Cf. Lachmann Mus. Rhen. XVI p. 285.*

101, 11. *Cf. Bergk Opusc. I 88 adn.: quocum etsi Hertz, Ribbeck (qui antea dissenserat), Teuffel, Schanz, Baehrens, alii Pompilio epigrammation tribuunt, tamen consensum memoriae Varronianae Priscianeaeque in nominis terminatione* -nius *delere noluimus, praesertim cum Pomponius apud Priscianum novies commemoratus et notior omnino facile substitui* Papinio *potuerit neque offendat nomen probum inter poetas alias non memoratum. Quod vero Pascal 'Studi sugli scritt. lat.' (Aug. Taur. 1900) p. 30 non modo hoc loco, sed etiam in Varr. sat. Menipp. fr. 356* (Pompilius clueor*!*) *de Pomponio cogitat, prorsus falsum est.*

101, 14. *Noli scribere cum Sp.:* sic fie⟨n⟩t mutua muli *pro* sic fiet 'mutua muli' *scil.* scalpunt. *Cf. proverbii exempla quae Otto p. 232 sq. attulit.*

101, 15. *Cf. Sp. 'Über die Kritik' e. q. s. p. 6 (434). Varronis verba si sana sunt,* Casinum *etiam Varronis temporibus nomine quod est* forum vetus *appellabatur: in quo recordatio etymi prisci inesse videbatur Varroni. Quodsi Nissen 'Ital. Landesk.' II p. 677 dicit: 'die Erklärung des Namens "Alter Markt" trifft sachlich zu' coll. Cat. d. agr. 135, veremur ne Varronis verba falso interpretatus sit. Idem cadit in Huelseni verba 'Realencycl.' s.* Casinum *('der Name soll nach Varro . . . sabinisch sein und forum vetus bedeuten'). Adde Schulze l. s. s. p. 550.*

101, 17. Idem significant *Ellis l. s. s. p. 362 sq.*

102, 4 *sq. Cum sequentibus pugnat tam audax A. Spengelii coniectura quam quod 'minus discedens a litteris' somniavit Antonibon. Recte Baehrens*

*tutatur* o Publi Scipio*; cf. etiam Norden Mus. Rhen. XLVIII p. 535 adn.; Cichorius Herm. XLI (1906) p. 60. 63.*

102, 10. ambegna *prisca forma videtur fuisse (cf. testim.);* ambiegna *ex* abiegna *voce usitatiore immutatum.*

103, 8. nec sciunt *Ellis l. s. s. p. 360.*

104, 3. de poetis *etiam hoc loco restitui iubet L. Mueller 'Q. Enn.' p. 27 adn. 1: at cf. ad 75, 13 (et Funaioli p. 213).*

104, 6. in IIII *ad Phaedonem quartum dialogum quominus referamus nequaquam impedit Thrasylli aetas (cf. Sp. praef. p. LXXIX), sed intellegimus antiquiorem ordinem illum secutum esse: neque enim casu mero haec sic convenire videntur. Cf. Christ Arch. II p. 620.*

104, 7. *De dicendi ratione cf. Norden Mus. Rhen. XLVIII p. 549.*

104, 10 *sq. Cf. Krumbiegel p. 20.*

104, 16 *sq. Cf. Schwabe Nov. ann. a. 1872 p. 415, Otto s. 'locusta'. Ceterum et de hexametro imperfecto somnia sunt et* Luca bovis *lucustam pariens apud A. Sp. delet acumen sententiae.*

104, 22. ideo [non] item *Funaioli p. 106.* idem *del* non *Diels 'Elem.' p. 85, 1: quamquam desideratur ante* item quadripedes *quod verbo* maximam (quadripedem) *respondeat.*

105, 2. Luci ⟨si ab Lucanis Lucae⟩ *Canal. Cf. de bove luca Buecheler Mus. Rhen. XL p. 149 sq.* (βοῦς λευκή).

105, 6 *sq. Cf. Vahlen Hermae t. XXX p. 26.* orationem haberet (*del* verba) *Turn: ac videtur sane* orationem *interpretamentum iuxta* verba *in* orationum *abiisse: quod vero A. Sp. ad* verba *ex usu communi* faceret *potius quam* haberet *desideravit, cf. Cic. d. rep. VI 9* (multisque verbis ultro citroque habitis).

105, 8. *Noli corrigere* legabantur*: nam simili modo* leguntur *est 80, 13. De sententia cf. quae Vahlen Enn.² p. 108 adnotavit.*

105, 12. *Cf. Mommsen 'Staatsr.' III 1 p. 411.*

106, 4. rite velatos *Ellis l. s. s. p. 363.* tute velatos *Gundermann.*

106, 10. *Cf. Vahlen Enn.² p. XXXIII; Schulze l. s. s. p. 474 adn. 4.*

107, 6 *sq.* a *(pro* et *secluso a Sp.)* duellum *Lachmann probante Vahleno² p. 195, quod nullo modo sufficit.* perduellis *pro* perduellum *firmat L. Lange 'Kl. Schriften' II p. 366 adn.*

107, 8. *Cf. Gundel de stell. appell. et relig. R. ('Religionsgesch. Vers. u. Vorarb.' III Gissae 1907) p. 83 (175) sqq.*

107, 13. *Cf. post Buechelerum 'Jen. Lit.-Z.' a. 1874 p. 610 et Mus. Rhen. XXX p. 446 Schulze l. s. s. p. 462, 3 (et 18, 2). — Cf. post Turn L. Schwabe Fleckeiseni Annal. CI (a. 1870) p. 350 sq. quaeque in eandem sententiam protulit Baehrens ad Catullum et Gundel l. s. s. p. 9 (101). Contra* alterum vesper, id est quem dicunt Graeci *διεσπέριον Birt Mus. Rhen. LIX (a. 1904) p. 408 sq. collato Lachmanno 'Kl. Schr.' II p. 191 sq.* (*qui* alterum vesper adest). *Atque* id est *dudum Scaliger suaserat, quamquam* id est *iuxta* quem Graeci dicunt *offendit, nec suspicione caret διεσπέριον, quod minime*

*probaverat Lachmann, sed damnaverat* (*διέσπερον cum vulg. suadens coll. διήμερον*). *Quod idem διεσπέριον trahit ad 'Hesperum eoum' quem finxit, monemus semper* eoum *opponi* Hespero. *Sane* vesper *neutrum iam Lachmann coll. IX 73 stabiliverat repugnante Gundelio, ac ne nimium tribuas Catulliano* vesper adest *longe aliter* adest vesper *dicit Silius III 325. Sed ne id quidem quod contulit Friedrich ad Catullum,* alter sol *pro* luna *(Ammian. XVIII 8), insolentiam dicendi quae est in* alterum vesper *pro* eoo *satis excusat. Ad* alterum *cf. V 179* alterum munus.

108, 14. diducunt *Baehrens in Fleckeiseni Annal. CXXXV (a. 1887) p. 68: at cf. Serv. in Buc. VI 5* (translatio a lana quae deducitur in tenuitatem).

108, 16. *Cf. Neukirch de tog. fab. p. 62. 71.*

108, 17. ⟨c⟩asta *(partic.) Buecheler post Huschkium 'Osk. u. Sabin. Sprachd.' p. 394.*

109, 2. *Cf. Krumbiegel p. 18.*

110, 3. Haec eadem (*scil.* dividia) est in Corollaria Naevi *Vahlen Enn.*² *praef. p. XXXVI duro dicendi genere.* hoc eodem ⟨usu⟩st in C. Naevius *Ribbeck (praeeunte* hoc eodem est in C. Naevius usus *Sp.).*

110, 17. *Cf. Norden Mus. Rhen. XLVIII p. 534 (qui hoc fragmentum didascalicis inserit) et Maas in Woelfflini Arch. XII p. 531.*

110, 20. *Cf. Skutsch 'Berl. phil. Wochenschr.' a. 1895 p. 269* (scripipedae *male Lindsay 'the ancient editions of Pl.' p. 2*).

111, 9. conciliatrices *Goetz Woelfflini Arch. II p. 339 duce Loewio, etsi haud facile dicas quomodo inde* consupplicatrices *oriri potuerit. — Cf. Marx Mus. Rhen. XLI p. 551 sq.*

111, 16. circum (*κίρκον*) *defendit Ellis l. s. s. p. 363.*

112, 5. *Cf. Lindsay 'the ancient editions of Pl.' p. 3 (qui Buecheleri* tritum est Naevii *probat);* freto inest Naevii *Canal, cui praeferas* quod ⟨in⟩ freto est Naevii. *Nam quod Ritschelius Parerg. p. 130 praefracte negavit talem titulum ferri posse, fortasse redarguitur Philemonis 'Euripo', etsi aliter explicare student Meinekius et Kockius varia incertaque ratione.*

112, 18. *Cf. Vahlen Opusc. acad. I p. 114. 414. et Enn.*² *p. 156; Buecheler apud Skutschium Mus. Rhen. LXI p. 609: quos nuperrime impugnat suamque denuo sententiam defendit Vahlen Herm. XLIII (a. 1908) p. 514 sqq.*

113, 10. *Lachmannum sequitur Vahlen Herm. t. XXVI p. 164.*

113, 12. *Cf. Krumbiegel p. 84.* aliquod *Vahlen Opusc. acad. I p. 115 sq. et Enn.*² *praef. p. XXXVI cum multis Enniano versui addit: quod dissuadet locorum parallelorum (VI 6 et 81) ratio. Meram dittographiam esse et spectare ad* VII quod *suspicatur Heraeus 'Philol. Wochenschr.' a. 1904 p. 1170, qui Spengelii errorem notat una cum Hertzii Hosiique apud Gellium II 21, 10.*

113, 14. *Reliquimus codicis scripturam quamvis suspectam.* quase *Lachmann in Lucr. II 291, item Vahlen praef. Enn.*² *p. XXXVI; olim*

*delebat Sp., quem secutus est Krumbiegel p. 16. — Cf. Gundel l. s. s. p. 14 (106) sqq.*

114, 1. *Cf. ad 60, 8.*

114, 10. de eo *pro* ab eo *Warnecke Herm. XLII (a. 1907) p. 157, vix recte, cum minime sic explicetur quod sequitur* et ideo . . . prodire et procedere. — *Si scribimus* ⟨proversus homo⟩ dicitur ab eo *(scil. Plauto: cf. mox* dixit*), omnia recte se habent, quae scriptura insuper commendatur v. 13.*

114, 20. in versu *etiam Vahlen Enn.² Add. p. 305 coll. 151, 8 (idem paulo post* Graecis *pro* in Graecia *proponit p. 127: cf. 116, 1).*

115, 8. *Cf. Bergk 'Beitr.' p. 94 adn.*

115, 14. *De* latine *pro* alius *Canal, de* Accius *cogitat Vahlen Enn.² ad ann. I LIX et praef. p. XXXII sq.*

116, 1. ⟨h⟩in⟨c⟩ Graeci[a] *Ribbeck Mus. Rhen. XLI p. 625 adn.: cf. 114, 22.*

116, 3. vinum in Hispania bacca] *ad Bacchum pertinere haec verba immerito visa sunt et videntur. Cf. Zwicker de vocabulis in rebus gallicis sive transpadanis apud Verg. p. 46, Walde 'Etymol. Wörterb.' s. v.*

116, 7. *Etsi quod propius aberat collato Servio (cf. testim.)* alcyonia *restituimus, tamen Varronem* alcedonia *scripsisse haud improbabile ducimus cum propter Plauti locum (Poen. 356) tum propter verba praecedentia* nostri alcedo. *Similiter enim in Plauti loco AB* alcyo *exhibent, cum solus Priscianus cum Frontone* alcedo *servaverit. Mox v.* 10 *corr. 690 pro 647.*

117, 2. *κωμῳδία perperam Sp. neglectis verbis* ut quidam scribunt, *quod vulgarem apud Latinos formam* comoediam *spectat.*

117, 3 *sq.* come conde *Buecheler* coeme conde *intellegi vult; an fuit* prome conde*?*

117, 4. in proximo libro *(pro quo* in proximis libris *Sp. et Wilmanns, cum in proximo neque retractatum sit neque locus sit retractando) fortasse spectat ad proximum post libros de l. l. opusculum* (*cf. supra* de poematis).

117, 7. ob tenue *pro* optineo *Canal.*

117, 11. de⟨me⟩nsum *Canal,* de⟨pe⟩nsum *Groth,* deus mittat *Leo dubitanter; at traditum* densum *sanum esse potest: nam quidni illud nescio quid* densum *fuisse potest? quidni ab initio versui deesse aut syllaba aut dipodia?*

117, 17. hahae *pro* hehae *A. Sp. ex comoedia verba dempta esse ratus assentiente Richtero Studemundi Stud. I p. 534 sq.: quamquam consuetudinem Plauti et Terentii in tali voce ad Ennium transferendam non putamus, recteque monuit Ribbeck comoedia Ennii usum non esse Varronem.*

117, 18 *sq. Cf. Richter l. s. s. p. 509.*

118, 13. *Cf. Il. I 106 (cum Walthero Tolkiehn, 'Homer in der röm. P.', Lips. 1900 p. 87 post Lachm. in Lucr. p. 218).*

118, 18 *sqq. Interpretatus est Norden Mus. Rhen. XLVIII p. 534 sq.; cf. Dieterich, Pulcinella (Lips. a. 1897) p. 94 adn.*

119, 3. *Cf. Georgius d'Arnaud, Var. Coniect. II c. XVI (ubi 'ingeniose hunc locum restituit' teste Bootio).*

119, 6. *Cf. Heidrich l. s. s. p. 54.*

119, 9. initio *pro* unde it *Boot l. s. s. p. 411.*

119, 14. *Cf. Ellis l. s. s. p. 363 (aliter Ribbeck Mus. Rhen. XLI p. 626).*

119, 16 *sq. Cf. Schoell ad Cist. v. 6. 8 sqq.; Lindsay 'the ancient editions of Pl.' p. 6.*

